



D.

doñez.

**B**  
13229











P. OVIDII NASONIS  
TRISTIUM  
LIBRI V.

Cum Notis ad modum  
JOHANNIS MIN-ELLII.

Accessit Index locupletissimus rerum, ac verborum.

Opera, & studio

*D. Enrici Crucis Herrera, Philosophiæ, ac Sacræ Theologiae in Archigymnasio Ovetensi olim Auditoris, nunc Professoris Humaniorum litterarum.*

JUXTA OPTIMA EXEMPLARIA.

MATRITI.

In Typographia Regia, vulgo de la GAZETA.

ANNO M. DEC. XC.

Sumptibus Regiæ Societatis Typographorum, & Bibliopolarum.




5  
Symposium a tambores cae de gue-  
rra. Saucius herido. cunctando enterar.  
inocetor cura munda p. fieri. trisulcus  
era q. fieri tradiente. matertera. tra



# HISPANÆ JUVENTUTI

## LATINITATIS STUDIOSÆ.

 Illuxit tandem dies, qua velut fugatis tenebris, è Cathedra deturbatis nebulonibus (\*), optimisque suffectis in eorum locum Magistris, per amœna Humaniorum Litterarum vireta inoffenso pede exspatiari possimus. Viam non ab aliis, quàm ab nostratibus, quoquo nitamur præmonstratam repetemus, si in cunctis ferè disciplinis tantorum Hispan. virorum, præsertim sæculi XVI. quæ nobis

(\*) Bened. Arias Montan. Prolegomen. ad Bibl. Joan. Marian. Ægritud. Societ. cap. VI.

Senatus Consult. 5. Octob. 1767. num. XXXVI. Collection. gener. 1. p.



meritó ætas aurea dici solet , memoriam  
recoluerimus. Sed proh dolor! Quantus la-  
bor , quantaque cura fuit in eo impen-  
denda , ut illorum semitâ , paludibus , &  
silvis (ne dicam sentibus) interclusâ , abdi-  
tos Sapientiæ recessus adire valeremus! Su-  
pererat tamen parandum viaticum, Librorum  
scilicet copia , eorundemque dignissimorum  
locupletior editio , quæ iter primum facien-  
tes adjuvaret , quæ juvaret & omnes. Habe-  
tis ergo Virgilium , & Ovidium novis, aliis,  
suoque loco caracteribus collocatis, ore ve-  
lut renovato , & ditiore loquentes. Horatius  
vero , Terentius , Juvénalis , Persius , Mar-  
tialis , Cicero , Nepos , quique cæteri de La-  
tinitate benemeriti censentur , in eamdem  
lucem prodire maturant. Quod ad nos atti-  
net , in hanc Ovidii opusculorum editionem  
maximam curam adhibere , non sine de-  
lectu notas adjicere , nonnullasque nostras  
lu-



lucubrationculas addere conati sumus saltem, si modo non fuimus assequuti. Quibuscum omnibus, & punctorum accuratissima distinctione facilius est, prout confido, Poëta redditus: idemque in reliqua ejus opera, (Deo fautore & auspice) faciemus, ne vernaculæ versiones, quæ admodum paucae, & raræ sunt, tanto pretio comparentur, cum extra omnem dubitationis aleam positum sit, plus Latinas, quàm vulgares, interpretationes tironibus prodesse: nec ullam Hispanicam nisi *D. Didaci Suarii Figueroæ*, eamque non admodum elaboratam, habeamus. Hic autem in universis ferè Ovidii operibus, si ita judicare licet ex iis, quæ ab emunctæ naris Philologo *D. Joanne Yriarte* (\*) non secus reprehenduntur ac à nobis improban-

(\*) Varior. oper. volùm. II. art. III. à pag. 423. ad 443. cujus critica Grammaticis & legi necessaria & celebrari dignissima.



tur , ex adolescentium manibus , & oculis  
subripi debet. De aliis vero translationibus,  
singulorum cùm Nasonis , tum cæterorum  
operum editionem adornantes eodem animi  
candore iudiciũ feremus. Vos igitur , si  
quid peccaverim , ignoscatis velim , & erra-  
ta tipographica ita emendanda curabitis.



# V I T A

## P. OVIDII NASONIS

*Ex Petri Criniti Lib. III. de Poëtis Latinis,  
Cap. XLVI.*

**P.** Ovidius Naso genitus est Sulmone patria, quod oppidum in Pelignis fuit. Natalem habuit Aprili mense, diebus quinquatriis, quibus sacra Minervæ celebrari mos fuit apud Romanos; A. Licinio; & L. Pansa Consulibus, qui Mutinensi pugna contra Antonium ceciderunt. Neque desunt qui referant, eodem die natos fuisse P. Ovidium, & Albinum Tibullum, Poëtam in scribendis Elegiis maxima elegantia. Majores illi contigerunt nobili genere, atque satis honesto, à quibus equestrem dignitatem acceptam perpetuo servavit. In ipso adolescentiæ suæ principio magnopere probavit, quantum præstaret ingenii facilitate, ac præclaris moribus. Quocirca Romæ institutus est in Latinis litteris, maxima diligentia parentis. Et cum in tenera ætate (ut constat) summa voluntate, & gratia teneretur componendis carminibus, ab eo studio retractus est parentis monitionibus, qui monere illum assidue & hortari non destitit ad Oratoriam facultatem, ut qui ad quæstum, & opes comparandas animum magis intendisset. Itaque factum est, ut P. Ovidius studium illud, atque curam absolvendi carmina intermitteret, animumque ad causas, & forum converteret, præceptoribus Arellio Fusco, & Portio Latrone, cujus eloquentiam, atque eruditionem vehementer admiratus est. Neque in ea re tulit vulgarem laudem, aut commendationem ingenii sui; ut refert Anneus Seneca. Nam & in privatis, & in centumviralibus causis præcedit, aliasque præterea dignitatis obivit, posteaquam viri-



Iem togam sumpsit, & latum clavum adeptus est, de quo habentur complura apud ipsum Ovidium diversis locis, quæ sunt à nobis prætermittenda, studio brevitatís. Cæterum cum nihil animo suo potius foret, quam versari in otio litterarum, posthabita omni curâ rerum publicarum, ad institutum suum rediit, ac totum se dicavit Poëticæ facultati, unde perpetuum sibi nomen, & quietem singularem fore sperabat. Minime dubium est, eundem habuisse tres uxores. Primam enim sub ipsam adolescentiam, ut inutilem, parumque se dignam repudiavit, cumque ea more veterum divortium fecit. Alteram, bonis parentibus ortam, beneque moratam, sed parum stabili connubio sibi conjunctam, mature dimisit. Successit his Perilla, cujus egregiam formam, atque probitatem pluribus locis extollit. Neque tantum dilexit eam maximâ fide, & benevolentia singulari, sed in Poëtica etiam erudit, magnaque cura excoluit. Quo factum est, ut Perilla, exsulanti marito, fidem suam diligentissime servaverit. Amicos habuit per multos, cum doctrina, & generis nobilitate insignes, tum probitate; ac moribus ornatissimos: ut Albiu Tibullu, Cor. Severu, Sabinu, Sext. Pompeju, Græcinu, & Flaccu, viros Consulares, quorum familiaritate intime usus est: Messalam prætereâ, Albinovanu, Æmilium Maerum, Maximum, & alios complures, cum quibus, ut ipse refert, conjunctissime vixit. Relatu est à Suetonio Tranquillo, Juliu Higinu (qui Augusti libertus fuit, summoque ingenio, & doctrina præstitit) familiarissimu fuisse Ovidio Poëtæ. De ipsius operibus haud magnum operæ pretiu est pluribus agere, cum multi de hoc scripserint, eaque vulgo satis nota sint ex commentariis nostrorum Grammaticorum. Et sane hic unus præter cæteros omnes videtur, plura, atque varia Poëmatu genera descripsisse. In eo opere (cui titulu fecit Metamorphoseon) secutus est Partheniu Chiu Poëtam, qui Græce scripsit præclaru poëma pari argumento, & materia simili. Id Ovidii opus in tanto  
pre-



pretio habitum est Græcorum ingeniis, ut illud converterint in suum sermonem: est refertum varia, atque multiplici eruditione: quamquam ipse auctor inemendatum, atque imperfectum reliquit, ut ipse testatur versiculis additis. Nam absente illo, atque etiam nesciente, editum est in vulgus ab amicis. Fastorum libros sex composuit, eosque ad Germanicum Drusi filium misit: reliquos per importunum obitum, & adversam exsillii fortunam (ut plerique putant) non potuit perficere. Is tamen alicubi asserit duodecim à se compositos: opus quidem eruditum, & plenum magna, & copiosa rerum scientia:

*Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos,*

*Cumque suo finem mense libellus habet.*

De Amoris libris tres: in quibus, sub ficto nomine Corinnæ, maxime probavit ingenium suum. Complures etiam epistolas, in quibus est usus miræ elegantiam, & artificio singulari, ut Critici asserunt. In elegia habitus est paulo lascivior, ut qui nimium quandoque indulserit ingenio suo. Prætereo libros Artium amandi, & Remediorum, in Ibin, de obitu Drusi, epigrammata, & poemata complura, quæ ab eodem composita sunt, ut Grammatici veteres testantur. Quædam tamen falso, atque improbe ad eum referuntur, ut carmen de Vocibus avium, de Pulice, & alia indigna prorsus atque aliena ab ingenio, & doctrina tanti Poætæ. Volumen præterea scripsit Halieuticon, in quo complexus est varia, & inaudita ad eam diem nomina piscium, quod amissum est (ut alia multa ejusdem auctoris) injuriâ hominum, & longâ verustate insequentium temporum. Idem Ovidius magnopere commendatus est in Medea tragoedia, propter ipsam elegantiam, & sententiarum gravitatem, ut Cor. Tacitus, & Fabius Quintilianus referunt. In urbe secundum Capitolium habitavit, hortosque habuit in colle positos, quâ via Appia conjugebatur cum Flaminia. In his magna animi voluptate versari consuevit, suumque otium mitioribus curis traducere. Relegatus à Cæsare Augusto in

Por-



Pontum ad oppidum Tomos, quo tempore Ovidius majorem quietem, atque otium dari sibi sperabat, recolendis veteribus studiis, ut qui accessisset ad ætatem proveciorem. Causam vero tam sævi, tamque incivilis exsilii varis multi (ut in re ancipiti evenit) interpretantur. Alii hoc referunt ad eos libros, qui ab eo scripti sunt de Amoris, quod essent paulo lasciviores, ut est auctor Sextus Aurelius, qui de Rom. principibus scripsit. Plerique existimant, provenisse hoc ex adulterio cum Julia Augusti filia: qua in re etsi P. Ovidius nihil omnino aperte retulit, tamen alicubi videtur idipsum insinuare, velata proprii criminis causa. Itaque Sidonius Apollinaris videtur existimasse, ob id fuisse illum relegatum ab Augusto, ut satis declaratur his versibus:

*Nec te carmina per libidinosa  
Notum, Naso tener, Tomosque missum  
Quondam Cesareæ nimis puellæ  
Ficto carmine subditum Corinnæ.*

Hoc idem innuit Ovidius, cum refert:

*Lingua silet, non est ultra narrabile quidquam.*

Et alibi servata ratione obstinati silentii:

*Nec breve, nec tutum est, peccati quæ sit origo,  
Dicere; trahari vulnera nostra timent.*

Minime autem obscurum est, Juliam Augusti Principis filiam deflagrasse magna libidine, & infamem fuisse vulgatis per urbem adulteriis; ut ab antiquis scriptoribus refertur. Quapropter inclinatur animus, ut existimem, haud satis potuisse Octavium sibi temperare, quo minus desæviret in Poëtam Ovidium, confecta causa novi criminis, quod in impudicis carminibus operam, atque studium posuisset. In exilio supra septem annos versatus est. Cumque illi vivendum foret inter incultas, atque barbaras nationes, tantum sibi promeruit gratiæ, atque studii, bene, præclareque agendo, ut in ejus obitu Getæ illi, ac Tomitani populi tenere lacrymas non potuerint. Fuit enim Ovidius moribus apprime honestis, & facilitate mirifica ad concilianda  
si-



sibi ingenia hominum: quod in primis dignum est summa admiratione. Cum Geticum sermonem, atque Sarmaticum didicisset, poemata descripsit Getica lingua, laudesque Cæsarum decantavit. Obiisse traditur, eodem anno quo T. Livius, qui nobilissimus auctor habitus est in Romana historia describenda. Sepultusque fuit juxta oppidum Tomos, ut Eusebius testatur. Permulti scriptores, cum veteres, tum juniores, deplorarunt obitum illius, ut indignum, atque miserabilem, habita detestatione tam sævæ, tamque calamitosæ relegationis. Sed eleganter in primis, & copiose (ut ego existimo) Angelus Politianus id fecit his versibus:

*Et jacet Euxinis vates Romanus in oris;  
Romanum vatem barbara terra tegit.  
Terra tegit vatem, teneros qui luit amores,  
Barbara, quam gelidis alluit Ister aquis.  
Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno,  
Pestora habes ipsis barbariora Getis?  
Ecquid, Io Musæ, Scythicis in sinibus egro  
Tædia qui morbi demeret, ullus erat?  
Ecquid frigidulos qui lecto imponeret artus,  
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?  
Aut qui tentaret salientis tempora venæ,  
Aut fomenta manu qui properata daret?  
Conderet aut oculos media jam morte natantes,  
Aut legeret summam qui pius ore animam?  
Nullus erat: nullus: veteres, tu dura, sodales  
Heu procul à Ponto, Martia Roma, tenes!  
Nullus erat: procul ab conjux, parvique nepotes:  
Nec fuerat profugum nata sequuta patrem.  
Scilicet immanes Bessi, flavique Coralli.  
Aut vos pelliti saxeæ corda Gettæ,  
Scilicet horribili dederit solamina vultu  
Sarmata, ab epoto sæpe vehendus equo?  
Sarmata, cui rigidam demiso in lumine frontem  
Mota pruinoso tempora crine sonant.  
Sed tamen & Bessi extinctum, & flevæ Coralli,*  
Sar-



*Sarmataque : & durus contudit ora Getes.  
 Exstinctum & montes flebant , & sylva , feraque,  
 Et flesse in mediis dicitur Ister aquis.  
 Quin etiam pigro concretum frigore Pontum,  
 Nereidum lacrymis intepuisse ferunt.  
 Accurrere leves Paphia cum Matre volucres,  
 Arsuroque faces supposuere rogo.  
 Quem simul absumpsit rapida violentia flammæ,  
 Reliquias tecto composuere cado.  
 Impositumque brevi signarunt carmine saxum:  
 Qui jacet hic , teneri doctor amoris erat.  
 Ipsa locum late sancto Cytherea liquore  
 Irrorat nivèa , terque , quaterque manu.  
 Vos quoque , Pierides , vati libastis adempto  
 Carmina , sed nostro non referenda sono.*

## EJUSDEM VITA

*Ex ipsius libris ab Aldo Manutio Romano  
collecta.*

**O**vidii Nasonis vitam huic operi præponere placuit , quod ad eruditionem facere , & studiosis gratissimum fore videbatur. Fuit igitur Ovidius Sulmonensis , quod ipse sic testatur in Tristibus , lib. 4. eleg. 9.

*Sulmo mihi patria est , claris uberrimus undis,*

*Millia qui novies distat ab urbe decem.*

Et in Fastis , ubi etiam à Solemo Sulmonem denominatum dicit lib. 4.

*Hujus erat Solemus Phrygia comes unus ab Ida,*

*A quo Sulmonis mœnia nomen habent:*

*Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ.*

*Me miserum Scythico quàm procul illa solo est.*

Est autem Sulmo in Pelignis : quod ipse sic in 1. Amor, eleg. 1.

*Hæc quoque composui Pelignis natus aquosis*



*Ille ego nequitia Naso Poeta mea.*

Et in 3. eleg. 15.

*Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo:*

*Pelignæ gentis gloria dicar ego.*

Fuit ex equestri natus familia, ipso dicente in 4. de Tristibus, eleg. 10.

*Si quid id est, usque à proavis vetus ordinis hæres,*

*Non modo fortuna munere factus eques.*

Et Fastorum 6.

*Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen*

*Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.*

Idem ait in 4. de Ponto, epist. 8.

*Si genus excutias, equites ab origine prima*

*Usque per innumeros inveniemur avos.*

Patrimonium satis amplum habuisse constat: quod ab eodem in Ponto sic ostenditur:

*Non meus amissos animus desiderat agros,*

*Ruraque peligno conspicienda solo:*

*Nec quos pomiferis positos in collibus hortos*

*Spestat flaminie Claudia juncta vie.*

Item domum non longè à Capitolio, ait enim in 1.

Trist. eleg. 3.

*Hanc ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens,*

*Quæ nostro frustra juncta fuere lari.*

Fratrem præterea habuit natu majorem duodecim mensibus, & quod mirum est, eodem, quo ipse, natum die: uterque enim quartodecimo Kalendas Aprilis Minervæ quinquatriis natus est: quod sic ipse in 4. de Trist. eleg. 10.

*Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,*

*Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.*

*Lucifer ambobus natalibus adfuit idem:*

*Una celebrata est per duo liba dies.*

*Hæc est armifera de festis quinque Minerva,*

*Quæ fieri pugna prima truenta solet.*

Natus est autem Hircio, & Pansa Consulibus: qui bello Antoniano apud Mutinam perempti sunt: ut ipse in 4. de Trist. eleg. 10.

Edi-



*Editus hinc ego sum: necnon, ut tempora noris,*

*Cum cecidit fato consul uterque pari.*

Cum autem Romæ unâ cum fratre sub clarissimis & Grammaticis, & Rhetoribus plurimum profecisset, legibus, cogente patre, qui humanitatis studia inutilia esse contendebat, coepit incumbere, & profecit legibus, & honoribus functus est: sed cum Forum displiceret, quod esset majus onus ejus viribus, relicta curiâ, & laticlavi servitute, ad mansuetiores Musas rediit: Poëtasque omneis illius temporis natu majores assidue coluit, atque à minoribus æquè cultis ipse est. Quæ omnia in 4. de Tristibus, eleg. 10. ipse elegantissimè sic scribit:

*Protinus excolimur teneri, curâque parentis*

*Imus ad insignes urbis ab arte viros,*

*Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,*

*Fortia verbosi natus ad arma fori.*

*At mihi jam puero cœlestia sacra placebant:*

*Inque suum furtim Musa traherat opus.*

*Sæpe pater dixit: studium quid inutile tentas?*

*Mæonides nullas ipse reliquit oper.*

*Motus eram dictis, totoque Helicone relicto,*

*Scribere conabar verba soluta modis.*

*Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptor:*

*Quidquid conabar dicere, versus erat.*

*Interea, tacito passu labentibus annis,*

*Liberior fratri sumpta, mibique toga est:*

*Induiturque humeris cum lato purpura clavo:*

*Et studium nobis, quod fuit ante, manet.*

*Jamque decem vitæ frater geminaverat annos,*

*Cum perit, & cœpi parte carere mei.*

*Cepimus & teneræ primos ætatis honores,*

*Deque viris quondam pars tribus una fui.*

*Curia restabat: clavi mensura coacta est.*

*Majus erat nostris viribus illud onus.*

*Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori,*

*Sollicitaque fugax ambitionis eram:*

*Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores*

*Quia*



*Otia, judicio semper amata meo.*  
*Temporis illius colui, fovique Poëtas:*  
*Quotque aderant vates, rebar adesse Deos.*  
*Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,*  
*Quæque nocet serpens, quæ juvat herba, Macer.*  
*Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,*  
*Jure sodalirii qui mihi junctus erat.*  
*Ponticus Heroo, Battus quoque clarus Jambis,*  
*Dulcia convictus membra fuere mei.*  
*Detinuit nostras numerosus Horatius aures.*  
*Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.*  
*Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo*  
*Tempus amicitiae fata dedere meæ.*  
*Successor fuit hic tibi Galle, Propertius illi:*  
*Quartus ab his serie temporis ipse fui.*  
*Utque ego majores, sic me coluere minores:*  
*Notaque non tardè facta Thaleja mea est.*  
 In 2. de Tristibus se & causidicum fuisse scribit, & in  
 privatis causis arbitrum, his versibus:  
*Nec malè commissa est nobis fortuna reorum*  
*Usque decem decies inspicienda viris.*  
*Res quoque privatas statui sine crimine iudex:*  
*Deque mea fassa est pars quoque victa fide.*  
 Benignus etiam adeò fuit, ut nullus unquam opus, quod  
 ipse composuerat, carpserit: quod testatur ipse in 4.  
 de Trist. sic. eleg. 10.  
*Nec, qui detractat præsentia, livor iniquo*  
*Ullum de nostris dente momordit opus.*  
 Fuit & moribus ornatissimus; nam & vinum multa  
 aquâ dilutum bibebat, & à detestando puerorum con-  
 cubitu abhorrebat, eratque purus omnis sceleris. Sic  
 enim ipse 1. de Ponto, epist. 11.  
*Parvus in exiles succus mihi pervenit artus*  
*Membraque sunt cera pallidiora nova.*  
*Non hæc immodico contraxi damna Lyæo:*  
*Scis mihi quàm puræ penè bibantur aquæ.*  
*Non epulis oneror: quarum si tangar amore,*  
*Est tamen in Geticis copia nulla locis.*

Ne



*Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:*

*Non solet in mæstos illa venire toros.*

Item in 2. de Arte Amandi ait:

*Odi concubitus, qui non utrimque resolvunt:*

*Hoc est, cur pueri tangor amore minus.*

In 2. autem de Ponto, epist. 7. sic scribit:

*Vita prior vitio caret, & sine labe peracta est.*

*Auxilii misero nil tulit illa mihi.*

Habuit uxores tres: quarum duas repudiavit: cum tertia vero conjunctissimè, & amantissimè vixit. Item filiam, & alios liberos; sed ex filia & avus factus est.

Quare in 4. de Tristibus ait, eleg. 10.

*Panè mihi puero nec digna, nec utilis uxor*

*Est data, quæ tempus perbreve nupta fuit.*

*Illi successit, quamvis sine crimine, conjux,*

*Non tamen in nostro firma futura toro.*

*Ultima, quæ mecum seros permansit in annos,*

*Sustinuit conjux exsulis esse viri.*

*Filia me mea bis prima fœcunda juventa,*

*Sed non ex uno conjuge, fecit avum.*

In primo autem libro Trist. eleg. 3. sic:

*Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,*

*Respiciens oculis pignora chara meis.*

Et in 3. eleg. 11. sic:

*Utque sit exiguum pœnæ, quòd conjuge chara,*

*Quòd careo patria, pignoribusque meis.*

Cùm autem Augustum Cæsarem imprudenter, & inscius, ut ipse ait, offendisset, ad Euxinos ab eo relegatus est annos natus quinquaginta. Quare ait in 4. de Trist. eleg. 10.

*Postque meos ortus Pisæa vinctus oliva*

*Abstulerat decies præmia victor eques:*

*Cum maris Euxini positos ad læva Tomitas*

*Querere me læsi principis ira jubet.*

Describit autem discessum suum ex urbe, & uxoris, & cæterorum suorum lacrymas, duramque, & periculosam navigationem suam primo de Tristibus longa epistola, quæ incipit: *Cum subit illius tristissima noctis ima-*



go, &c. Præterea primo de Ponto in epist. 4. ad Rufinum, eo in loco se exulare, ubi semper maxima forent frigora, summaque inopia bonorum omnium, his queritur versibus:

*Orbis in extremis jaceo desertus arenis,  
Fert ubi perpetuas obruta terra nives.  
Non ager hic pomum, non dulces educat uvæ:  
Non salices ripa, robora monte virent.  
Neve fretum laudes terra magis, æquora semper  
Ventorum rabie solibus orba tument.  
Quocumque aspicias, campi cultore carentes,  
Vastaque, quæ nemo vendicet, arva jacent.  
Hostis adest dextra, lævaque à parte timendus,  
Vicinoque metu terret utrumque latus.  
Altera Bistonias pars est sensura sagittas,  
Altera Sarmatica spicula missa manu.*

Sui autem exsilii duas fuisse ait causas: quarum alteram ubique fatetur, alteram semper suppressit: ait enim 2. de Tristibus:

*Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error,  
Alterius facti culpa silenda mihi est.*

Persæpe igitur & libros de Arte amandi composuisse dolet, quod propterea Augusto odio esse cœperit; & aliquid vidisse per errorem, ut ob id in Scythiam relegatus fuerit, offenso Cæsare. Ait enim in 2. de Ponto, epist. 2.

*Neve roges, quæ sit, stultam quam scripsimus artem,  
Innocuas nobis hæc vetat esse manus.  
Et quid præterea peccarim, querere noli,  
Ut pateat sola culpa sub arte mea.*

Et paulo inferius, epist. 10.

*Naso parum prudens Artem dum scribit amandi,  
Doctrinæ pretium triste magister habet.*

Et in 3. ad Amorem, eleg. 3.

*Nec satis hoc fuerat, stultus quoque carmina feci,  
Artibus ut posses non rudis esse meis.  
Pro quibus exsilium misero mihi reddita merces,  
Id quoque in extremis, & sine pace locis.*



In eodem sic Amorem sibi respondentem inducit in somniis:

*Uique hæc, sic utinam defendere cætera posses:*

*Scis aliud, quod te læserit, esse magis.*

Et in 4. ad Carum, epist. 13.

*Ille quidem dixit: sed me jam, care, nivali,*

*Sexta relegatum bruma sub axe tenet.*

*Carmina nil prosunt: nocuerunt carmina quondam,*

*Primaque tam misere causa fuere fugæ.*

Secundo item de Tristibus ait:

*Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?*

*Cur imprudenti cognita culpa mihi est?*

*Inscius Actæon vidit sine uesta Dianam:*

*Præda fuit canibus non minus ille suis.*

Et in eodem in fine.

*Carminaque edideram, cum te delicta notantem*

*Præterit toties irrequietus eques.*

*Ergo quæ juveni mihi non nocitura putavi*

*Scripta parum prudens, nec nocuere seni.*

*Sera redundavit veteres vindicta libelli,*

*Distat & à meritis tempore pœna sui.*

Et in 3. eleg. 5.

*Inscia quod crimen viderunt lumina, pector;*

*Peccatumque oculos est habuisse meum.*

*Non equidem totam possum defendere culpam:*

*Sed partem nostri criminis error habet.*

Ubique igitur exilii causam tum libros de Arte, tum errorem fuisse commemorat. Quis vero ille error fuerit nunquam aperuit, ne magis Augustus sibi irasceretur. Verum, quia (ut ipse ait) *Nititur in vetitum semper, cupimusque negata*, quidnam id fuerit, plurimi scire conati sunt, & conatur semper aliquis. Quapropter suspicati sunt quidam, turpe aliquod Augusti secretum casu vidisse Ovidium. Quod non placet: quia toties objiciendo scelus, immitiorem reddidisset Cæsarem, quem lenire, & placare studebat. Alii verò, quod Augusti filiam falso Corinnæ nomine amaverit: quæ, ut Plinius, & Tranquillus scribunt, flagravat adul-



in  
adulteriorum infamia, & damnata est. Qua de re sic  
Sidonius Poëta :

*Et te carmina per libidinosa  
Notum, Naso tener, Tomosque missum,  
Quondam Cæsarea nimis puella  
Falso nomine subditum Corinnæ.*

Quod non videtur : quia si ita esset, graviter, &  
scienter in Augusti majestatem deliquisset Ovidius, non,  
ut ubique ipse scribit, per errorem, & inscienter. Præ-  
terea, quam ficto nomine Corinnam appellavit, poti-  
tum se testatur in Amoribus, libro primo, eleg. 5.  
dicens :

*Singula quid referam ? nil non laudabile vidi :*

*Et nudam pressi corpus adusque meum.*

*Cætera quis nescit ? lassi requievimus ambo.*

*Proveniant medii sic mihi sæpe dies.*

Quare si ea vel filia, vel neptis, vel ancilla Cæsaris,  
vel quæcunque alia fuerit sic illi chara, ut propterea  
Ovidium relegaverit, non error, sed scelus fuisset:  
non inscius vidisset crimen, sed sciens fecisset. Adde  
quod in eum errorem incidit jam senex : Corinnam  
verò juvenis amavit. Sic enim de seipso. 4. de Tristib.  
eleg. 10.

*Carmina cum populo primum juvenilia legi,*

*Barbara resesta mihi bisve, semelve fuit.*

*Moverat ingenium totam cantata per urbem*

*Nomine non vero dicta Corinna mihi.*

Nec puto hic eam quasi gaudens nominasset, si ejus  
miseriæ, & exsilii causa fuisset. Credendum certe est,  
aliquid ab Ovidio per errorem visum, cognitumque,  
ut propterea ab offenso Augusto sub Artis amatorix  
culpa Tomos relegatus sit. Sed quidnam illud fuerit,  
cum sciri ipse noluerit, nequicquam quærimus : præser-  
tim cum, ne quærat, sic ipse jubeat :

*Et quid præterea peccarim, quærere noli,*

*Ut pateat sola culpa sub arte mea.*

Exsulans autem in locis asperrimis, & perinhumanis,  
sæpe, ut saltem in mitiorem locum relegaretur, petit.



Ququam vel veniam impetraturum se ab Imperatore sperabat. Quapropter, eo mortuo, in 4. de Ponto, epistol. 6. sic. dolet :

*Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ :  
Spem nostram , terras deseruique simul.  
Quale tamen potui , de cœlite , Brute , recentî  
Vestra procul positus carmen in ora dedi.  
Quæ prosit pietas utinam mihi , sitque malorum  
Jam modus , & sacræ mitior ira demus.*

Et in eodem epist. 9. numen Augusti rogat , ut sibi ignoscatur , præsertim cùm de illo novo Deo facto libellum scripserit , ait enim :

*Tu certè scis hæc , superis ascite , videsque ,  
Cæsar , ut est oculis subdita terra tuis.  
Tu nostras audis inter convexa locatus  
Sidera , sollicito quas damus ore preces.  
Pervenient illuc & carmina forsitan illa ,  
Quæ de te scripti cœlite facta novo.  
Auguror his flecti tua numina : nec tu  
Immeritò nomen mite parentis habes.*

Scripsit ante exsilium Heroidum epistolas plurimas : de Amoris ad Corinnam libros quinque , quos postea diligentius recognitos in treis redegit. Quod sic ipse in primo eorundem :

*Qui modò Nasonis fueramus quinque libelli ,  
Tres sumus : hoc illi prætulit auctor opus.*

De Arte amandi , libros treis : de Remedio amoris , libros duos : Transmutationum , libros quindecim : quos quia non emendaverat , tum iratus , ut ipse ait , studio , carminibusque suis , cùm Tomos relegaretur , sua manu combussit , cum aliis quibusdam placituris. Sed quia exscripti fuerant antè plurimis exemplis , omnino abolere non potuerunt : propterea sic ipse primo de Tristibus , eleg. 6. ait :

*Grata tua est pietas : sed carmina major imago  
Sunt mea : quæ mando qualiacunque legas.  
Carmina mutatas hominum dicentia forma :  
Infelix domini quod fuga rupit opus.*

Hoc



Hoc ego discedens , sicut bona multa meorum ,  
 Ipse mea posui mœstus in igne manu .  
 Utique cremasse suum fertur sub stipite natum  
 Thestias , & melior mater fuisse soror :  
 Sic ego non meritos mecum peritura libellos  
 Imposui rapidis viscera nostra rogis :  
 Vel quòd eram Musas , ut crimina nostra , perosus ,  
 Vel quòd adhuc crescens , & rude carmen erat .  
 Quæ quoniam non sunt penitus sublata , sed extant ,  
 ( Pluribus exemplis scripta fuisse reor )  
 Nunc precor , ut vivant , & non ignava legentem  
 Otia deleat , admoneantque mei .  
 Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo ,  
 Nesciat his summam si quis abesse manum .  
 Ablatum mediis opus est incudibus illud :  
 Defuit & scriptis ultima lima meis .  
 Et veniam pro laude peto : laudatus abunde ,  
 Non fastiditus si tibi lector ero .  
 Hos quoque sex versus in prima fronte libelli ,  
 Si præponendos esse putabis , habe ,  
 Orba parente suo quocumque volumina cernis ,  
 His saltem vestra detur in urbe locus .  
 Quoque magis faveas , non sunt hæc edita ab ipso ,  
 Sed quasi de domini funere raptâ sui .  
 Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit ,  
 Emendaturus , si licuisset , eram .

Item in 3. eleg. 14.

Sunt quoque mutata ter quinque volumina formæ ,  
 Carmina de domini funere raptâ sui .  
 Illud opus potuit , si non prius ipse perissem ,  
 Certius à summa nomen habere manu .  
 Nunc incorrectum populi pervenit in ora :  
 In populi quicquam si tamen ore meum est .  
 Scripsit & Medeam Tragœdiam : de qua maximè , &  
 à Quintiliano , & à Cornelio Tacito laudatus est . Ait  
 enim Fabius , Ovidii Medea ostendit , quantum vir ille  
 præstare potuerit , si ingenio suo temperare , quam in-  
 dulgere maluisset . Summo etiam eum fuisse iudicio os-



tendit Seneca in secundo Declamationum, sic inquit:  
Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres ver-  
sus, petiuit invicem, ut tres exciperet, in quos illis  
nihil liceret. Conscripserant illi, quos tolli vellent se-  
creto; hic, quos tuto esse vellet. In utrisque cobdici-  
lis iidem versus erant. Ex quibus primum fuisse narra-  
bat Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuit.

*Semibovemque virum, semivirumque bovem.*

Secundum.

*Et gelidum Borean, egelidumque Notum.*

Ex quo apparet summi ingenii viro non iudicium de-  
fuisse ad compescendum licentiam carminum suorum,  
sed animum. Aiebat etenim decentiorem esse faciem,  
in qua aliquis nævus inesset. De Medea Tragœdia ipse  
sic meminit 2. de Tristibus:

*Et dedimus Tragicis scriptum regale coturnis;*

*Quæque gravis debet verba coturnus habet.*

Composuit & librum in malos Poëtas, qui non extat;  
item in exsilio Epistolam consolatoriam ad Liviam Au-  
gusti de morte Drusi: de Tristibus etiam libros quin-  
que: de Ponto libros quatuor: Ibin: Fastorum libros  
duodecim, ex quibus sex tantum ad nostra tempora  
pervenerunt: de quibus sic ipse 2. de Tristib.

*Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos:*

*Cumque suo finem mense libellus habet.*

Scripsit & triumphum Cæsaris, de quo 3. de Ponto,  
epist. 4. sic meminit:

*Utque suo faveas mandat, Rufine, triumpho:*

*In vestras veniet si tamen ille manus.*

*Est opus exiguum: vestrisque paratibus impar:*

*Quale tamen cunque est, ut tueare, rogo.*

Et lingua Getica libellum de laudibus Cæsaris, quem  
etiam recitavit: cujus meminit 4. de Ponto ad Carum,  
epist. 13. sic scribens:

*Ab pudet, & scripsi Getico sermone libellum:*

*Struſtaque sunt nostris barbara verba modis.*

*Et placuit (gratare mihi) cœpique Poetæ*

*Inter inhumanos nomen habere Getas.*

Ma-



*Materiam quæris? laudes de Cæsare dixi.  
 Adjuta est novitas numine nostra Dei.  
 Nam patris Augusti docui mortale fuisse  
 Corpus, ad ætherias nomen abisse domos.  
 Esse parem virtute patri, qui fræna rogatus  
 Sæpe recusati ceperit imperii.  
 Esse pudicarum Vestam te Livia matrum:  
 Ambiguum nato dignior, anne viro.  
 Esse duos juvenes firma adjumenta parentis,  
 Qui dederint animi pignora certa sui.  
 Hæc ubi non patria perlegi scripta Camæna,  
 Venit & ad digitos ultima charta meos:  
 Et caput, & plenas omnes movère pharetras,  
 Et longum Getico murmur in ore fuit.  
 Atque aliquis, scribas hæc cum de Cæsare, dixit,  
 Cæsaris imperio restituendus eras.*

De Piscibus opus non perfecit: de quibus postea Op-  
 pianus Ovidium imitatus Græcè scripsit ad Antoninum  
 Imperatorem. Extant præterea multa opuscula sub hu-  
 jus Poëtæ nomine, ut de Nuce, de Medicamine faciei,  
 ac aurium, de Pulice, de Sommo, de Cuculo, de Au-  
 rora, de Philomela, de Limace, de Vetula, de qua-  
 tuor humoribus, de Ludo latrunculorum. Quæ omnia,  
 præterquam de Nuce, & de Medicamine faciei, quæ  
 fortasse puer composuit, ridicula sunt, nec digna, ut  
 divino Nasonis ingenio, non juvenis modò, virive, sed  
 ne pueri quidem attribuantur. Desperans tandem ad ur-  
 bem reditum impetrare à Cæsare, sed ad uxorem 3. lib.  
 de Tristib. eleg. 3. scripsit:

*Ossa tamen facito parva referantur ut urna:  
 Sic ego non etiam mortuus exsul ero.  
 Non vetat hoc quisquam: fratrem Thebana peremptum  
 Supposuit tumulo, rege vetante, soror.  
 Atque ea cum foliis, & amomi pulvere misce,  
 Atque suburbano condita crede solo.  
 Quosque legat versus oculo properante viator,  
 Grandibus in tumuli marmore cæde notis.  
 Hic ego qui jaceo tenerorum lusor amorum,*



*Ingenio perii Naso Poeta meo,  
At tibi qui transis, non sit grave, quisquis amasti,  
Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.*

Missus autem fuit in exsilium anno Imperii Augusti secundo & quinquagesimo, vel circiter: quinto autem Tiberii Tomis apud Getas diem obiit. Ex quo colligitur exulasse annos octo, & menses aliquot. Sepultum etiam juxta oppidum Tomos, tradit Eusebius.

## TESTIMONIA, ET JUDICIUM DE OVIDIO

*Ex Vossii, de Veterum Poetarum temporibus,  
lib. I. cap. II.*

### APUD HIERONYMUM.

**O**lymp. CXCIX. anno 1. Ovidius Poeta in exilio diem obiit, & juxta oppidum Tomos sepelitur.

Inter cætera ejus, quæ referre nihil attinet, cum omnium manibus versetur, sunt Epistolæ Heroidum, sed non omnes sunt unius scriptoris: ipse lib. 2. Amorum, eleg. 18, ut suas agnoscit, illam Penelopes ad Ulysem, Phyllidis ad Demophoontem, Canaces ad Macareum, Hypsipyles ad Jasonem, Ariadnes ad Theseum, Phædræ ad Hippolytum, Didus ad Æneam, item Saphus ad Phaonem. Sed Josephi Scaligeri judicio præterea ejus videntur istæ: Briseidis ad Achillem, Oenones ad Paridem, Harmiones ad Oresten, Dejaniræ ad Herculem, Canaces ad Macareum, Medæ ad Jasonem, Laodamiæ ad Protesilaum, Hypermenestræ ad Linum, sive Lynceum, quæ autem Sabini potius videantur inferius dicetur. Etiam Ovidius transtulit Aratea, unde duos versus Probus adducit in Georg.

Multa scripsit Ovidius, quæ deperierunt, ut sunt VI. Fastorum libri posteriores, laudatissima Tragoedia Medea, Phænomena, vaticinia, laudes Augusti, liber in



in malos Poëtas , epigrammata , è quibûs versus ille  
apud Martialem in secundo Epigr.

*Ride , si sapis , ô puella , ride.*

Etiam orsus librum de Bello Aſtiaco , & libellum lin-  
gua Getica , de quo sic ipse lib. 4. de Ponto , ele-  
gia 13.

*Ab pudet , & Getico scripsi sermone libellum ,*

*Structaque sunt nostris barbara verba modis.*

*Et placui ; gratare mihi , cœpique Poetæ*

*Inter inhumanos nomen habere Getas.*

*Materiam queris ? laudes de Cæsare dixi ,*

*Adjuta est novitas numine nostra Dei.*

*Nam patris Augusti docui mortale fuisse*

*Corpus ; in æthereas numen abisse domos.*

*Esse parem virtute patri , qui fræna rogatus*

*Sæpe recusati cæperit imperii.*

Unde liquet scripsisse Tiberio imperante. Cumque adeo  
facilis ejus dictio videatur , subinde tamen occurrit,  
ubi ob trajectionem verborum duriusculus dicatur : ut  
cum sic incipit libros de Arte amandi :

*Si quis in hoc artem populo non novit amandi :*

maluerit aliquis :

*Si quis in hoc populo legem non novit amandi.*

Ac ipse hoc mallet , si legis vocabulo artis nomen sa-  
tis exprimeretur. Eidem multa falso attributa , ut car-  
men panegyricum ad Pisonem , cujus in Msto. hæc ins-  
criptio *Lucani cataleſſon de laude Pisonis.*

Quædam etiam deterioris notæ , ut Grammatici  
cujusdam Christiani Philomela , alius item Pulex , &  
alia quædam. Aliqua vero hominum sunt nec medio-  
criter eruditorum , in his libri tres de Vetula , minus  
etiam Ovidium referentes , quam simius hominem. Nec  
ab insulsis librariis Ovidii esse nomen impositum , sed  
scriptore ipso indicat hoc lib. 2.

*.... in nova formas*

*Corpora mutatas cecini.*

Et lib. 3.

*...memini dicens hæc de Jove verba*

*Esse*



*Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,  
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli  
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

Quæ sunt ex lib. 1. Metam. etiam loquitur postea, quasi inter Getas degeret, ac subdit

*Nam quoniam reditum mihi jam sperare negatum est,  
Opto mori.*

Vide autem stultitiam Poëtastri. Etiam Ovidium inducit loquentem, quasi Evangelium legisset:

*Hujus Cultorem me repromitto futurum,  
Dum tamen ipse trahat, quia si non traxerit, ipsi  
Nemo placere potest, & ad ipsum nemo venire.*

Ovidii de Vetula meminere Theodoricus de Niem in Nemore unionis, tract. VI. cap. XXXVIII. & Gobellinus Persona in Cosmodromio ætatis III. cap. XVI. & ætat. IV. cap. X. meminit quoque, sed ut suspecti scriptoris Henricus de Hervordia: in historia Laurentii Mulleri, atque exinde in Glandorpi Onomastico legas, hodieque exstare versus monumento Ovidii incisos, esse vero hujusmodi:

*Hic situs est vates, quem Divi Caesaris ira  
Augusti Latia cedere jussit humo.*

*Sæpe miser voluit patriis occumbere terris,  
Sed frustra; hunc illi fata dedere locum.*

Verum neutiquam hæc sapiunt ævum Augusti, vel Tiberii.



# CHRONOLOGIA

## CARMINUM,

Quæ libris Tristium, & epistolarum ex Ponto continentur.

*Anno U. C. DCCLXI. Christi VIII. Dionysiano, M. Furio Camillo, Sext. Nonio Quintiliano Coss.*

**R** Elegatus Ovidius, ætatis anno LI. mense Decembri Brundusio solvit, & proceloso mari jactatus ex Hadriatico, & Ionio mari per sinum Corinthiacum Corinthum venit. In hoc itinere scripsit elegiam 2. & 3. libri 1. Tristium.

*Anno U. C. DCCLXII. Christi IX. Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sab. Coss.*

Cum Pannonibus, & Illyriis, Batone in deditionem accepto, debellatum est ducibus Tiberio, & Germanico, in Germania vero accepta clades Variana, ad quam ulciscendam Tiberius contra Germanos imperator missus est.

Hujus animi initio scriptæ videntur elegiæ 4. 5. 6. 7. & 8. idque Corinthi, postquam litteris, nuntiisve Roma allatis de amicorum quorundam, el. 4. & 8. & uxoris fide eleg. 5. de exstantibus adhuc libris Metamorphos. eleg. 6. de auctis amici honoribus, eleg. 8. v. 41. seq. certior factus erat.

Mense autem Martio Corintho digressus Poëta, in itinere scripsisse videtur eleg. 1. qua, velut præfatione priores illæ, antea separatim missæ, jam vero in unum librum colligendæ, & publicandæ, ornarentur: tum mense Aprili in Samothraciam venisse, ubi scripsit eleg. 2. ac paulo post in ipso trajectu maris inter Samo-



mothracen, & Thraciæ litora proxima elegiam 10. Inde pedestri itinere Tomon petiit, quo deportari eum jusserrat Augustus.

Eo delatus librum 2. Tristium, quo se purgat Augusto, composuit, flagrante etiam tum bello Illyrico, ex quo triumphum Tiberio auguratur v. 178. ante cladem Verian. cujus nullam mentionem facit inter ea *arma, quæ metum præbeant*, v. 226.

Circa idem tempus, aut etiam ante librum 2. exarata est elegia 2. lib. 3. Trist. quæ, se in Pontum pervenisse, indicat. Post aliquanto secuta est eleg. 3. quum ex insueto coeli, victusque genere languorem contraxisset; eademque æstate deinceps *cetera hujus libri usque ad elegiam 8.* quam autumnus jam inclinante scriptam puto, ad quem alludit v. 29. & 30. ac mox subjunctam elegiam 9.

A. U. C. DCCLXIII. Christ. X. P. Corn. Dolabella, C. Junio Sittæ Coss.

Tiberius in Germania res prosperè gessit; deinde Romam regressus ædem Concordiæ, inscripto suo, & fratris Drusi nomine, dedicavit.

Hujus anni primis mensibus scripta est eleg. 10. lib. 3. quum proximo anno jam vidisset *terram relictam cessare, nec uvas, nec poma* autumnus in ea regione ferret vid. v. 7. 70. 75. quæ certe non potuisset tum, ut expertus scribere, nisi jam priorem autumnus in Ponto egisset. Tum post *elegiam 11.* scripta est *elegia 12.* vere hujus anni ineunte, v. 1. quæ Tiberio, jam Germanorum fines ingresso, victoriam, & triumphum precatur. Mox Poëta die natali suo 13. Kal. Aprilis, sive die 21. Martii, cecinit *elegiam 13.* quum priore anno natalem diem suum nondum in Ponto, sed in itinere, egisset. Primam vero elegiam ejusdem libri, & *ultimam 14.* scriptas existimo post reliquas, ut confectum jam ex pluribus epistolis librum Romam mitteret, publicaretque.

Eundem ad annum pertinere videtur 6. *priores elegiæ*  
li-



libri 4. quarum *sexam* ejusdem anni auctumnum scriptam  
apparet ex v. 19. & 20. quum biennium nondum inte-  
grum patria caruisset.

An. U. C. DCCLXIV. Christi XI. M. Æmlio Lepido,  
T. Statiio Tauro Coss.

Quo Tiberius, & Germanicus bellum in Germania  
sine magno aliquo prælio produxerunt.

Sub hyemis exitum scripta est *eleg. 7. lib. 4.* quum  
alteram in Ponto hyemem Poëta egisset, v. 1. 2. Quam  
ob rem *ultima* quoque hujus libri *carmina*, totusque li-  
ber collectus ante hunc annum Romam non potuit mitti.

Eodem anno scriptas arbitror *priores aliquot lib. 5.*  
*elegias*; nisi *primam* velis, ut libro jam collecto præ-  
scriptam, in alterum annum rejicere *Elegiæ* certe 3. indi-  
cat hujus anni diem 16. Kal. April. qui Baccho festus  
erat: & *elegiæ 5.* natalem conjugis celebrat, incertum  
quo mense, nisi quod tempus *graminis virentis*, atque  
ob id veris adulti, ætatisve ineuntis ex v. 9. licet sus-  
picari. Reliquo forte anni tempore compositæ sunt se-  
quentes 6. 7. 8. & 9.

An. U. C. DCCLXV. Christi XII. Germanico Cesare,  
C. Fontejo Capitone Coss.

Tiberius triumphum de Illyrico, quem ob bellum  
Germanicum distulerat, egit.

Hujus anni initio scripsit Ovidius *elegiam 10. lib. 5.*  
*Trist.* quum tertia ipsi in Ponto hyems ageretur, v. 1.  
quo venerat vere anni DCCLXII. Porro *cætera hujus libri*  
*elegiæ* eodem anno scriptæ, liberque ipse collectus Ro-  
mam missus est.

Jam quum antea epistolis suis nomina eorum, ad  
quod mittebantur; præscribere non esset ausus, ne sua  
illis amicitia noceret, Augustumque offenderet, tan-  
dem hoc anno apertius agere cœpit, & ad amicos non  
occultatis nominibus scribere. Quas epistolas à priori-  
bus sejunctas in alios congegessit libros, *de Ponto*, aut  
potius *ex Ponto*, inscribi solitos. In his vero epistolas  
non pro serie temporum, sed *utcumque*, *sine ordine*,  
jun-



junxit, quod ipse fatetur *Ponto* 3. v. 9. 51. 53. Unde quum se *quarta hyeme fatigari* ait lib. 1. epist. 2. v. 28. incertum manet, à discessu ne ex Italia sit computanda, an ab adventu in Pontum. Priore ratione in hunc annum U. C. DCCLXV. ejusque principium cadit; sin alteram sequamur viam, ad annum sequentem referetur. At. *elegia* 8. *ejusdem libri* 1. dubium non est, quin hujus anni autumno scripta sit, qui quartus est exsilii Ovidiani in Ponto, v. 27. 28. Et quum nullibi in hoc libro mentionem faciat triumphi Illyrici, quem Tiberius hoc anno præcipitante egit, omnes ejus epistolae anno huic assignandas puto, totumque librum hoc anno Romam missum, antequam de triumpho Tiberii acto Poëta in Ponto audiret. Possis tamen suspicari, *primam epistolam*, non huic uni tantum libro, sed omnibus jam collectis præscriptam; ut totum opus Bruto commendaret, ex v. 2. 3. 13. quod nunc in medio relinquimus.

Ann. U. C. DCCLXVI. Christi XIII. C. Silio Cæcina,  
L. Munatio Planco Cons.

Germanicus peracto Consulatu in Germaniam missus est ad reliquias belli persequendas.

Ovidius, quum fama de Tiberii triumpho ad eum perlata esset, carminibus illum ornandum sumpsit, ejusque mentionem in compluribus *libri* 2. epistolis facit, ut *epist.* 1. 2. 5. ex quo intelligitur, eas hoc anno scriptas, ut fortasse *reliquas etiam libri ejusdem*.

Nec minus ad hunc eundem annum referendæ sunt *tres priores epistolæ* libri 3. *quarta*, quæ triumphum, quem diximus, & ipse memorat; vel ad hujus anni exitum, & hyemem jam ineuntem, v. 33. vel ad initium sequentis anni, v. 60. *Ceteræ* hujus libri 3. ut & *tres priores* libri 4. perspicuas temporum notas vias habent, nisi quod *epist.* 8. lib. 3. ad Maximum, & *epist.* 1. lib. 4. ad Sextum Pompejum, hoc anno maxime credibile est scriptas: quum anno sequenti Fabius obierit, Pompejus consulatum gesserit, cujus in isto carmi-



mine nulla fit mentio. At lib. 4. epist. 4. certe ante hujus anni exitum scripta est, quum Sext. Pompejo consulatum proximo anno gerendum gratuletur.

*An. U. C. DCCLXVII. Christi XIV. Sext. Pompejo,  
Sext. Apulejo Coss.*

Obiit Fabius Maximus, Ovidio amicissimus, & post eum Augustus a. d. 14. Kal. Sept. qui dies est sextilis mensis 19. ac Tiberius imperium suscepit.

Hoc igitur anno scripta est lib. 4. epist. 5. Sext. Pompejo tum Consuli; & epist. 6. quæ Fabii Maximi, & Augusti mortem deplorat, v. 11. & 16. quum Nasoni jam quinquennium in Scythia actum esset, v. 5. nempe à Majo mense anni ab U. C. DCCLXII. ad Septembrem, aut Octobrem anni hujus. Præterea epist. 10. quum si bis tertiam ætatem in Ponto ducere indicet Poëta, ad hunc annum pertinebit.

*An. U. C. DCCLXVIII. Christi XV. Druso Cesare,  
C. Norbano Flacco Coss.*

Quo Germanicus res in Germania egregie gessit, initio anni scriptæ videntur epist. 8. & 13. libri 4. quarum altera litteris Suilli, post Augusti obitum datis, sed sero perlatis, v. 1. 3. 23. respondet: altera sextam Ovidio hyemem in Ponto actam docet v. 40. quæ est hyems à bruma ann. U. C. DCCLXVII. ad ver anni DCCLXVIII. pertinens, sexta quippe ab hyeme, quæ annum DCCLXIII. inceperat. Nam prior illa anni DCCLXIII. nondum Ovidium sub axe nivali, se Corinthi, aut in itinere, viderat.

*An. U. C. DCCLXIX. Christi XIV. T. Statilio Tauro,  
L. Scribonio Libone Coss.*

Scripta est epist. 9. lib. 4. qua Græcino Consuli in alteram anni partem suffecto gratulatur, & huic successurum sequentis anni initio dicit fratrem L. Pompon. Flaccum, qui cum C. Cæcilio Rufo Consul fuit ann. U. C. DCCLXX. Christi XVII. quibus Consulibus triumphapha-



phavit Germanicus de Cattis , & Cheruscis. Hujus au-  
tem triumphum mentionem quum faciat Ovidius *lib. 1.*  
*Fastorum* , v. 285. *Fastos* ipso non ante hunc annum ab  
illo editos intelligimus.

*Epistola libr. 4. ex Ponto reliquæ 7. 11. 12. 14. 15.*  
& 16. certis temporum notis destituuntur , omnes tamen  
post Augusti excessum scriptas esse existimo.

Cæterum cur quatuor his annis ultimis non æquè  
frequentes compareant epistolæ Nasonis , ejus rei cau-  
sam repetas licet ex *epist. 7. lib. 3.*

P. OVI-

P  
eo ha  
deri s  
sare  
Postre  
sum e

✱

9  
N

\* T  
titus e  
dem t  
tia O  
silio  
bros  
vum E  
tum o  
hæc E  
rimis  
tium  
popei  
e Scv  
lem  
obsto  
hi Ro  
Roma  
liquæ



PUBLII OVIDII NASONIS

\* *TRISTIUM*

LIBER PRIMUS.

*ELEGIA I.*

ARGUMENTUM.

*P* Oſta exsul admonet librum suum, ut à Scythia Romam profecturus eo habitu accedat, qui exsules decet; mandatque, quid velit responderi se scitantis, quid ipse agat; simulque docet, quomodo se excusare debeat, si forte carmina hæc minora videbuntur ejus ingenio. Postremo jubet, ut Palatium illud evitet, unde fulmen in se emissum esset.

Arve, (<sup>2</sup> nec invideo) <sup>3</sup> sine me, Liber,  
 ibis in <sup>4</sup> Urbem,  
 (Hei mihi!) quo <sup>5</sup> domino non licet ire  
 tuo.  
 Vade, sed <sup>6</sup> incultus; <sup>7</sup> qualem decet <sup>8</sup> ex-  
 sulis esse,

<sup>9</sup> Infelix, <sup>10</sup> habitum temporis hujus habe.  
<sup>11</sup> Nec te purpureo <sup>12</sup> velent <sup>13</sup> vaccinia <sup>14</sup> fuco; <sup>5</sup>

\* Titulus horum librorum petitus est ab argumento, quod iidem tractant: nil enim nisi *Tristitia* Ovidius experiebatur in exsilio suo, in quo præsentibus liberos composuerat. 1 Per parvum hunc librum innuitur vel totum opus de Tristibus, vel sola hæc Elegia prima, vel, quod plurimum placet, primus liber Tristium. Hunc Ovidius per Prosopejam quandam alloquitur, ut à Scythia, ubi ipse agebat exsulem, Romam abeat. 2 Non obsto, vel impedio. 3 Quia mihi Romam venire non licet. 4 Romam, quæ sola *Urbis* dicta, reliquæ autem civitates *Oppida*.

5 Mihi, Ovidio, qui te componendo dominum in te sibi asservit. 6 Minus ornatus. 7 Exsulem enim, qui in mero squalore vivit, non decet melior habitus. 8 Librum ab exsule confectum. 9 Scilicet liber; ob infelicitatem Auctoris tui talis. 10 Sive, tegant. 11 Nec purpureo amictu induaris. 12 Sive, tegant. 13 Per vaccinia intelligit Plinius fruticem quendam in Gallia purpureum, ad tingendum idoneum: Servius autem violas purpurei coloris. 14 Alii legunt *succo*, quod tamen castigationibus minus placet.

A

Non



<sup>15</sup> Non est conveniens luctibus ille color:  
 Nec <sup>16</sup> titulus minio, nec <sup>17</sup> cedro charta notetur:  
<sup>18</sup> Candida nec nigrâ cornua fronte geras.  
<sup>19</sup> Felices ornent <sup>20</sup> hæc instrumenta libellos.  
<sup>22</sup> Fortunæ memorem te decet esse meæ. 10  
 Nec <sup>22</sup> fragili <sup>23</sup> geminæ <sup>24</sup> poliantur pumice fron-  
 tes;  
<sup>25</sup> Hirsutus <sup>26</sup> passis ut videre comis.  
 Neve <sup>27</sup> liturarum pudeat: qui viderit illas,  
 De lacrymis factas sentiet esse meis.  
 Vade, Liber, verbisque meis loca grata saluta. 15  
<sup>28</sup> Contingam certè quo licet illa pede.  
 Si quis, <sup>29</sup> ut in populo, nostri non immemor <sup>30</sup> illic,  
 Si quis, qui, quid agam, fortè requirat, erit;  
 Vivere me <sup>31</sup> dices, <sup>32</sup> saluum tamen esse negabis.  
 Id quoque, quod vivam, munus habere <sup>33</sup> Dei. 20  
 Atque ita te <sup>34</sup> cautus quærenti <sup>35</sup> plura legendum,  
 Ne, quæ non opus est, forte loquare, dabis.

<sup>15</sup> Purpureus enim color adhibebatur in triumphis, & ad luctus, in quibus tunc temporis Ovidius debebat, minimè quadrat. <sup>16</sup> Tituli, & Inscriptiones elegantie gratia fiebant rubrica, hoc est, cinnabari, vel minio: <sup>17</sup> Succo cedrino, ut perderet: Cedrus enim arbor est, nec carium, nec vetustatem sentiens, & succo illius illata à tineis surt libera. <sup>18</sup> Per *cornua* intelligitur superior, & inferior chartæ pars, per *frontem* verò, ipsa pagina. Antiqui scribebant in altera tantum paginarum facie, ad extremum usque folium, in quo firmitudinis causâ bacillum tere-tem cedrinum, eburneum agglutinabant, cujus capita supernè, & infernè eminentia, argento, aut ebore ornatus ergo præmuniebant, quæ *cornua* dicebantur. Candida erant indicia fortunæ lætioris; sed atrata tristioris. <sup>19</sup> Per *felices libellos* intelligit poemata, felicia, sive læta, non

tristia, continentia. <sup>20</sup> Dicta ornamenta, scilicet vaccinia, minium, cedrus &c. <sup>21</sup> Exsili mei, statusque miserrimi. <sup>22</sup> Qui facillè teri potest; adhibebantur autem pumices ad poliendos libellos. <sup>23</sup> Utraque chartæ planities, exterior, & interior. <sup>24</sup> Lavigantur. <sup>25</sup> Incultus, & implexus, ut illi, qui sunt hirsuti. <sup>26</sup> Alii, Sparsis. <sup>27</sup> Macularum. *Litura* alias est, quæ superinducto atramento, aliove liquore scripturam aliquam delet. <sup>28</sup> Hoc est, si Romam mihi adire non licet, accedam ad eam carmine meo. <sup>29</sup> Ut in magna hominum copia aliquis non immemor esse solet. <sup>30</sup> Alii, *illo*. <sup>31</sup> Scilicet illi dices. <sup>32</sup> Sospitem. <sup>33</sup> Augusti Cæsaris. <sup>34</sup> Alii, *tacitus*, sed minus rectè. <sup>35</sup> Innuit tres de Arte amandi libros. Ordo est: Atque ita cautus quærenti plura, te legendum dabis; ne fortè loquare ea, quæ non est opus loqui.

Pro-



36 Protinus admonitus 37 repetet mea 38 crimina lector;

39 Et peragar populi 40 publicus ore reus.

Neu cave defendas, quamvis 41 mordebere dictis. 25

42 Causa patrocínio non bona 43 pejor erit.

Invenies 44 aliquem, qui me 45 suspiret ademtum;

46 Carmina 47 nec siccis perlegat ista genis:

Et tacitus secum, ne quis 48 malus audiat, optet,

Sit mea 49 lenito Cæsare 50 pœna minor. 30

Nos quoque, 51 quisquis erit, 52 ne sit miser ille, precamur,

Placatos 53 misero qui volet esse 54 Deos.

55 Quæque volet, rata sint; ablataque Principis ira

Sedibus in patriis det mihi posse mori.

56 Ut perages mandata, Liber, culpabere forsans; 35

Ingenique minor laude ferere mei.

57 Judicis officium est, ut 58 res, ita 59 tempora rerum 60

Quærere: 61 quæsito tempore tutus eris.

Carmina proveniunt animo 62 deducta sereno:

63 Nubila sunt 64 subitis tempora 65 nostra malis. 40

Carmina 66 secessum scribentis, & 67 otia quærunt:

Me mare, me venti, me 68 fera jactat hyems.

69 Carminibus metus omnis abest: 70 ego perditus ensem

36 Simulac te videbit, co-  
gitabit de me. 37 Recordabitur.

38 Alii, *mea carmina*, scilicet. li-  
bros amatorios. Crimina verò O-  
vidii sunt, scripsisse amatoria,  
& nescio quid vidisse. 39 Et  
non modo à Cæsare, sed ab om-  
nibus condemnabor; nam *reum*  
*agere* idem est ac reum accusa-  
re. 40 Ut qui in Rempublicam  
quid commiserim. 41 Calumniis  
valde afficeris. 42 Mala causa.

43 Alii, *major*. 44. Eos ad quos  
scripsit de Ponto. 45 Doleat.  
46 Mea tristitia. 47 Manantibus  
lacrymis. 48 Invidus, & malevo-  
lus. 40 Placato Cæsare Augusto.  
50 Exsilium. Pro *minor* legunt  
alii *levis*. 51 Dolens meas vi-  
ces. 52 Ut sit felicior, ac ego.  
53 Al. *miseris*. 54 Principes,  
Dei vices sustinentes. 55 Et fiant  
quæ pro me optat. 56 Excusat

Poëta versus, quos in exsilio non  
possit meliores facere. 57 Di-  
ces esse minor ingenio meo. 58  
Critici, de libris judicaturi. 59  
Causas, in quarum questione  
considerantur tempus, locus, mo-  
dus, occasio. 60 Opportunita-  
tem. 61 Perpendenti, te in ex-  
silio scriptum esse, excusaberis.  
62 Hilari animo composita. 63  
Tristitia. 64 Inopinatis. 65 Tris-  
tia, quibus versus hosce confici-  
mus. 66 Solitudinem, loca soli-  
taria. 67 Animum tranquillum,  
& ab aliis laboribus abstractum.  
68 Nam Ovidius erat in Scythia,  
multo frigori obnoxia; aut per  
hyemem intelligit asperam tem-  
pestatem in itinere, in quo li-  
brum scripsisse creditur. 69 Car-  
mina à metu debent esse libera.  
70 Singulis momentis à Scythiis  
me interfectum iri metuo.



- Hæsurum <sup>71</sup> jugulo jam puto jamque meo.  
 Hæc quoque, <sup>72</sup> quod facio; iudex mirabitur æquus; 45  
 Scriptaque cum venia qualiacunque leget.  
<sup>73</sup> Da mihi Mæoniden, & tot circumspice <sup>74</sup> casus;  
 Ingenium tantis <sup>75</sup> excidet omne malis.  
 Denique <sup>76</sup> securus famæ, Liber, ire memento;  
<sup>77</sup> Nec tibi sit lecto displicuisse pudor. 50  
<sup>78</sup> Non ita se nobis præbet Fortuna secundam,  
 Ut tibi sit ratio laudis habenda tuæ.  
<sup>79</sup> Donec eram sospes, <sup>80</sup> tituli tangebar amores;  
<sup>81</sup> Quærendique mihi nominis ardor erat.  
<sup>82</sup> Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,  
 Sit satis; ingenio sic fuga parta meo. 56  
<sup>83</sup> I tamen, i, pro me, tu, cui licet, aspice Romam.  
<sup>84</sup> Dî facerent, possem nunc meus esse liber,  
<sup>85</sup> Nec te, quod venias magnam peregrinus in <sup>86</sup> Urbem,  
 Ignotum populo posse venire puta. 60  
<sup>87</sup> Ut <sup>88</sup> titulo careas, <sup>89</sup> ipso noscère colore:  
 Dissimulare velis te licet esse meum.  
<sup>90</sup> Clam tamen intrato; ne te mea <sup>91</sup> carmina lædant.  
<sup>92</sup> Non sunt, ut quondam plena favoris erant.  
 Si quis erit, qui te, quia sis <sup>93</sup> meus, esse legendum 65

<sup>71</sup> Interiori colli parti. <sup>72</sup> Al. *que*. Poëta vult dicere: æquus rerum æstimator meliores versus à me in præsens non requiret, miraturus, tam bonos hoc tempore, & statu à me fuisse scriptos. <sup>73</sup> Fac me Homero parem, qui Mæonides dictus à Mæonia, Asiæ minoris provincia. <sup>74</sup> Circumstantias, scil. exsilium, mare, procellas, mortisque metum. <sup>75</sup> Deficiet. <sup>76</sup> Non curans laudem, comparandum aut nomen. <sup>77</sup> Nec te pudeat, non omni lectori probari. <sup>78</sup> Status noster tam non est felix, ut laudem aucuperis. <sup>79</sup> Dum non premebar exsilio tam molesto. <sup>80</sup> Famæ, quæ titulis augeri solet, eram cupidus. <sup>81</sup> Comparandæ famæ cupido mihi erat. <sup>82</sup> Sufficiet, me non prorsus odisse

carmina, & studium, quæ mihi nocuere, & exsilium atulere. Per *studium* in primis intelligi vult Ovidius Artem amandi, ob quam cum Augustus in exsilium misit. <sup>83</sup> Al. *i tamen & pro me*. vel: *I nunc & pro me*. <sup>84</sup> Optat, se verti posse in librum suum. <sup>85</sup> Nec existima, te dissimulare posse me auctorem. <sup>86</sup> Romam, quæ admodum erat magna, & adhuc est. <sup>87</sup> Licet. <sup>88</sup> Ovidii, & Tristium, qui tamen non deerat, licet minio non esset notatus. <sup>89</sup> Habitu nimirum nigro, & lugubri, necnon versibus, quibus conscriptus es. <sup>90</sup> Occulto, quia civitas nos odit. <sup>91</sup> Libri Amorum. <sup>92</sup> Favor ille sequitur fortunam meam. <sup>93</sup> Ovidii amatoria conscribere soliti.

Non



Non putet, è <sup>94</sup> gremio rejiciatque suos;  
 Inspice, dic titulum: <sup>95</sup> non sum præceptor Amoris.  
 Quas meruit, pœnas <sup>96</sup> jam dedit illud opus.  
 Forsitan expectes, an in <sup>97</sup> alta Palatia missum  
 Scandere te jubeam, Cæsareamque domum. 70  
 Ignoscant <sup>98</sup> augusta mihi loca, <sup>99</sup> Dique locorum.  
 Venit in hoc illâ <sup>1</sup> fulmen ab arce <sup>2</sup> caput.  
 Esse quidem, memini, <sup>3</sup> mitissima sedibus illis  
 Numina; sed timeo, qui nocuere, <sup>4</sup> Deos.  
 Terretur <sup>5</sup> minimo pennæ stridore columba, 75  
 Unguibus, <sup>6</sup> accipiter, <sup>7</sup> saucia facta tuis.  
 Nec procul à stabulis audet secedere, si qua  
<sup>8</sup> Excussa est <sup>9</sup> avidi dentibus agna lupi.  
<sup>10</sup> Vitaret cœlum Phaëthon, si viveret; & quos  
 Optarat stultè, <sup>11</sup> tangere nollat equos. 80  
 Me quoque, quæ sensi, fateor <sup>12</sup> Jovis arma timere:  
 Me reor <sup>13</sup> infesto, cum <sup>14</sup> tonat, igne peti.  
<sup>15</sup> Quicumque <sup>16</sup> Argolicâ de classe Capharea fugit,  
 Semper ab Euboicis <sup>17</sup> vela retorquet aquis.  
 Et <sup>18</sup> mea cymba, semel vastâ percussa procellâ, 85

94. Manu sua. 95. Non tracto  
 artem amandi, ut fratres mei tres.  
 96. Auctore in exsilium misso.  
 97. Palatium erat unus è septem  
 Romæ montibus, quod Augustus  
 Cæsar inhabitabat. 98. Magnifica,  
 sancta, & religiosa Augusti  
 sedes. Augusta dicuntur ab auctu,  
 vel avium gestu, gustave. 99. A-  
 pollo Palatinus, Jupiter, Diana,  
 Juno, Minerva, alique Dii, &  
 Dææ, vel ipse Augustus, qui vi-  
 vens divinos honores meruit.  
 1. Ira Cæsaris. 2. Me, per Seneca-  
 dochen, parte pro toto sumpta.  
 3. Mitem, placabilem, & hosti-  
 bus parentem Augustum. 4.  
 Deum Augustum, per Enallagen  
 numeri pluralis pro singulari. 5.  
 Minimo avis cujusdam volatu.  
 6. Aquila, cujus species est acci-  
 piter. 7. Læsa, sed erepta. 8. A-  
 gitata, & læsa. 9. Satiari nescii.

10. Ne iterum mortis subiret pe-  
 ricula. 11. Ascendere nollat So-  
 lis patris currum, videlicet, Me-  
 tam. 2. Fab. 1. 12. Augusti iram.  
 13. Fulmine, sive supplicio. 14.  
 Pœnas minatur. 15. Græci, qui  
 semel apud montem Capharea  
 tempestatem evaserunt, semper  
 loca illa vitant. Nam Nauplius,  
 Palamedis pater, ut filii necem  
 ulcisceretur, elevata facula sig-  
 num dederat ex Caphareo Euboie  
 promontorio, cum Græci naufragio  
 laborarent; qui, ubi crede-  
 bant, ignes portum indicare tu-  
 tissimum, inter asperimos scopu-  
 los naufragium passi sunt. 16.  
 Græca. Argos enim Græciæ est  
 metropolis. 17. Ne rursus nau-  
 fragium patiat. 18. Mea fortuna  
 cymbæ submersioni proxime  
 similis.



<sup>19</sup> Illum, quo læsa est, horret adire locum.  
 Ergo, <sup>20</sup> cære Liber, timidâ circumspice mentes;  
 Et satis à <sup>21</sup> media sit tibi plebe legi,  
 Dum petit infirmis nimium sublimia pennis  
<sup>22</sup> Icarus, <sup>23</sup> Icaris nomina fecit aquis. 90  
 Difficile est tamen, hic <sup>24</sup> remis utaris, an aurâ  
 Dicere: consilium, <sup>25</sup> resque, locusque dabunt.  
 Si poteris <sup>26</sup> vacuo tradi; si cuncta videbis  
<sup>27</sup> Mitia; <sup>28</sup> si vires fregerit ira suas;  
 Si quis erit, qui te dubitantem, & adire timentem 95  
<sup>29</sup> Tradat, <sup>30</sup> & ante tamén pauca loquatur; adi.  
<sup>31</sup> Luce bonâ, <sup>32</sup> dominoque tuo felicior ipse  
 Pervenias illuc; & <sup>33</sup> mala nostra leves.  
 Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,  
 Solus <sup>34</sup> Achilæo tollere more potest. 100  
 Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto;  
<sup>35</sup> Nam spes est animi nostra timore minor.  
 Quæque quiescebat, ne mota <sup>36</sup> resæviat ira,  
 Et pœnæ tu sis <sup>37</sup> altera causa, cave  
 Cum tamen in nostrum fueris <sup>38</sup> penetrare receptus, 105  
 Contingerisque tuam <sup>39</sup> scrinia <sup>40</sup> curva domum;  
 Adspicies illic positos ex ordine <sup>41</sup> fratres,  
<sup>42</sup> Quos studium cunctos vigilavit idem.  
<sup>43</sup> Cætera turba palam <sup>44</sup> titulos ostendet apertos;

19 Per locum illum intelligit  
 Poëta Augustum Cæsarem. 20  
 Al. cave, ne scilicet illum adeas.  
 21 Mediocri. 22 Dædali filius,  
 de quo Metem. 8. Fab. 3. 23 Ica-  
 rio Mari. 24 Num levius, & pa-  
 tientius agas, an urgeas, & ins-  
 tes? Velis enim, & remis naves  
 procedunt velocius, sola aura,  
 & velis tardius. 25 Circumstan-  
 tiæ. 26 Otioso Augusto. 27 Pla-  
 cata. 28 Si ira facta fuerit mi-  
 nor. 29 Scil. Augusto. 30 Prius  
 te Augusto commendat. 31 Fel-  
 ici die. 32 Me Ovidio. 33 Ex-  
 silium meum facias tolerabilius.  
 34 Ut quondam fecit Achilles,  
 Telephum, à se hasta percus-  
 sum, eadem sanans: inde canit

Ovid. lib. 1. de Remedio Amoris:  
*Vulnus Achilæo; quæ quondam fe-  
 cerat hosti, Vulneris auxilium Pe-  
 lias hasta tulit.* 35 Nam potius  
 metuo malum aliquod, ac spe-  
 rem Augustum placari posse. 36  
 Iterum sæviat, dum me dando  
 versus componere sentit. 37 Se-  
 cunda. Prima erant libri de Arte  
 amandi conscripti. 38 Cubicu-  
 lum, ædium mearum intima. 39  
 Arculas, ubi meæ reperitur bi-  
 bliotheca. 40 Al. parva. 41 Li-  
 bros ad me, tanquam patre com-  
 muni, elaboratos. 42 Quos eod-  
 em omnes studio, curâ, & vi-  
 giliâ genui. 43 Reliqua librorum  
 copia. 44 Nomina fronti libro-  
 rum inscripta.

Et



Et sua detectâ nomina fronte geret.

110

45 Tres procul 46 obscura latitantes parte videbis.

Hi quoque, quod 47 nemo nescit, amare docent.

48 Hos tu vel fugias, vel, si satis 49 oris habebis,

50 Oedipodas facito, Telegonasque voces.

51 Deque tribus moneo, 52 si quæ tibi cura parentis, 115

Ne 53 quemquam, 54 quamvis ipse docebit, ames.

Sunt quoque 55 mutata ter quinque volumina formæ,

Nuper 56 ab exequiis carmina rapta meis:

His mando dicas, 57 inter mutata referri

Fortunæ vultum corpora posse meæ

120

Namque ea dissimilis subito est effecta priori:

58 Flendaque nunc, 59 aliquo tempore læta fuit.

Plura quidem 60 mandare tibi, si quæris, habebam;

Sed 61 vereor tardæ causa fuisse moræ.

Quod 62 si, quæ subeunt, tecum, Liber, omnia fer-

125

res;

Sarcina laturo magna futurus eras.

Longa via est: propera: nobis habitabitur 63 orbis

Ultimus, 64 à terrâ terra remota meâ.

128

45 Libros scil. de Arte amandi. 46 In intimo angulo. 47 Qui liber scit. 43 Nil habeas cum illis negotiis. 49 Si te patienter audiant. Os Latinis sæpe significat audaciam, & impudentiam. 50 Similes Oedipo, atque Telegoni, & sic parricidas: uterque enim, licet inscius, patrem suum interfecit, & illi me auctorem, ac parentem suum pepulerunt in exsilium, quod mihi, instar mortis, immo morte acerbior est. 51 De tribus scil. libris de Arte amandi. 52 Si patrem Ovidium curas, ejusque redditum ex exsilio cupis. 53 Ex tribus istis libris amatoris. 54 Licet aman-

di præcepta tradat. 55 Metamorphoseon, opus è quindecim libris constans. 56 A meo exsilio, quo consternatus Ovidius tanto operi postremam manum imponere non potuit. 57 Hoc est, me posse inter ceteras operis illius transformationes referri. 58 Tristis. 59 Olim. 60 Mandanda. 61 Timeo, ne te detinuerim. 62 Si omnia, quæ incidunt, tecum portares, magnum onus futurum esse ei, qui te ferret. 63 Scythia, ultima imperii Romani pars. 64 A sublimi patria, vel ab urbe Roma, vel à Ponro, quam alibi terram suam Ovidius vocat.



## ELEGIA II.

## ARGUMENTUM.

*IN exsilium proficiscens Poëta, jubente Augusto, deprehensusque in medio mari, fluctibusque pene obrutus, Deos precatur, ut ipsi saltem ignoscant, nec cum Cæsare ipsum funitus perdant; probatque multis exemplis, posse eos id facere. Describit deinde tempestatem; tum Deos precatur, ut se incolumem ad Tomitas perducant.*

**D**<sup>1</sup> <sup>2</sup> maris, & coeli, (<sup>3</sup> quid enim nisi vota supersunt?)

Solvere <sup>4</sup> quassatæ parcite <sup>5</sup> membra ratis:

<sup>6</sup> Neve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ.

Sæpe premente <sup>7</sup> Deo fert Deus alter opem.

<sup>8</sup> Mulciber <sup>9</sup> in Trojam, <sup>10</sup> pro Trojâ stabat Apollo. <sup>5</sup>

<sup>11</sup> Equa Venus <sup>12</sup> Teucris, Pallas <sup>13</sup> iniqua fuit.

Oderat <sup>14</sup> Æneam <sup>15</sup> propior <sup>16</sup> Saturnia Turno;

<sup>17</sup> Ille tamen <sup>18</sup> Veneris numine tutus erat.

<sup>19</sup> Sæpe ferox <sup>20</sup> cautum <sup>21</sup> petiit Neptunus Ulyssem;

Eripuit <sup>22</sup> patruo sæpe Minerva suo.

Et nobis aliquod, <sup>23</sup> quamvis distamus ab illis,

Quid vetat irato numen <sup>24</sup> adesse <sup>25</sup> Deo?

Verba miser frustra <sup>26</sup> non proficientia perdo:

<sup>1</sup> Intelligit Neptunum, Glau- cum, Phorcum, Falcemona, Tritones, quos fluctibus ipsum fere obruentibus, rogat, ut sibi parcant. <sup>2</sup> Quia utrumque turbatum erat. <sup>3</sup> Dum procella omnia vincit. <sup>4</sup> Tempestate concussæ. <sup>5</sup> Partes. <sup>6</sup> Ne & vos me post Cæsarem persequamini. <sup>7</sup> Altero Deo. <sup>8</sup> Vulcanus, Deus ignis, à mulcendo ita vocatus, quia ignis omnia mulcet, seu domat. <sup>9</sup> Contra. <sup>10</sup> Apollo favebat Trojæ, cuius erat conditor, & Paridis sagittam in Achillis eam corporis partem, quæ vulnerabilis esset, dirigebat. <sup>11</sup> Favens ob Paridis sententiam. <sup>12</sup> Trojanis. <sup>13</sup> Irata. <sup>14</sup> Tro-

janorum Ducem, Veneris, & Anchisæ filium. <sup>15</sup> Magis propitia. <sup>16</sup> Juno, Saturni filia. <sup>17</sup> Scil. Æneas. <sup>18</sup> Matris suæ presidio. <sup>19</sup> Neptunus iratus, quod Ulys- ses primo Palamedem, nepotem insontem perdidisset, deinde etiam Polyphemum, filium, obcæ- casset; decem annos per mare il- lum est persecutus, cui semper adfuit Minerva, seu prudentia, quæ comite, omnia adversa superavit. <sup>20</sup> Callidum. <sup>21</sup> Vita Ulyssem privare studuit. <sup>22</sup> Nep- tuno Jovis fratri, cuius filia Pallas erat. <sup>23</sup> Licet heroibus istis mi- nime sim comparandus. <sup>24</sup> Au- xiliari. <sup>25</sup> Augusto Cæsare. <sup>26</sup> Quia tempestas haud cessat.

Ip-



Ipsa 27 graves 28 spargunt 29 ora loquentis aquæ.  
 30 Terribilisque Notus 31 jactat mea dicta; precesque, 15  
 Ad quos 32 mittuntur, non sinit ire Deos.  
 Ergo idem venti, 33 ne causa lædar in unâ,  
 34 Velæque nescio quo, 35 votaue nostra ferunt?  
 Me miserum, quanti 38 montes volvuntur aquarum!  
 Jam jam tacturos 37 sidera summa putes. 20  
 Quantæ 38 diducto 39 subsidunt æquore valles!  
 Jam jam tacturas 40 Tartara nigra putes.  
 Quocunque 41 adspicias, 42 nihil est nisi 43 pontus, 82  
 44 ær,  
 Fluctibus 45 hic tumidi, nubibus 46 ille minax.  
 Inter 47 utrumque fremunt 48 immani 49 turbine venti: 25  
 Nescit, 50 cui domino pareat, unda maris.  
 Nam modo 51 purpureo 52 vires capit Euris 53 ab ortu:  
 Nunc 54 Zephyrus 55 sero vespere missus adest:  
 Nunc 56 gelidus 57 sicca 58 Boreas 59 bacchatur ab Arcto:  
 Nunc Notus 60 adversa 61 prælia fronte gerit. 30  
 62 Rector in incerto est: nec 63 quid fugiatve, petatve,  
 Invenit; 64 ambiguus 65 ars stupet ipsa malis.

27 Inimicæ. 28. Conspargunt. 29 Precantia. 30 Ventus sævis-  
 simus. 31 Abripit. 32 Dirigun-  
 tur. 33 Ut præter exsilium, &  
 aliis modis affligat. 34 Navem.  
 35 Preces. 36 Fluctum instar mon-  
 tium per Hyperbolem. 37 Cœ-  
 lum, per Metonymiam. 38 Hia-  
 tus inter fluctus diducti. 39 Ma-  
 gis, magisque profundæ appa-  
 rent aquarum valles. 40 Infini-  
 tum fundum, quia Tartara om-  
 nium sunt ima. 41 Al. *adspicio*.  
 42 Nulla terra. 43 Mare, alias  
*Pontu*, propriè id denotat mare,  
 quod à palude Mæotidis usque in  
 Tenedum est extensum. 44 Al.  
*æther*. 45 Pontus attolitur fluc-  
 tibus. 46 Aër nubibus indutis  
 minatur pluviam, & tempesta-  
 tem. 47 Pontum scil. & aërem.  
 48 Maximo strepitu. 49 Al.  
*murmurare*. 50 Cui vento, quia

Eurus ab ortu luctatur cum Ze-  
 phyro ab occasu, & Boreas à  
 septentrione cum Austro à meri-  
 die. 51 Ob auroræ colorem pur-  
 pureum. 52 Violentius flat. 43  
 Ab oriente sole. 54 Latino Fa-  
 vonius dictus. 55 Ab occidente  
 sole. 56 Gelidus. 57 A sicco  
 septentrione. 58 Aquilo alias  
 dictus à vehementissimo volatu  
 instar aquilæ. 59 Furit, sicut  
 Bacchæ agunt. 60 E regione:  
 est enim Notus Boreæ oppositus,  
 siquidem à meridie stat. 61 Con-  
 tendit cum eo de imperio. 62 Gu-  
 bernator navis. 63 Quem ven-  
 tum vitet, aut ad quem locum  
 cursum dirigat. 64 Ventis illis  
 sibi contrariantibus: reddunt e-  
 nim gubernatorem navis dubium,  
 quid agendum. 65. Navigandi  
 peritia.

Sci-



Scilicet occidimus, nec spes nisi vana salutis:

Dumque loquor, vultus obruit unda meos.

Opprimet <sup>66</sup> hanc animam fluctus: frustra que precanti 35

Ore <sup>67</sup> necaturas accipiemus aquas.

<sup>68</sup> At pia nil aliud quam me dolet exsule conjux:

<sup>69</sup> Hoc unum nostri scitque, gemitque mali.

Nescit in immenso jactari corpora Ponto:

Nescit agi ventis: nescit <sup>70</sup> adesse necem. 40

Di bene, quod non sum mecum <sup>71</sup> conscendere passus:

<sup>72</sup> Ne mihi mors misero bis patienda foret!

<sup>73</sup> At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,

Dimidiâ certe parte superstes ero.

Hei mihi, <sup>74</sup> quam celeri micuerunt nubila flammâ! 45

<sup>75</sup> Quantus ab æthereo personat <sup>76</sup> axe fragor!

Nec levius laterum tabulæ feriuntur ab undis,

Quam <sup>77</sup> grave balistæ moenia pulsat onus.

Qui venit hic fluctus, fluctus superminet omnes:

<sup>78</sup> Posterior nono est, undecimoque prior. 50

Nec letum timeo: <sup>79</sup> genus est miserabile leti.

Demite naufragium; mors mihi munus erit.

<sup>80</sup> Est aliquid, fatove suo, ferrove <sup>81</sup> cadentem

In solita <sup>82</sup> moriens ponere corpus humo:

66 Meam vitam. 67 Mortiferas. 68 Dolet pia mea uxor, quod in exsilium mittor. 69 Scit tantum exsilium meum, non tempestatem, quâ jactor. 70 Me morti esse proximum. 71 Navem, ut ipsa volebat. 72 Ne & ipsa mecum moriatur. 73 Sed licet naufragio peream, videbor tamen nihil vivere, si uxor mea, dimidia pars mei, sit incolumis. 74 Quam celeriter coruscavit, quod sit cum flatus, aut vapor longiore tractu nititur; cum verò in nube luctatur, tonitrua eduntur; cum erumpit ardens fulmina. 75 Quantum tonitru. 76 Toto cœlo, per Synecdochen partis pro toto. 77 Gravia pondera, & saxa, quæ vibrantur balistis. Est autem *balista* tormen-

tum, quo veteres in jaciendis saxis majoribus, & minoribus, dum oppida oppugnabant, utebantur. 78 Fluctum intelligit, quem Poëtæ *decimum*, sive *decumanum* vocitant, qui maximus esse solet. Veteribus enim maxima audiebant *decumana*. 79 Grave est, docente Homero, naufragio perire, quia anima est ignea, & extingui videtur in aqua, elemento contrario; vel quia sic pereuntes piscibus esca fiunt, nec tumulto mandantur. 80 Est alicujus momenti, nec tantopere dolendum, si quis morte suâ, vel naturali obeat, & gladio in bello occidi, dummodo in natali solo apud suos, non in aqua, cadaver ponatur. 81 Hominem. 82 Morientis hominis.

Est



83 Est mandata suis aliquid sperare sepulcra,  
 Et non æquoreis piscibus esse cibum.  
 Fingite, me dignum 84 tali nece: 85 non ego solus  
 Hic vehor; 86 immeritos cur mea pœna trahit?  
 Prò 87 Superi, 88 viridesque Dei, quibus æquora curæ!  
 89 Utraque jam vestras sistite turba 90 minas. 60  
 Quamque dedit vitam mitissima Cæsaris ira,  
 Hanc sinite infelix in 91 loca 92 jussa feram.  
 Si, quam commerui, pœnam me pendere vultis;  
 93 Culpa mea est ipso iudice morte minor.  
 Mittere me 94 Stygias si jam voluisset ad undas 65  
 Cæsar, 95 in hoc vestrâ non eguisset ope.  
 Est illi nostri 96 non invidiosa 97 cruoris  
 Copia: 98 quodque dedit, cum volet, ipse 99 feret.  
 Vos modo, quos certè nullo puto crimine læsos,  
 1 Contenti nostris, Dî, precor, este malis. 70  
 Nec tamē, 2 ut cuncti miserum servare velitis,  
 Quod periit, salvum jam caput esse potest.  
 3 Ut mare considat, ventisque 4 ferentibus utar;  
 5 Ut mihi parcatis; num minus exsul ero?  
 6 Non ego divitias avidus sine fine parandi 75  
 Latum 7 mutandis 8 mercibus æquor aro:  
 9 Nec peto, quas quondam petii studiosus, 10 Athenas:

83 Al. Et mandare suis aliqua,  
 & sperare sepulcrum. 84 Nau-  
 fragio mori. 85 Parcendum est  
 reliquis, eadem mecum navi vec-  
 tis. 86 Cur insontes meos co-  
 mitēs eadem pœna tangit. 87  
 Cœlestes ventis imperantes. 88  
 Dii maris viridis. 89 Et cœli, &  
 maris Dii. 90 Minæ cœlestium  
 sunt tonitrua, & fulmina, mari-  
 norum autem venti, & fluctus.  
 91 Scythiam. 92 Al. missa. 93  
 Crimen, ut ipse Augustus cen-  
 set, mortem non meretur. 94 Ad  
 inferos, locum eorum, qui in-  
 tereunt. 95 Jam Romæ erant gla-  
 dîi, & carnifices, ipse habet ins-  
 vitæ, & necis. 96 Si me interfici-  
 at, non concitabit sibi ob cri-  
 mina mea invidiam; vel, non in-

videt ille mihi vitam. 97 Mor-  
 tis meæ potestas, quæ penes Cæ-  
 sarem est. 98 Vitam, quam mi-  
 hi concessit Augustus. 99 Au-  
 fert. 1 Nil addite malis ab Au-  
 gusto mihi illatis. 2 Licet vos  
 cuncti me in tutum locum perdu-  
 cere, mihiq̃ salutem afferre ve-  
 litis. 3 Quamvis mare placidum  
 fiat. 4 Secundis, & portantibus  
 me in Scythiam. 5 Quamvis fa-  
 ciatis, ne naufragio peream, ta-  
 men manebō exsul. 6 Non ad  
 lucra, curiositatem, aut volup-  
 tates, sed ad exsilium, quo mit-  
 tor, placidum volo mare. 7 Ut  
 mercatorum instar merces meas  
 mutem. 8 Navigo. 9 Nec Athenas  
 eo studiorum causa. 10 Græciæ  
 civitatem, eruditorum alumniam.

Op-



- <sup>11</sup> Oppida non Asiæ, non loca visa prius.  
 Non ut, <sup>12</sup> Alexandri claram delatus in urbem,  
<sup>13</sup> Delicias videam, Nile <sup>14</sup> jocose, tuas. 80  
<sup>15</sup> Quod faciles opto ventos, ( <sup>16</sup> quis credere pos-  
 sit?)  
<sup>17</sup> Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.  
<sup>18</sup> Obligor, ut <sup>19</sup> tangam <sup>20</sup> lævi <sup>21</sup> fera littora Ponti;  
 Quodque sit à patriâ tam fuga tarda, queror.  
 Nescio quo videam positos ut in orbe <sup>22</sup> Tomitas, 85  
<sup>23</sup> Exilem facio per mea vota viam.  
<sup>24</sup> Seu me diligitis, tantos compescite fluctus;  
<sup>25</sup> Pronaque sint nostræ numina vestra rati:  
 Seu <sup>26</sup> magis odistis, <sup>27</sup> jussæ me advertite terræ.  
<sup>28</sup> Supplicii pars est in regione mei. 90  
 Ferte (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti.  
<sup>29</sup> Ausonios fines <sup>30</sup> cur mea vela vident?  
 Noluit <sup>31</sup> hoc Cæsar: quid, quem <sup>32</sup> fugat ille, <sup>33</sup> te-  
 netis?

<sup>11</sup> Nec peto Asiam, oppida  
 ejus videndi ergo. <sup>12</sup> Intelligit  
 Alexandriam, quam in Ægypto  
 conditam de nomine suo appel-  
 lavit Alexander Magnus. Hæc lu-  
 xui, ludis, locis, vitæque mol-  
 li, & voluptuosæ admodum erat  
 dedita, inque ea nimia paren-  
 tum erga liberos florebat indul-  
 gentia. <sup>13</sup> Jocos tuos. <sup>14</sup> Ni-  
 lum Poëta ideo vocat *jocosum*,  
 quia Canopi erat Serapidis tem-  
 plum, ab Alexandria 20. stadiis  
 distans, quo ingens ex Alexan-  
 dria turba per fossam ad solem-  
 nia descendebat. Nam die, ac  
 nocte eadem plena erat navicu-  
 lis virorum, & mulierum impu-  
 denter canenium, & cum omni  
 dissolutione saltantium; vel ob  
 copiam cum aliarum rerum, tum  
 variorum animalium, hincque ip-  
 sarum deliciarum; vel quia tota  
 Ægyptus in deliciis versari sole-  
 bat. <sup>15</sup> Al. *Quod facile est opto*  
*ventos.* <sup>16</sup> Fidem fere superat,  
 optare aliquem ventos, quibus

feratur in terram asperam, ut ibi  
 misere vivat. <sup>17</sup> Sarmatia, re-  
 gio, cujus pars in Europa, pars  
 vero in Asia sita est. <sup>18</sup> Jus-  
 sum est. <sup>19</sup> Inhabilem. <sup>20</sup> Læ-  
 va parte maris Pontici. Cum e-  
 nim Poëta mare Ponticum ingre-  
 deretur, à læva erat Tomos, quo  
 tendebat. <sup>21</sup> Ob feras gentes  
 ibi habitantes. <sup>22</sup> Ut vivam per  
 reliquum vitæ mæ tempus inter  
 Tomitas. Tomos urbs erat in Ge-  
 tico litore, ita dicta, quoniam  
 ibi Medea fratrem suum trucidat-  
 rat. <sup>23</sup> Brevem, & compendio-  
 sam. Al. *Ex illi.* <sup>24</sup> Al. *Si.* <sup>25</sup>  
 Propitia. <sup>26</sup> Ac Augustus. <sup>27</sup>  
 Deferre me in Scythiam. <sup>28</sup> Non  
 opus est naufragio, satis erit sup-  
 plicii, si in Sarmatia ab Augus-  
 to mihi concessa moriar. <sup>29</sup> Ita-  
 liæ fines, cujus partem Ausones  
 inhabitabant. <sup>30</sup> Cur è navi ve-  
 lifica Italiam prospicio. <sup>31</sup> Ut  
 circa Italiam hærerem. <sup>32</sup> Rele-  
 gat. <sup>33</sup> Detinetis.

As-



- 34 Aspiciat vultus Pontica terra meos.  
 35 Et jubet, 36 & merui; nec, quæ damnaverit ille, 35  
 Crimina defendi, fasve, piūve puto.  
 Si tamen 37 acta Deos nunquam mortalia 38 fallunt;  
 39 A culpâ facinus scitis abesse meâ.  
 Immo ita; vos scitis, si me meus abstulit 40 error,  
 41 Stultaque mens nobis; non 42 scelerata fuit: 100  
 43 Quamlibet è minimis, domū si favimus illi;  
 44 Si satis Augusti publica jussa 45 mihi;  
 46 Hoc duce si 47 dixi felicia sæcula; 48 pro-  
 que  
 Cæsare thura pius, 49 Cæsaribusque dedi;  
 50 Si fuit hic animus nobis; ita parcite, Divi. 109,  
 51 Sin minus; alta cadens obruat unda caput.  
 Fallor? an incipiunt 52 gravidæ vanescere nubes,  
 Victaque mutati 53 frangitur ira maris?  
 Non 54 casus, sed vos sub conditione vocati,  
 55 Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

34 Per Hypallagen, sonare debet; Aspiciat vultus meus terram Ponto confinem. 35 Et vult me abire in exsilium. 36 Agnoscit culpam. 37 Facta mortalium. 38 Latent. 39 A meo scelere. 40 Poëta vocat peccatum suum imprudentiam, non scelus. Putant nonnulli, Augustum ideo relegasse Ovidium, quia hic imprudens illum viderit cum filia Julia incestum committere. 41 Improvida. 42 Improbata. 43 Licet fuerim è minimis, familie Cæsaris Augusti favens. Al. *Quod licet*. 44. Si Augusti, me rele-

gantis, jussis perinde, ac publicis parui. 45 Al. *tull*. 46 Si ipsa tempora sub hoc Cæsari peracta dixi felicia. 47 Al. *dixi*. 48 Cæsare, inque ejus salutem. 49 Intelligit Tiberium, ejusque filios, Germanicum, & Drusum. 50 Si ea nobis fuit meus in Augustum, ut ipsi faveremus. 51 Si non, scilicet fuit ea nobis meus in Augustum. 52 Minantes tempestatem. 53 Repellitur. 54 Al. *casu*. Sensus est: Tempestas hæc languescit non fortuito, sed ad preces meas. 55 Quos non possum fallere.



## ELEGIA III.

## ARGUMENTUM.

*Miserabiliter exponit Poëta consternationem illam, qua affectus est, postquam Cæsar cum jussit in exsiliū abire; declarat etiam, quid ex nocte egerit, quæ fuit ipsi in urbe ultima. Miserabilis deinde uxoris, & domesticorum lacrymas describit. Denique dicit, se cœpisse navigare, & in Ionio mari sævissimam tempestatem coortam esse, quæ irriti etiam nautæ salutem desperaverint.*

CUM <sup>1</sup> subit illius tristissima noctis <sup>2</sup> imago,  
 Quæ mihi <sup>3</sup> supremum tempus in <sup>4</sup> Urbe fuit;  
 Cum <sup>5</sup> repeto noctem, qua <sup>6</sup> tot mihi cara reliquis;  
 Labitur ex oculis nunc quoque <sup>7</sup> gutta meis.  
 Jam prope <sup>8</sup> lux aderat, qua me discedere Cæsar  
 Finibus extremæ jusserat Ausoniæ.  
 Nec <sup>10</sup> mens, nec <sup>11</sup> spatium fuerant <sup>12</sup> satis apta <sup>13</sup> parantibus:

<sup>14</sup> Torpuerant longâ pectora nostra morâ.  
 Non mihi servorum, comitis non cura legendi:  
 Non aptæ profugo vestis, opisve fuit. <sup>10</sup>  
 Non aliter \* stupui, quam qui <sup>15</sup> Jovis ignibus ictus  
 Vivit, & est vitæ nescius ipse suæ.  
 Ut tamen hanc <sup>16</sup> animo nubem dolor <sup>17</sup> removit,  
<sup>18</sup> Et tandem sensus convalescere meis;  
 Alloquor extremum mœstos abiturus amicos, <sup>15</sup>  
 Qui modo de multis <sup>19</sup> unus, & alter erant.  
 Uxor amans flentem flens acrius ipsa <sup>20</sup> tenebat;  
<sup>21</sup> Imbre per <sup>22</sup> indignas usque cadente genas.

<sup>1</sup> In mentem venit. <sup>2</sup> Recordatio. <sup>3</sup> Novissimum, seu ultimum. <sup>4</sup> Roma. <sup>5</sup> Recordor. <sup>6</sup> patriam urbem, domum, uxorem, amicos, &c. <sup>7</sup> Lacrymæ. <sup>8</sup> Dies. <sup>9</sup> Ultimæ Italiæ. <sup>10</sup> Quæ turbata malis, quod ageret nesciebat. <sup>11</sup> Tempus. <sup>12</sup> Mihi necessaria. <sup>13</sup> Al. parantibus. <sup>14</sup> Sensu carebant. \* Fui attonitus. <sup>15</sup> Fulmine tactus, & an vivat, nescit. <sup>16</sup> Consternatio-

nem, qua animus quasi obnubilatur. <sup>17</sup> Discussit. <sup>18</sup> Ubi me collegi, animusque rediit. <sup>19</sup> Pauci, cum multi fuissent. Inter eos vero, qui in amicitia officio perstiterant, Carum, Celsum, & Maximum enumerat Eleg. 5. Lib. 3. <sup>20</sup> Me flentem amplectebatur. <sup>21</sup> Lacrymis copiosissimis imbris instar per genas defluentibus. <sup>22</sup> Quia uxor non erat merita, ut sic se maceraret lacrymis.

Na-



Nata procul <sup>23</sup> Libycis aberat diversa sub oris: <sup>24</sup>

<sup>25</sup> Nec poterat <sup>26</sup> fati certior esse mei. 20

Quocunque adspiceres, luctus, gemitusque <sup>27</sup> sonabant:

<sup>28</sup> Formaue non taciti funeris intus erat.

Fœmina, virque, meo pueri quoque <sup>29</sup> funere mœrent:

Inque domo lacrymas angulus omnis habet.

Si licet exemplis in parvo grandibus uti, 21

<sup>30</sup> Hæc facies Trojæ, cum caperetur, erat.

<sup>31</sup> Jamque quiescebant voces hominumque, canumque:

<sup>32</sup> Lunaque <sup>33</sup> nocturnos <sup>34</sup> alta regebat equos.

<sup>35</sup> Hanc ego <sup>36</sup> suspiciens, & <sup>37</sup> ab hac <sup>38</sup> Capitolia cer-  
nens,

<sup>39</sup> Quæ nostro <sup>40</sup> frustra <sup>41</sup> juncta faêre <sup>42</sup> Lari; 30

<sup>43</sup> Numina <sup>44</sup> vicinis habitantia sedibus, inquam,

Jamque oculis nunquam templa videnda meis,

Dique relinquiendi, <sup>45</sup> quos Urbs habet <sup>46</sup> alta <sup>47</sup> Qui-  
rini;

<sup>48</sup> Este salutati tempus in omne mihi.

<sup>23</sup> Filia Perilla, maritum suum in Africam secuta. <sup>24</sup> In Libya, Africa regione. <sup>25</sup> Ob magnam loci distantiam. <sup>26</sup> Exsilii fato mihi immissi. <sup>27</sup> Exaudiebantur. <sup>28</sup> Et erat in domo mea species quædam funeris, circa quod non taciti, sed magni gemitus dantur. <sup>29</sup> Exsilio, quod funeri est simile. <sup>30</sup> Tantus erat in domo mea luctus, quantus Trojæ, cum urbs ea esset capta. <sup>31</sup> Est descriptio noctis ubi omnia silent. <sup>32</sup> Luna fulgebat. <sup>33</sup> Noctu currentes. <sup>34</sup> Supra Horizontem elevata. <sup>35</sup> Scil. Lunam. <sup>36</sup> Sursum aspiciens. <sup>37</sup> Al. adhuc item ad hæc, id est, insuper. Ab hac autem, denotat, post hanc, scilicet aspectam. <sup>38</sup> Collem Capitolinum, inde sic dictum, quoniam in eo, cum fundamenta ædis Jovis foderentur, caput humanum repertum fuerat. <sup>39</sup> Scil. Capitolia. <sup>40</sup> Quia no-

bis non profuerunt, cum præsentia numinum eadem inhabitantium vicinos snos tueri debuisset. <sup>41</sup> Contigua. <sup>42</sup> Nostræ domui. Læres alias sunt Dii domestici, qui credebantur domos custodire, ideoque domi colebantur, & illis focus erat sacer. Sumuntur autem pro ædibus ipsi. Ab illis nomen habuit *Lærium*, hoc est, sacrarium domesticum, in quo Læres adorabantur. <sup>43</sup> Jovem Capitolinum, Junonem, Minervam, & ceteros designat, qui in Capitolio colebantur. <sup>44</sup> Templis ædibus vicinis. <sup>45</sup> Omnes, quos Roma colit. <sup>46</sup> Roma, quæ in septem collibus, seu montibus erat posita. <sup>47</sup> Romuli, à quo erat condita. Dicebatur autem Romulus *Quirinus*, quia hastam ferre solebat, & ab ipso Romani appellati sunt *Quirites*. <sup>48</sup> Valere in æternum.

Et



Et <sup>49</sup> quamquam serò <sup>50</sup> clypeum post vulnera sumo; <sup>35</sup>  
 Attamen hanc <sup>51</sup> odiis exonerate <sup>52</sup> fugam;  
<sup>53</sup> Cælestique viro, quis me deceperit <sup>54</sup> error,  
 Dicite; pro <sup>55</sup> culpâ ne scelus esse putet.  
 Ut, quod vos <sup>56</sup> scitis, pœnæ quoque sentiat <sup>57</sup> auc-  
 tor.

<sup>58</sup> Placato possum non miser esse Deo. <sup>40</sup>  
 Hac prece adoravi Superos ego: <sup>59</sup> pluribus uxor;  
<sup>60</sup> Singultu medios præpediente sonos.  
 Illæ etiam ante <sup>61</sup> Lares <sup>62</sup> passis prostrata capillis  
 Contigit <sup>63</sup> extinctos ore tremante focos:  
 Multaque in <sup>64</sup> aversos <sup>65</sup> effudit verba Penates, <sup>45</sup>  
 Pro <sup>66</sup> deplorato <sup>67</sup> non valitura viro.  
 Jamque moræ spatium nox <sup>68</sup> præcipitata negabat,  
<sup>69</sup> Versaque <sup>70</sup> ab axe suo <sup>71</sup> Parrhasis <sup>72</sup> Arcos erat.  
 Quid facerem? blando patriæ retinebar amore:  
 Ultima sed <sup>73</sup> jussæ nox erat illa fugæ. <sup>50</sup>  
 Ah quoties aliquo dixi properante, Quid <sup>74</sup> urges?  
 Vel <sup>75</sup> quo festines ire, vel <sup>76</sup> unde, vide.  
 Ah quoties certam me sum mentitus habere <sup>B</sup>  
 Horam, propositæ quæ foret apta <sup>77</sup> viâ.

<sup>49</sup> Licet sero nimis sapiam, & ante vulnera, seu damnationem meam ad vos confugere debuissim, ut me ab exilio conservaretis. <sup>50</sup> Præsidium, ac tutelam Deorum intelligit. <sup>51</sup> Efficite, ut post discessum meum ab Augusto, & aliorum odio sim liber. <sup>52</sup> Exsilium. <sup>53</sup> Augusto, qui vivus, & mortuus divinos honores meruit. <sup>54</sup> Qualis imprudentia. <sup>55</sup> Errore. <sup>56</sup> De me. <sup>57</sup> Augusto, qui me in exsilium misit. <sup>58</sup> Augusto reconciliato possum revocari. <sup>59</sup> Precibus. <sup>60</sup> Lacrymis media. & imperfecta verba implentibus. <sup>61</sup> Deos domesticos. <sup>62</sup> Sparsis, more precantium, circa caput. <sup>63</sup> Jam non ardentia alarum. <sup>64</sup> Al. *adversos*. <sup>65</sup> Quoniam nil profecit, aversis, & ad-

versis Penatibus, seu Diis domesticis. <sup>66</sup> Cujus causa deplorata, seu talis erat, cui nulla medicina mederi posset. <sup>67</sup> Frustranea. <sup>68</sup> Auroræ vicina: est enim nota imminens diluculi. <sup>69</sup> Auroram designat, quo plausitrum celeste in orientem vertitur. <sup>70</sup> Ab ejus rotis. <sup>71</sup> Arcadia, ab oppido appellata fuit enim Calisto filia Lycaonis regis Arcadiæ. <sup>72</sup> Ursa maior. <sup>73</sup> Diebus scilicet elapsis, intra quos urbe, & Italia jussus eram excedere: relegatis enim, dies excedendi à præsidibus urbium, & provinciarum statui solebat. <sup>74</sup> Festinas. <sup>75</sup> In orbem extremum. <sup>76</sup> A patria, à loco jucundissimo in terribilissimum; hinc neutra de causa festinandum. <sup>77</sup> Itineri.

Ter



78 Ter limen tetigi ; ter sum revocatus : & ipse 55  
 79 Indulgens animo pes mihi tardus erat.  
 Sæpe , 80 Vale dicto , rursus sum multa locutus ;  
 Et quasi discedens oscula 81 summa dedi.  
 Sæpe eadem mandata dedi : 82 meque ipse fefelli ,  
 Respiciens oculis 83 pignora cara meis. 60  
 84 Denique , quid propero ? 85 Scythia est , quo mitti-  
 mur , inquam :  
 86 Roma relinquenda est : 87 utraque 88 justa mora  
 est.

Uxor in æternum 89 vivo mihi viva negatur :  
 Et 90 domus , & fidæ 91 dulcia membra domûs.  
 Quosque ego 92 fraterno dilexi more sodales. 65  
 O mihi 93 Thesæa pectora juncta fide !  
 Dum licet , 94 amplectar : nunquam fortasse licebit  
 Amplius 95 in lucro , quæ datur hora , mihi est.  
 Nec mora ; sermonis verba 96 imperfecta relinquo ,  
 Complectens animo 97 proxima quæque meo. 70  
 Dum loquor , & flemus ; cœlo nitidissimus alto  
 Stella 98 gravis nobis 99 Lucifer ortus erat.  
 1 Divorid haud aliter , quam si mea membra relin-  
 quam :  
 Et 2 pars abrumpi corpore visa suo est.

78 Te discessi ; terque retro-  
 cessi. Tam infelix omen puta-  
 bant veteres limen offendere ,  
 cum domum ingrederemur , do-  
 move egrederentur , ut id , quod  
 tunc facere in animo habebant ,  
 feliciter sibi succedere non pos-  
 se crederent. 79 Pes nolens dis-  
 cedere , ut mihi pareret , erat ad  
 abeundum lentus. 80 Amicis  
 meis. 81 Ex ultima. 82 Quia  
 oblitus eram , me sæpius idem  
 meis mandasse. 83 Uxorem , om-  
 nesque amicos. 84 Scilicet dixi  
 85 Hodie Moscova , & Tartaria  
 dicta. 86 Mundi domina. 87 Ne  
 Romam relinquam , Scythiamque  
 petam. 88 Dum Romam nil meli-  
 us , Scythia nil pejus . Eleg.

5. Lib. 1. de Pont. 89 Quod alias  
 non nisi post mortem accidit. 90  
 Familia. 91 Amici , domestici ,  
 servi , necnon divitiæ , quæ om-  
 nia domus sunt membra. 92 Ae-  
 si mei fuissent fratres. 93 Amo-  
 re fido , qualis fuit Thesæi in Pi-  
 rithoum , qui cum illo adibat in-  
 feros. 94 Vos. 95 Tempus il-  
 lud lucror , quod sum vobiscum.  
 96 Nondum ad finem perducta.  
 97 Carissima. 98 Molesta , quia  
 eo die in exsilium abeundum.  
 99 Lucem ferens , & Phosphorus  
 dictus , cum Solem anteceedit.  
 Hesperus autem , cum eum sequi-  
 tur. 1 Scungor a meis. 2 Mem-  
 brum rescari.

(Sic



(Sic <sup>3</sup> Priamus doluit, tunc cum in <sup>4</sup> contraria <sup>5</sup> versus  
<sup>6</sup> Ultiores habuit prodicionis <sup>7</sup> equus.) 75

<sup>8</sup> Tum vero exoritur clamor, gemitusque meorum;  
 Et feriunt <sup>9</sup> mœstæ pectora nuda manus.

Tum verò conjux humeris abeuntis inhærens  
 Miscuit hæc lacrymis tristitia ducta suis. 80

Non potes <sup>10</sup> avelli: simul ah; simul ibimus: inquit!  
 Te sequar; & conjux exsulis exsul ero.

<sup>11</sup> Et mihi facta via est, & me capit <sup>12</sup> ultima tellus.  
 Accedam <sup>13</sup> profugæ sarcina parva rati.

Te jubet è patria discedere <sup>14</sup> Cæsaris ira; 85  
 Me <sup>15</sup> pietas; pietas hæc mihi <sup>16</sup> Cæsar erit.

<sup>17</sup> Talia tentabat: <sup>18</sup> sic & tentaverat ante:  
<sup>19</sup> Vixque dedit victas utilitate manus.

<sup>20</sup> Egredior (<sup>21</sup> sive illud erat sine funere <sup>22</sup> ferri)  
<sup>24</sup> Squallidus immissis <sup>24</sup> hirta per ora comis. 90

Illâ dolore mei <sup>25</sup> tenebris narratur obortis  
<sup>26</sup> Semianimis mediâ procubuisse domo.

<sup>27</sup> Utque resurrexit, <sup>28</sup> fœdatis pulvere turpi  
 Crinibus, & <sup>29</sup> gelida membra levavit humo;

Se modo, <sup>30</sup> desertos modo complorasse Penates; 95

<sup>3</sup> Trojanorum ultimus Rex, Laomedontis filius. <sup>4</sup> In noxiam sententiam raptus: quia Sinoni crediderat, equo in urbem tracto, omnia Trojæ prospera eventura; sed contrarium contigit, dum Troja eo equo capta est. <sup>5</sup> Al. *versos*. <sup>6</sup> Equus ligneus, Trojanos Græcis prodens, in se continebat Græcos ultimos Paridem, qui Helenam prodicione raperat. <sup>7</sup> Al. *equos*. <sup>8</sup> Cum discederem. <sup>9</sup> A persona mœsta ita dictæ per metonymiam. <sup>10</sup> A me separari. <sup>11</sup> Ego eandem tecum viam terra, & mari possum ingredi. <sup>12</sup> Scythica, & Septentrionalis regio. <sup>13</sup> Quæ te profugum vehet, per metonymiam. <sup>14</sup> Augustus iratus, iterum per metonymiam. <sup>15</sup> Amor

in te meus, non Cæsaris mandatum. <sup>16</sup> Cæsaris imperium, ut tecum in exsilium abeam. <sup>17</sup> Mecum abire. <sup>18</sup> Quod & ante fecerat. <sup>19</sup> Aegrè se vinci est passa, ut remaneret, ostensâ ipsius, & mea utilitate. <sup>20</sup> Domus. <sup>21</sup> Sive efferebar potius vivus citra mortem, & funus. <sup>22</sup> Efferrî, scilicet ad sepulturam. <sup>23</sup> Incomptus, tristis instar. <sup>24</sup> Per faciem barbaram: in luctu enim veteres nec capillum, nec barbam tondebant. <sup>25</sup> Cum desperasset. <sup>26</sup> Semimortua, animi deliquium passa. <sup>27</sup> Et postquam. <sup>28</sup> Deturpatis, quod signum erat tristitiæ maximæ. <sup>29</sup> Frigida terra, non è toro. <sup>30</sup> Dicitur ea deflevisse domum viro desertam.



Nomen & erepti sæpe vocasse viri:  
 Nec genuisse minus, quam si <sup>31</sup> natæve, meumve  
 Vidisset <sup>32</sup> structos corpus habere <sup>33</sup> rogos:  
 Et voluisse mori; moriendo <sup>34</sup> ponere sensus:  
<sup>35</sup> Respectuque tamen non posuisse mei. 100  
 Vivat: <sup>36</sup> & absentem, <sup>37</sup> quoniam si fata tulerunt,  
 Vivat, & auxilio sublevet usque suo.  
<sup>38</sup> Tingitur Oceano <sup>39</sup> custos Erymanthidos Ursæ,  
 Equoreasque suo sidere <sup>40</sup> turbat aquas:  
 Nos tamen <sup>41</sup> Ionium non nostrâ findimus æquor 105  
 Sponte: sed audaces cogimur esse <sup>42</sup> metu.  
 Me miserum, quantis <sup>43</sup> increscunt æquora ventis;  
 Erutaque ex imis fervet arena vadis!  
 Monte.nec inferior <sup>44</sup> proræ, puppique recurvæ  
 Insilit, & <sup>45</sup> pictos verberat unda Deos. 110  
<sup>46</sup> Pineæ texta sonant; pulsi <sup>47</sup> stridore <sup>48</sup> rudentes:  
<sup>49</sup> Aggemit & nostris ipsa <sup>50</sup> carina malis.  
 Navira confessus <sup>51</sup> gelido pallore timorem  
 Jam <sup>52</sup> sequitur <sup>53</sup> victam, non regit arte, ratem.

31 Filie Perillæ. 32 Lignis ad  
 comburendum esse impositum:  
 corpora enim mortuorum sole-  
 bant cremari. 33 Rogus est  
 strues lignorum ad cremanda ca-  
 davera facta. 34 Ne sentiret do-  
 lores è meo exsilio ortos. 35 Si  
 mecum conferatur. 36 Et mihi  
 absenti semper auxilietur, res  
 necessarias submittendo, vel pro  
 me supplicando. 37 Ut exsilio  
 ab ea sim separatus. 38 Occi-  
 dit, vel occidebat. 39 Arcto-  
 phylax custos Calistonis Arca-  
 diæ in ursam mutata. Dicitur  
 autem illa *Erymanthis* ab Ery-  
 mantho, Arcadiæ monte. Et Ar-  
 ctophylacis occusus accidit ter-  
 tio Nonas Martii. Vid. Fast. 3.  
 40 Arctophylax enim ortu, &  
 occusu suo gravissimas tempe-  
 rates ciet. 41 Ionium mare est  
 pars maris Mediterranei inter

Cretam, & Siciliam. 42 Cæsa-  
 ris, qui navigationis nostræ est  
 auctor. 43 Augentur. Al. *nigres-  
 cunt*. 44 Prora est anterior na-  
 vis pars, puppis autem poste-  
 rior. 45 In puppi, quæ erat vel-  
 lut quoddam sacrarium, in quo  
 apparebant imagines, aut statuæ  
 Deorum navis tutelarium. 46 Ta-  
 bulæ è pinu, quibus compacta  
 erit navis: vel navis è trabibus  
 pineis facta. Veteres dicebant  
*texere naves*, & locus, ubi na-  
 ves fabricantur; audiebat *textri-  
 num*. 47 Strepitu. 48 Funes  
 nautici majores. 49 Quasi simul  
 gemit mei gratia. 50 Navis, per  
 synecdochem partis pro toto:  
 quia carina alias non nisi infima  
 navis pars est. 51 Qui homi-  
 nes frigidos reddit, & sic est  
 metonymia. 52 Quo venti vo-  
 lunt. 53 Al. *victus*



54 Utque parum validus 55 non proficientia 56 vector 115

Cervicis 57 rigida fræna remittit equo:

Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undæ,

58 Aurigam video vela dedisse rati.

Quod nisi 59 mutatas emiseric 60 Æolus auras;

In 61 loca jam nobis non adeunda ferar.

120

Nam procul 62 Illyricis 63 lævâ de parte relictis,

64 Interdicta mihi cernitur Italia.

Desinat in vetitas quæso 65 contendere terras,

Et mecum magno pareat 66 aura 67 Deo.

Dum loquor, & cupio pariter, timeoque 68 revelli, 125

Increpuit quantis viribus unda latus!

Parcite, cærelei vos parcite 69 numina ponti;

70 Infestumque mihi, sit satis, esse 71 Jovem.

Vos animam sævæ fessam 72 subducite morti.

73 Si modo, qui periit, non perisse potest.

130

54 Qui vela regere non potest. 55 Equum non regentia. 56 Al. *vector*. 57 Regi nescire. 58 Nautam. 59 Priores ventos mutatos. 60 Ventorum Rex, filius Jovis. & Sergestæ, Hippotæ Trojani filia, à quo *Hippotades* est dictus. 61 In Italiam, quam adire Ovidio erat prohibitum. 62 Populis regionis Illyriæ, hodie *Slayonia* dictæ. 63 Hæc re-

gio naviganti Ovidio erat læva. 64 Prohibita. 65 Me deducere. 66 Ventus. 67 Augusto, non in Italiam me reverti, sed in Scythiam proficisci volenti. 68 Ab Italia. Al. *repelli*. 69 Dii marini. 70 Iratum. 71 Augustum. 72 Eripite. 73 Si modo ego tantumquam mortuus, relegatus ad Scythas, perditus servari queo.

## ELEGIA IV.

### ARGUMENTUM.

*Amici fidem laudat Poëta, quod etiam in adversis rebus eum nunquam deseruerit; quam rem raras admodum ex iam multis sibi præstitisse fatetur: simul eum hortatur, ut in pristino amore persistat, nec Augustum timeat.*

**O** Mihi <sup>1</sup> post ullos <sup>2</sup> nunquam <sup>3</sup> memorande, sodales,

O <sup>4</sup> cui præcipuè sors mea visa sua est;

<sup>1</sup> Ante alios amicos omnes primum referende. <sup>2</sup> Al. *nequam*. <sup>3</sup> Al. *numerande*. <sup>4</sup> Quem meum infortunium, cæcæ tuum tetigit.

Ar-



5 Attonitum qui me (memini) carissime, primus  
 Ausus es alloquio 6 sustinuisse tuos;  
 Qui mihi consilium vivendi 7 mite dedisti, 5  
 8 Cum foret in misero pectore mortis amor;  
 Scis bene, cui dicam, 9 positis pro nomine signis;  
 Officium nec te 10 fallit, amice, tuum.  
 11 Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis;  
 12 Perpetuusque animæ debitor hujus ero. 10  
 Spiritus & 13 vacuas prius hic tenuandus in auras  
 Ibit, & in 14 tepido deseret 15 ossa rogo;  
 16 Quam subeant animo meritorum oblivia nostro:  
 Et longâ pietas excidat ista 17 die.  
 Dî tibi sunt 18 faciles, & 19 opis nullius egentem 15  
 Fortunam præsent, dissimilemque meæ.  
 Si tamen hæc 20 navis 21 vento ferretur amico;  
 Ignoraretur forsitan 22 ista fides.  
 23 Thesea Pirithoûs non tam sensisset amicum,  
 Si non 24 infernas vivus adisset aquas. 20  
 Ut foret exemplum veri 25 Phocæus amoris,  
 Fecerunt 26 Furia, tristes Oresta, tuæ.  
 Si non 27 Euryalus 28 Rutulos cecidisset in hostes;

5 Consternatum denuntiatione  
 exsilii. 6 Et rexisse. 7 Placi-  
 dum. 8 Cum me ipsum vita pri-  
 vare vellem. 9 Ovidius veretur  
 amici nomen exprimere, ne &  
 huic Augustus irascatur. 10 La-  
 ret. 11 Hæc mihi semper erunt  
 intima in corde. 12 Semper ti-  
 bi vitam à te servatam debebo.  
 13 Mutabitur in tenuem auram,  
 sive prius moriar. 14 Calido.  
 15 Corpus post mortem creman-  
 dum. 16 Quam obliviscar officii  
 tui. 17 Tempore. 18 Propitii.  
 19 Et faciant, ut nullius auxilio  
 habeas opus. 20 Mea fortuna.  
 21 Favore. Per metaphoram di-  
 cit: Si cuncta mihi fausta con-  
 tingerent. 22 Tuus in me amor.  
 23 Theseus erat Atheniensium  
 Princeps. 24 Etæque Regis Athe-  
 narum filius, Pirithoûs autem

Ixionis filius. 24 Poëta fingunt,  
 Theseum, & Pirithoûm adiisse  
 inferos, ad rapiendam Proserpi-  
 nam. 25 Sive Pylades, Phoci  
 filius, qui cum Oreste, Agamem-  
 nonis filio, post matrem inter-  
 sectam à Furiis vexato, ad Col-  
 chos profectus est. 26 Furor  
 tuus, quo agitabaris ob matrem  
 Clytemnestram intersectam. 27  
 Erat Trojanus, optimus Nisi ami-  
 cus, cum quo noctu Rutulorum  
 castra ingressus, multos hostes  
 prostravit. Sed cum, instante  
 jam die, uterque sese recipere  
 studerent, in hostium equitatum  
 incidere, à quo circumdatum Eu-  
 ryalum cum Nisus liberare ne-  
 quiret, certissimo mortis peri-  
 culo se maluit exponere, quam  
 amicum deserere. 28 In Rutu-  
 lorum manus venisset.

B;

Hvr



29 Hyrtacidæ Niso 30 gloria nulla foret.  
 31 Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, 25  
 Tempore sic 32 duro est inspicienda fides.  
 33 Dum juvat, & vultu ridet Fortuna sereno,  
 34 Indelibatas 35 cuncta sequuntur opes.  
 At 36 simul intonuit, 37 fugiunt: nec noscitur 38 ulli,  
 39 Agminibus comitum qui modo cinctus erat. 30  
 Atque hæc 40 exemplis quondam collecta priorum,  
 41 Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.  
 42 Vix duo, tresve mihi de tot superestis amici.  
 43 Cætera Fortunæ, non mea, turba fuit.  
 44 Quo magis, ò pauci, rebus succurrite lapsis, 35  
 Et date 45 naufragio littora tuta meo:  
 Neve metu 46 falso nimium trepidate timentes,  
 Hac offendatur ne 47 pietate 48 Deus.  
 Sæpe fidem 49 adversis etiam laudavit in armis;  
 Inque 50 suis amat 51 hanc Cæsar, in hoste 52 pro-  
 bat. 40  
 Causa mea est 53 melior, qui non 54 contraria fovi  
 Arma; sed hanc merui 55 simplicitate 56 fugam.  
 57 Invigilis igitur nostris pro casibus oro;  
 Diminui 58 si quæ 59 numinis ira potest.  
 Scire 60 meos si quis casus desideret omnes; 45  
 61 Plus, quam quod fieri res sinit, ille 62 petat.  
 Tot mala sum passus, 63 quot in æthere sidera lucent;

29. Hyrtaci filio. 30. Non lau-  
 daretur ejus virtus. 31. Aurum  
 igne probatur. 32. Infelici. 33.  
 Dum fortuna alicui favet. 34. Il-  
 læsas, integras, nullo casu im-  
 minutas. 35. Quia felicibus om-  
 nia ad voluntatem fluunt. 36. Si-  
 mulac fortuna alicui minus fa-  
 vet. 37. Disceant ab eo amici.  
 38. Ab ullo. 39. Turba assenta-  
 torum. 40. Exemplis aliorum,  
 olim animadversa. 41. Nunc ip-  
 se in me experior. 42. Paucissi-  
 mi. 43. Reliqui fortunæ meæ,  
 non mei, fuerunt amici. 44. Eo  
 magis vos pauci me juvate. 45

Malis meis portum, vel quietem.  
 46. Inani. 47. Quod amicum ju-  
 vetis. 48. Augustus. 49. Hos-  
 tium. 50. Gentibus sibi subiec-  
 tis. 51. Eadem. 52. Laudat, si  
 quem ex hostibus fidem suis no-  
 vit. 53. Quam hostium, seu,  
 quam conjuratio, & conspiratio  
 contra Augustum. 54. Coniura-  
 tionem contra Cæsarem. 55. Im-  
 prudentia. 56. Exsilium. 57. Da  
 mihi exsili vigilem operam. 58.  
 Scilicet ratione. 59. Augusti. 60.  
 Cuncta mea infortunia. 61. Im-  
 possibilia. 62. Al. petit. 63. Hoc  
 est, innumera.

Par-



Parvaque quot siccus <sup>64</sup> corpora pulvis habet.  
 Mulcaque <sup>65</sup> credibili tulimus majora : <sup>66</sup> ratamque,  
 Quamvis acciderint , <sup>67</sup> non habitura fidem. 50  
<sup>68</sup> Pars etiam mecum quædam moriatur oportet:  
<sup>69</sup> Meque velim possit dissimulante tegi.  
<sup>70</sup> Si vox in fragili mihi pectore <sup>71</sup> firmior ære,  
 Pluraque cum linguis pluribus ora forent;  
 Non tamen idcirco <sup>72</sup> complecterer omnia verbis: 55  
<sup>73</sup> Materiâ vires exsuperante meas.  
 Pro duce <sup>74</sup> Neritio docti <sup>75</sup> mala nostra Poætæ  
 Scribite <sup>76</sup> Neritio nam mala plura tuli.  
<sup>77</sup> Ille brevi <sup>78</sup> spatio <sup>79</sup> multis erravit in annis  
<sup>80</sup> Inter Dulichias , Iliacasque domos. 60  
<sup>81</sup> Nos frera sideribus notis <sup>82</sup> di tantia <sup>83</sup> mensos  
 Sors tulit in <sup>84</sup> Geticos , Sarmaticosque sinus.  
 Ille habuit <sup>85</sup> fidamque manum , sociosque fideles:  
 Me profugum comites deseruere mei.  
 Ille suam lætus patriam <sup>86</sup> victorque petebat. 65  
 A patriâ fugio <sup>87</sup> victus , & exsul ego.  
 Nec mihi <sup>88</sup> Dulichium domus est, Ithaceve , Sameve:  
<sup>89</sup> Poena quibus non est grandis abesse locis.  
 Sed quæ de <sup>90</sup> septem totum circumspicit orbem

64 Arenulas. 65 Incredibilia. Sarmatarum maria. Al. *Detulit in*  
 66 Certam. 67 Quæ quis non *Geticos Caesaris ira sinus.* 85 Fi-  
 credet. 68 Majorum meorum dele auxilium. 86 Quia Troja  
 malorum, quæ non patefaciam. jam capta erat. 87 Condemna-  
 69 Et velim, ut ea pars, me ta- tus. 88 Dulichium, Ithace, &  
 cente, occultari queat. 70. Al. Same sunt insulæ maris Ægei.  
*Si vos infragilis, pectus mihi fir-* *Dulichium postea appellata fuit*  
*mitus ære.* 71 Firmissima. 72. Ex- *Duliche*, Ulyssi subdita. *Ithaca*  
 primere possem omnia mea ma- ad stadia 89. in circuitu patet.  
 la. 73 Copia malorum meorum. *Samus* olim quatuor continebat  
 74 Ulysse: *Neritius* autem est urbes, ex quibus una Samus  
 mons frondosus in Insula Ithaca, dicta. 89 Abesse Dulichio, Itha-  
 quam Ulysses tenuit. 75 Erro- ca, & Samo, non est magna  
 res nostros. De Ulyssis errori- molestia, quia ea loca non sunt  
 bus egit Homerus. 76 Plura pas- tam illustrata ac quidem Romæ.  
 sus sum, ac Ulysses. 77 Ulysses. 90 Roma enim sita erat in septem  
 78 Loco. 79 Decem. 80 Inter montibus, qui sunt Mons Capi-  
 insulam Dulichium, quæ tolinus, Aventinus, Palatinus,  
 Ithacæ, & Trojæ vicina est. 81 Esquillinus, Cælius, Quirinalis,  
 Me. 82 Sub alio climate sita. & Viminalis.  
 83 Emensos. 84 Getarum, &



Montibus <sup>91</sup> imperii Roma, <sup>92</sup> Deūmque locus. 70  
 Illi corpus erat durum, patiensque laborum:  
<sup>93</sup> Invalidæ vires, <sup>94</sup> ingenuæque mihi.  
 Ille erat assiduè <sup>95</sup> sævis agitatus in armis;  
 Assuetus studiis <sup>96</sup> mollibus ipse fui.  
 Me <sup>97</sup> Deus oppressit, nullo mala nostra <sup>98</sup> levante: 75  
<sup>99</sup> Bellatrix illi Diva ferebat opem.  
 Cumque minor Jove sit, <sup>1</sup> tumidis qui regnat in undis;  
 Illum Neptuni, me <sup>2</sup> Jovis ira premit.  
 Adde, <sup>3</sup> quod illius pars maxima fæta laborum est;  
 Ponitur <sup>4</sup> in nostris fabula nulla malis. 80  
 Denique quæsitos tetigit tamen ille <sup>5</sup> Penates;  
 Quæque <sup>6</sup> diu petiit, contigit <sup>7</sup> arva tamen.  
<sup>8</sup> At mihi perpetuò patriâ tellure carendum est,  
<sup>9</sup> Ni fuerit læsi mollior ira Dei.

<sup>91</sup> Sedes imperatorum, vel ad Neptunus, Deus maris. <sup>2</sup> Aug-  
 imperandum apta. <sup>92</sup> Principum, Deorum instar. <sup>93</sup> Laboribus haud assuetæ. <sup>94</sup> Quales ingenuorum hominum sunt. <sup>95</sup> Vexatus in bello Troiano. <sup>96</sup> Qualis sunt Poetica. <sup>97</sup> Augustus. <sup>98</sup> Leviora faciente. <sup>99</sup> Dea Minerva, Ulyssis comes, quia is ubique utebatur prudentia, cujus Dea Minerva est. <sup>1</sup> Nisi Augusti offensi ira remittit.

## ELEGIA V.

## ARGUMENTUM.

*Uxoris fidem, & industriam laudat Poëta, quod cum nonnulli avide-  
 sime adherent ejus opibus, ipsa ingenio, & amicorum presidio inte-  
 gra omnia servaverit. Unde Poëta verecunde tantum pollicetur, eam  
 fore suis carminibus immortalem.*

**N**ec tantum <sup>1</sup> Clario <sup>2</sup> Lyde dilecta poëta,  
 Nec tantum <sup>3</sup> Coe <sup>4</sup> Battis amata suo est:  
<sup>5</sup> Pectoribus quantum tu nostris, Uxor, inhæres;

<sup>1</sup> Callimacho Apollinis vati. <sup>2</sup> Philetæ. <sup>3</sup> Battida ama-  
 Apollo enim Clarius appellatus vit Philetas Cous. <sup>4</sup> Quantum  
 est à Clario lico. <sup>5</sup> Callimachi te, mea uxor, amo.  
 amica, quam ardentissimè ama-

Dig-



Digna <sup>6</sup> minus misero, <sup>7</sup> non meliore viro.  
<sup>8</sup> Te mea suppositâ veluti <sup>9</sup> trabe fulta ruina est:  
 Siquid adhuc ego sum, <sup>10</sup> muneris omne tui est:  
 Tu facis, <sup>11</sup> ut spoliū ne sim, neu nuder ab illis  
<sup>12</sup> Naufragii tabulas qui petiēre mei.  
 Utque rapax <sup>13</sup> stipulante fame, cupidusque cruo-  
 ris  
<sup>14</sup> Incustoditum captat ovile lupus: <sup>10</sup>  
 Aut ut <sup>15</sup> edax vultur <sup>16</sup> corpus circumspicit ecquod  
<sup>17</sup> Sub nullâ positum cernere possit humo:  
 Sic mea nescio quis, <sup>18</sup> rebus <sup>19</sup> malefidus acerbis,  
<sup>20</sup> In bona venturus, si <sup>21</sup> paterēre, <sup>22</sup> fuit.  
<sup>23</sup> Hunc tua <sup>24</sup> per fortes virtus <sup>25</sup> submovit amicos, <sup>18</sup>  
<sup>26</sup> Nulla quibus reddi gratia digna potest.  
 Ergo quam misero, tam vero, teste <sup>27</sup> probaris;  
<sup>28</sup> Hic aliquod pondus si modo testis habet.  
 Nec <sup>29</sup> probitate tuâ prior est, aut <sup>30</sup> Hectoris uxor,  
<sup>31</sup> Aut comes <sup>32</sup> extincto Laodamia viro. <sup>20</sup>  
 Tu si <sup>33</sup> Mæonium vatem sortita fuisses,  
<sup>34</sup> Penelopēs <sup>35</sup> esset fama secunda tuæ.  
<sup>36</sup> Sive tibi hoc debes, <sup>37</sup> nullâ pia facta magistrâ;  
<sup>38</sup> Cumque novâ <sup>39</sup> mores sunt tibi luce dati:

6 Feliciori marito. 7 Sum enim  
 è nobilissima Nasonum familia,  
 insignisque Poëta. 8 Intelligen-  
 dum est de possessionibus, in  
 quas involabant alienorum cupi-  
 di, quarum fructus Ovidium in  
 exilio alebant. 9 Intelligit tra-  
 bes illas quæ subductis in litus  
 navibus subijciebantur. 10 Tibi  
 acceptum ferro. 11 Ut non spo-  
 lier. 12 Qui reliquias naufragii  
 mei, seu reliquum fortunarum  
 mearum, quod Cæsar reliquit,  
 adimere volunt. 13 Impellente  
 illum ad rapinam. 14 Absque  
 custodia pastoris, aut canum.  
 15 Omnia concoquens. 18 Ca-  
 davor. 18 Insepultum. 16 Huic  
 meo exilio. 17 Infidus. 20 In-  
 volasset in fortunas meas. 31  
 Permitteres. 22 Fuisset. 23 In-

fidum. 24 Ope amicorum cons-  
 tantium. 25 Repulit. 26 Qui-  
 bus non sufficientes grates re-  
 ferri possunt. 27 Ego te iudice  
 probam, & sinceram. 28 Si mo-  
 do testi relegato creditur. 29  
 Amore tuo in me. 30 Andro-  
 mache maritum suum Hectora,  
 Trojanum Principem, vebemen-  
 ter amans. 31 Aut Laodamia,  
 mortuum maritum Protesilaum  
 amplexa. 32 Mortuo Protesila-  
 o. 33 Homerum laudum tuarum ha-  
 buisses præconem. 34 Uxor  
 Ulyssis. 35 Concederet famæ  
 tuæ. 36 Seu natura te hoc do-  
 cuit, quod marito sis fidelis. 37  
 A nulla pietatem docta. Al. nullo  
 pia facta magistro. 38 Cum die  
 tuo natali, seu cum nascereris.  
 39 Sanctissima instituta.

For-



- 40 *Fœmina, seu princeps, omnes tibi culta per annos,*  
*Te docet exemplum conjugis esse bonæ:* 26  
 41 *Assimilemque sui longâ assuetudine fecit:*  
 42 *Grandia si parvis assimilare licet.*  
*Hei mihi, non magnas quod habent mea carmina* 43 *vires,*  
*Nostraque sunt meritis* 44 *ora minora tuis!* 30  
*Si quid & in nobis* 45 *vivi fuit ante vigoris,*  
 46 *Exstictum longis occidit omne malis:*  
*Prima locum* 47 *sanctas heroïdas inter haberes:*  
*Prima* 48 *bonis animi conspicerêre tui.*  
*Quantumcunque tamen* 49 *præconia nostra volebunt;*  
*Carminibus vives* 50 *tempus in omne meis.* 36

40 *Seu Liviam, Augusti uxorem, quam præcipua fide coluisti, es imitata.* 41 *Similes in te mores perpetua consuetudine produxit.* 42 *Si te illi comparare licet.* 43 *Ad virtutem tuam delineandam.* 44 *Verba, seu quod merita tua verbis meis exprimere nequeam.* 45 *Alacris.* 46 *Assumptum est meo exsilio.* 47 *Celebres mulieres.* 48 *Virtute tua præ omnibus esses conspicua.* 49 *Laus tua carminibus nostris prædicata.* 50 *Semper.*

## ELEGIA VI.

## ARGUMENTUM.

*Alcium admonet Poëta, ut gemmæ faciem suam insculptam intuens, ipsius exsillis recordetur, dematque illi coronam ex hederâ, quæ ejusmodi insignia felicibus Poëtis convenirent. Mandat tamen insculptæ imaginis loco legatur opus Metamorphoseon in quindecim libellos digestum: quos quamvis ipse in exsiliū proficiscens, in ignem conjecerit, tamen eosdem pluribus exemplis conscriptos extare dicit. Postremo sex versus mandat conscribi in prima libelli fronte: quo lector admonetur, illud opus inemendatum subita ejus consternatione circumferri.*

**S**i quis habes <sup>1</sup> nostris similes in imagine vultus;  
 Deme meis <sup>2</sup> hederas <sup>3</sup> Bacchica sarta comis.  
 Ista decent lætos <sup>4</sup> felicia signa poëtas.  
<sup>5</sup> Temporibus non est apta corona meis.

<sup>1</sup> *Faciem meæ similem in effigie gemmæ insculpta.* <sup>2</sup> *Ex hederâ enim Poëta Elegi coronabatur, sicut & quercu Heroici.* <sup>3</sup> *Coronas hederæ, Baccho sacre; coronabantur autem Poëta coronâ ex hederâ, quia tanquam*

*Baccho sacri Bacchantium more insaniebant, & vinosi erant.* <sup>4</sup> *Sarta ex hederâ, quæ Poëtas significabant.* <sup>5</sup> *Quibus exsulo; vel capiti meo, per synecdochen par-tis pro toto.*

Hæc



<sup>6</sup> Hæc tibi dissimulas, <sup>7</sup> sentis tamen, <sup>8</sup> optime, dici,

In digito <sup>9</sup> qui me fersque, refersque tuo.

<sup>10</sup> Effigiemque meam fulvo complexus in auro,

Cara <sup>11</sup> relegati, qua potes, ora vides.

Quæ quoties spectas, <sup>12</sup> subeat tibi dicere forsân,

Quam procul à nobis Naso sodalis abest!

Grata tua est pietas; sed carmina <sup>13</sup> major imago

Sunt mea; quæ mando <sup>14</sup> qualiacumque legas.

<sup>15</sup> Carmina mutatas <sup>16</sup> hominum dicentia formas:

<sup>17</sup> Infelix domini quod fuga rupit opus.

Hæc ego <sup>18</sup> discedens, sicut <sup>19</sup> bene multa <sup>20</sup> meorum, <sup>15</sup>

Ipse meâ <sup>21</sup> posui mœstus in igne manu.

Utque cremasse suum <sup>22</sup> fertur sub <sup>23</sup> stipite <sup>24</sup> natum

<sup>25</sup> Thestias, <sup>26</sup> & melior matre fuisse soror;

Sic ego non meritis mecum <sup>27</sup> peritura libellos

Imposui <sup>28</sup> rapidis <sup>29</sup> viscera nostra rogis.

Vel quòd eram <sup>30</sup> Musas, ut crimina nostra, perosus:

Vel quòd adhuc crescens & <sup>31</sup> rude carmen erat.

<sup>32</sup> Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed exstant;

<sup>33</sup> Pluribus exemplis scripta fuisse reor.

6 Finge, hæc non dici tibi, ne Augustum lædas. 7 Intelligis tamen, optime amice, me tibi hæc dicere. 8 Al. omnia. 9 Qui fers, & representas, vel quis fers, & extrahis annulum, in quo est gemma habens vultus meos insculptos. 10 Vultus meos. 11 Amici exsulis. 12 In mentem veniat. 13 Melius representant ingenium meum, quam aurum istud vultum. 14 Sive sint grata, sive minus. 15 Metamorphosin innuit. 16 Corporum, quia præter homines, & alia transmutata describit. 17 Quod opus Metamorphoseon infelix Ovidii exsilium imperfectum reliquit. 18 Roma. 19 Varia poemata. 20 Operum. 21 Combussi. 22 Narratur. 23 Torre, in quo Melea-

gri fata erant. 24 Filium suum Meleagrum, in vindictam fratrum à Meleagro occisorum. 25 Althea Thestii filia. Thestius enim Pleuroniam tenuit, qui Curretum ductor, socer quidem fuit Oenei, Altheæ vero pater. 26 Althea meliorem se, & fratrum à Meleagro interemptorum amantiorem ostendit, quam filii. 27 Cum in exsilium abirem. 28 Igni omnia rapienti. 29 Libros nostros, quasi meos partus. 30 Versus, quorum primæ auctores Musæ, oderam, ob quos, nempe libros de Arte amandi, in crimen vocabar. 31 Inemendatum. 32 Quia Metamorphosis non penitus igne perit. 33 Ex meo exemplari plura volumina excerpta esse reor.

Nunc



Nunc precor, ut <sup>34</sup> vivant, <sup>35</sup> & non ignava <sup>36</sup> legentem  
Otia delectent: <sup>37</sup> admoneantque mei. 26

Nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo;

Nesciet his \* summam si quis abesse manum.

Ablatum <sup>38</sup> mediis opus est. incudibus illud:

Defuit & scriptis <sup>39</sup> ultima lima meis. 30

Et <sup>40</sup> veniam pro laude peto: laudatus abunde,

<sup>41</sup> Non fastiditus si tibi, Lector, ero.

Hos quoque sex versus, in primi fronte libelli

Si <sup>42</sup> præponendos esse putabis, habe.

<sup>43</sup> Orba parente suo quicumque <sup>44</sup> volumina tangis; 35

<sup>45</sup> His saltem vestra detur in <sup>46</sup> Urbe locus.

Quoque magis <sup>47</sup> faveas, non sunt hæc edita ab ipso,

Sed quasi de <sup>48</sup> domini funere rapta sui.

Quicquid in his igitur vitii <sup>49</sup> rude carmen habebit,

Emendaturus, si <sup>50</sup> licuisset, <sup>51</sup> eram. 40

<sup>34</sup> Permaneant. <sup>35</sup> Studia scriptorum meorum non ignavia præferentia. <sup>36</sup> Metamorphosin. <sup>37</sup> Revocent illi in memoriam, vel eruditionem, vel exsilium meum. \* Ultimam curam. <sup>38</sup> Nondum absoluto opere, cum adhuc euderetur. <sup>39</sup> Emendatio. <sup>40</sup> Non peto, ut hoc opus laudetur, sed ut erroribus ignoscatur. <sup>41</sup> Si tibi non sim fastidio. <sup>42</sup> Metamorphoseos

initio. <sup>43</sup> Privata patre, & auctore operis, quin exsilium ejectus est. <sup>44</sup> Libros a *volyendo* denominatos, quia antiqui in libris arborum, seu corticibus, scribebant, libellos illos complcantes. *Volumen* alias est pars codicis. <sup>45</sup> Quod auctori non licuit. <sup>46</sup> Roma. <sup>47</sup> Operi. <sup>48</sup> Poëta exsilio. <sup>49</sup> Inemendatum. <sup>50</sup> Per temporis rationem. <sup>51</sup> Fuissem.

## ELEGIA VII.

### ARGUMENTUM.

*Queritur Poëta, cum, cum quo diu familiariter vixerat, subita Poëta consternatione, & exilii ruina fidem mutasse. Mox tamen illum admonet, ut in fide permaneat, quo ejus officium laudare possit.*

**I**N <sup>1</sup> caput <sup>2</sup> alta suum <sup>3</sup> labentur ab æquore retro

Flumina, <sup>4</sup> conversis Solque recurret equis.

Terra feret stellas: cœlum <sup>5</sup> findetur aratro:

<sup>1</sup> Fontem, vel originem suam. <sup>2</sup> Profunda. <sup>3</sup> Fluunt. <sup>4</sup> Sol ab occasu in orientem cursum suum dirigit. <sup>5</sup> Arabitur.

Un-



6 Unda dabit flammæ ; & dabit ignis aquas  
 Omnia 7 naturæ 8 præpostera legibus ibunt:  
 9 Parsque suum mundi nulla tenebit iter.  
 Omnia jam fient , fieri quæ posse negabam:  
 Et nihil est , 10 de quo non sit habenda fides.  
 11 Hæc ego vaticinor ; quia sum 12 deceptus ab illo,  
 Laturum misero quem mihi 13 rebar opem.  
 14 Tantane te , fallax , cepere obliviam nostri ?  
 15 Afflictumne fuit tantus adire timor ?  
 Ut neque 16 respiceres , nec solarere 17 jacentem,  
 Dure ; nec 18 exsequias prosequerere meas ?  
 Illud amicitiae 19 sanctum , ac venerabile nomen  
 20 Re tibi pro vili sub pedibusque jacet ?  
 21 Quid fuit , 22 ingenti postratum mole 23 sodalem  
 Visere , & alloqui 24 parte 25 levare tui ?  
 Inque meos si non lacrymam demittere casus,  
 Pauca tamen 26 ficto verba dolore queri ?  
 Idque , quod ignoti faciunt , valedicere saltem ;  
 Et 27 vocem populi , 28 publicaue ora sequi ?  
 29 Denique 30 lugubres vultus , 31 nunquamque videndos  
 Cernere 32 , supremo , dum licuitque , die ?  
 Dicendumque 33 semel toto non amplius ævo ,  
 34 Accipere , & parili reddere voce , VALE ?  
 At fecere alii nullo mihi foedere juncti ;  
 Ut lacrymas 35 animi signa dedere sui.  
 36 Quid , 37 nisi convicta , causisque valentibus essem ,

6 Aqua. 7 Quas natura ipsa  
 constituit. 8 Contraria , inver-  
 sa. 9 Cælum , elementa suo non  
 manebunt loco , nec cursum , &  
 ordinem naturalem servabunt.  
 10 Cui non sit habenda fides ,  
 quod omnia evenire queant. 11  
 Leges naturæ præpostere esse  
 ituras. 12 Derelictus. 13 Spe-  
 rabam. 14 Itane , o impostor ,  
 mei oblitus es ? 15 Cum afflige-  
 rer. 16 Me juvares. 17 Duro  
 casu afflictum. 18 Me ex urbe  
 in exilium abeuntem. 19 Omni-  
 bus sanctum habitum. 20 Nul-  
 lius apud te pretii est. 21 Quan-  
 tulum quæso fuisset ? 22 Aru-  
 nis , cen mole oppressum. 23  
 Amicum. 24 Modico , vel ali-  
 quo solatio. 25 Erigere. 26 Si-  
 mulato. 27 Ultimum salve , &  
 vale conclamare. 28 Omnium  
 sermones. 29 Quid superfluit.  
 30 Vultus meos luctu deformes.  
 31 Non amplius. 32 Ultimo. 33  
 Ne , sæpius agendo , tibi esset  
 molestum. 34 Valedicere , atque  
 valedici. 35 Tristitiæ. 36 Scilicet  
 facturus fuisses. 37 Nisi intimus  
 meus amicus fuisses.

Tem-



Temporis, & longi vinctus amore tibi? 30  
 Quid, nisi tot<sup>38</sup> lus, & tot mea<sup>39</sup> seria nesses,  
 Tot nossem luxus, seriaque ipse tua?  
 Quid, si duntaxat Romæ mihi cognitus esses,  
 40 Adscitus toties in genus omne loci?  
 41 Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos? 35  
 Cunctane<sup>42</sup> Letheis mersa feruntur aquis?  
 Non ego te<sup>43</sup> placidâ genitum reor urbe Quirini;  
 Urbe, 44 meo quæ jam non adeunda pede est.  
 Sed scopulis, Ponti quos hæc habet ora<sup>45</sup> sinistri:  
 46 Inque feris Scythiæ, Sarmaticisque jugis. 40  
 Et tua sunt<sup>47</sup> silicis circum<sup>48</sup> præcordia venæ;  
 Et<sup>49</sup> rigidum ferri semina pectus habent.  
 Quæque tibi quondam tenero<sup>50</sup> ducenda<sup>51</sup> palato  
 Plena dedit nutrix ubera, 52 tigris erat.  
 53 At mala nostra minus, quam nunc, aliena putas-  
 ses; 45  
 Duritiæque mihi non agerêre reus.  
 Sed<sup>54</sup> quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,  
 Ut careant<sup>55</sup> numeris tempora<sup>56</sup> prima suis;  
 Effice, 57 peccati ne sim memor hujus; & illo  
 Officium laudem, quo queror, ore tuum. 50

38. Jocos. 39. Dicta, & facta.  
 40. Evocatus à me. 41. Pendisne  
 omnia parvi? 42. Oblitus es?  
 Lethe est fluvius inferorum, cu-  
 jus aquæ potæ oblivionem pa-  
 riunt. 43. Urbs Quirini est Ro-  
 ma à Quirino, seu Romulo con-  
 dita: hanc vocat Poëta placid-  
 am, quia in ea non sævi, sed  
 mites homines nasci solent.  
 44. Quam ingredi mihi non licet.  
 45. Sinistree partis maris Pontici.  
 46. In desertis montibus Scythiæ,  
 & Sarmatiæ. 47. Durissimæ. 48.

Involucra cordis. 49. Insensibi-  
 le habes pectus. 50. Sugenda.  
 51. Ore. 52. Fœmina admodum  
 crudelis. 53. Al. aut. Non mino-  
 ris fecisses mala nostra, quam  
 aliena. 54. Cum cæteris meis in-  
 fortunis per fata mihi immissis  
 etiam hoc addatur. 55. Suo or-  
 dine, ut mihi in amore non res-  
 pondeas, ut antea. 56. Superio-  
 ra, quibus amicitia nostra erat  
 arctissima. 57. Hujus oblivionis  
 amicitia.



## ELEGIA VIII.

## ARGUMENTUM.

*Queritur Poëta, vulgum sequi fortunam, & secundis tantum rebus amico adesse, in adversis autem eum destituere: quod quidem re sibi cognitum fuisse docet, dum, antequam ab Augusto in exilium mitteretur, multos habuit amicos: postquam vero subita ruina corrui, neminem invenit, in cuius præsidio acquiesceret, cum multis per Cæsaris modicam id præstare licuisset: quandoquidem ab eo hostilis erga amicum amor etiam probetur.*

**D**etur inoffensæ metam tibi tangere vitæ,  
 Qui legis hoc nobis non inimicus <sup>2</sup> opus.  
 Atque <sup>3</sup> utinam pro te possint mea vota valere,  
 Quæ pro me <sup>4</sup> duros non tetigere Deos!  
<sup>5</sup> Donec eris felix, multos numerabis amicos;  
 Tempora si fuerint <sup>6</sup> nubila, <sup>7</sup> solus eris.  
 Aspicias, <sup>8</sup> ut veniant ad <sup>9</sup> candida tecta columbæ;  
 Accipiat nullas <sup>10</sup> sordida turris aves.  
 Horrea <sup>11</sup> formicæ tendunt ad inania nunquam:  
 Nullus ad amissas tibi amicus opes. 10  
 Utque comes radios per solis euntibus umbra,  
 Cum latet <sup>12</sup> hic <sup>13</sup> pressus nubibus, <sup>14</sup> illa fugit;  
 Mobile sic sequitur Fortunæ <sup>15</sup> lumina vulgus:  
<sup>16</sup> Quæ simul inductâ nube teguntur, abit.  
<sup>17</sup> Hæc præcor, <sup>18</sup> ut semper possint tibi falsa videri: 15  
 Sunt tamen <sup>19</sup> eventu vera fatenda meo.  
<sup>20</sup> Dum stetimus, turbæ quantum satis esset, habebat  
 Nota quidem, sed non ambitiosa, domus.  
 At <sup>21</sup> simul impulsæ est, omnes <sup>22</sup> timuere ruinam:

<sup>1</sup> Concedatur tibi, mi lector amice, à Diis attingere finem vitæ sine ulla offensione, vel periculo. <sup>2</sup> Elegiam, vel librum. <sup>3</sup> Oh si mea vota exaudirentur. <sup>4</sup> Augustum inclementem, aliosque Deos non moverunt ad misericordiam. <sup>5</sup> Quandiu. <sup>6</sup> Infelicia. <sup>7</sup> Relictus ab omnibus. <sup>8</sup> Quomodo. <sup>9</sup> Pura, splendida. <sup>10</sup> Impura. <sup>11</sup> Quarum opus est colligere frumenta. <sup>12</sup>

<sup>13</sup> Nubibus involutus. <sup>14</sup> Umbra. <sup>15</sup> Prosperitatem. <sup>16</sup> Simul ac fortuna hominem deserit, deserit eum quoque vulgus. <sup>17</sup> Quod vulgus sequatur fortunam. <sup>18</sup> Ne unquam tuo exemplo vera deprehendas. <sup>19</sup> Exemplo meo. <sup>20</sup> Dum fortuna mihi favit. <sup>21</sup> Simul ac in exilium pulsus sum. <sup>22</sup> Ne mea ruina, & ipsos obrueret.

Cau-



<sup>23</sup> Cautaque <sup>24</sup> communi terga dedere fugæ. 20  
 Sava nec admiror metuunt si <sup>25</sup> fulminâ, quorum  
 Ignibus <sup>26</sup> afflari proxima quæque solent.  
 Sed tamen <sup>27</sup> in duris remanentem rebus amicum  
<sup>28</sup> Quamlibet in viso Cæsar in hoste <sup>29</sup> probat.  
 Nec solet irasci (neque enim <sup>30</sup> moderatio alter) 25  
 Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.  
<sup>31</sup> De comite <sup>32</sup> Argolici postquam cognovit <sup>33</sup> Ores-  
 tæ,  
 Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.  
 Quæ fuis <sup>34</sup> Actoridæ cum magno semper Achille,  
 Laudari solita est <sup>35</sup> Hæctoris ore fides. 30  
 Quod pius ad <sup>36</sup> manes Theseus comes <sup>37</sup> isset <sup>38</sup> amico,  
<sup>39</sup> Tartaretum dicunt indoluisse Deum.  
 Euryali, Nisique fide tibi, <sup>40</sup> Turne relatâ,  
<sup>41</sup> Credibile est lacrymis immauisse genas.  
<sup>42</sup> Est etiam miseris pietas, & in hoste probatur. 35  
 Hei mihi, quam paucos hæc mea dicta movent!  
<sup>43</sup> Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum,  
 Debeat ut lacrymis nullus adesse modus.  
 At mea sunt proprio quamvis mœstissima <sup>44</sup> casu,

<sup>23</sup> Sibi prospicientia. <sup>24</sup> Quam omnes arripiebant. <sup>25</sup> Calamitates. <sup>26</sup> Inflammati. <sup>27</sup> In adversis non abeuntem. <sup>28</sup> Quamvis hostem oderit. <sup>29</sup> Laudat. <sup>30</sup> Clementior quisquam. <sup>31</sup> De Pylade: hoc est, cum Thoas Orestem nosset, Pylademque Græcum comitem, illius laudavit fidem. Orestes enim cupiens a se furias ex morte matris conceptas removere, consulit oraculum, ipsi respondens, ut ad templum Dianæ in regionem Tauricam proficisceretur: quo cum pervenisset, comite, & duce itineris Pylade, Thoas rex de more eum mactare volebat. Cæterum ignorabat, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse respondit, ut pro illo ne-

caretur. Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse asseverabat, quorum fidem sinceram ita Thoas probavit, ut Oresti ignoscere. Vide Ovid. Eleg. 2. lib. 3. de Pont. <sup>32</sup> Al. Argolico. <sup>33</sup> Al. Orestem. <sup>34</sup> Patroclo, Actoris filio, qui indutus arma Achillis, Hæctori restitit, à quo etiam laudatus est. Vid. Hom. I. 1. 17. <sup>35</sup> Inimici ore. <sup>36</sup> Defunctorum animas. <sup>37</sup> Al. Iph. <sup>38</sup> Piritoo. <sup>39</sup> Plutodem, cujus uxorem rapere volebant. <sup>40</sup> Qui fuit Rutulorum rex. <sup>41</sup> Veri est simile. <sup>42</sup> Solent quoque homines in miseros pii esse, quod etiam in hoste laudatur. <sup>43</sup> Hic est præsens rerum mearum status, ut cum non satis deplorare queam. <sup>44</sup> Exilio meo.

Pec-



Pectora <sup>43</sup> pro sensu facta serena tuo.

40

Hoc <sup>46</sup> eventurum jam tum, carissime, vidi,  
<sup>47</sup> Ferret adhuc istam cum minor aura ratem.

Sive aliquod morum, seu vitæ labe carentis

Est pretium; nemo pluris <sup>48</sup> habendus erit:

Sive <sup>49</sup> per ingenuas aliquis caput extulit artes; 45

<sup>50</sup> Quælibet <sup>51</sup> eloquio fit <sup>52</sup> bona causa tuo:

His ego commotus, dixi tibi protinus ipsi;

<sup>53</sup> Scena manet dotes grandis, amice, tuas.

<sup>54</sup> Hæc mihi non ovium <sup>55</sup> fibræ, <sup>56</sup> tonitrusve sinis-  
 tri,

<sup>57</sup> Linguæve <sup>58</sup> servatæ pennæ dixit avis. 50

<sup>59</sup> Augurium ratio est, & conjectura futuri:

<sup>60</sup> Hac divinavi, notitiamque <sup>61</sup> tuli.

<sup>62</sup> Quæ quoniam rara sunt, totâ mihi mente, tibi que  
 Gratulor, ingenium non latuisse tuum.

<sup>63</sup> At nostrum tenebris utinam latuisset in imis! 55

<sup>64</sup> Expedit <sup>65</sup> studio <sup>66</sup> lumen abesse meo.

Utque tibi prosunt <sup>67</sup> artes, facundæ, severæ:

<sup>68</sup> Dissimiles illis sic nocuere mihi.

Vita tamen tibi nota mea est: <sup>69</sup> scis, artibus illis

<sup>70</sup> Auctoris mores abstinuisse sui. 60

Scis, <sup>71</sup> vetus hoc juveni lusum mihi carmen, & istos,

45 Al. profectu. 46 Al. tibi venturum. 47 Cum neque ego, tam miser, neque tu tam clarus esses. 48 Ac tu. 49 Per artes ingenuis dignas. 50 Sive fuerit demonstrativa, sive deliberativa, sive judicialis. 51 Patrocinio. 52 Honestæ. 53 Dotes istæ aliquando magno theatro spectabuntur. 54 Non divinavi hæc, ceu haruspex ex animalium extis. 55 Fibræ sunt rerum extremitates. 56 Qui felices existimantur, quoniam ea, quæ nobis sinistra sunt, superius dextra demitti creduntur. 57 Captabantur auspicia, vel garritu vel volatu. 58 Observatæ, captato augurio, aut ex voce ejus, aut ex volatu. 59 Ratio eorum, quæ in te vidi, fuit augurium, & conjectura de te. 60 Scilicet, conjectura de te tuas prædixi virtutes. 61 Consecutus sum. 62 Al. quæ quoniam vera est, scilicet, conjectura de te. 63 Sed ob nostrum ingenium Poeticum mansisset obscurum. 64 Expedivisset. 65 Al. studiis meis. 66 Famam, & gloriam. 67 Philosophia, ingenuæ disciplinæ, & studia eloquentiæ, quæ graviora sunt arte Poetica. 68 Poësis, quæ non est tam severa. 69 Libris de Arte amandi. 70 Me non fuisse talem, qualia scripta mea. 71 Dudum a me conscriptum.

C

Ut



Ut non <sup>72</sup> laudandos, sic tamen esse <sup>73</sup> jocos.  
 Ergo ut defendi nullo mea posse <sup>74</sup> colore,  
 Sic <sup>75</sup> excusari <sup>76</sup> crimina posse, puto.  
<sup>77</sup> Qua potes, excusa, nec amici desere causam. 65  
<sup>78</sup> Quo benè cœpisti, sic pede semper eas.

<sup>72</sup> Severioribus. <sup>73</sup> Non crimina. <sup>74</sup> Prætextu. <sup>75</sup> Non necesse est me ita ob illa puniri. <sup>76</sup> Ob quæ relegatus sum. <sup>77</sup> In quantum. <sup>78</sup> Ut cœpisti, ita perge.

## ELEGIA IX.

## ARGUMENTUM.

*P*œta laudat nayem, quam in sinu Corinthiaco accepit: & cum altera navis diu eundem cursum tenuisset, quem navis Pœtæ, cumque postea ex Samothracia solverent, utriusque navigationem, & loca describit. Opstat deinde, ut navis ipsum incolumen Ionium perferat; quod si contigerit, Minervæ se agnam immolaturum pollicetur. Postremo Castorem, & Pollucem precatur, ut utrique navis adsint.

*Invocatio*  
**E**St mihi, sitque, precor, <sup>1</sup> flavæ <sup>2</sup> tutela Minervæ  
 Navis, & <sup>3</sup> à pictâ casside nomen <sup>4</sup> habet.  
 Sive opus est velis; <sup>5</sup> minimam benè currit ad auram:  
 Sive opus est remo; <sup>6</sup> remige carpit iter.  
 Nec <sup>7</sup> comites volucris contenta est vincere cursu:  
<sup>8</sup> Occupat egressas quamlibet ante rates.  
**E**t <sup>9</sup> patitur fluctus, fertque assilientia <sup>10</sup> longè  
 Æquora, nec sævis <sup>11</sup> icta fatiscit aquis.  
 Illa <sup>12</sup> Corinthiacis primum mihi cognita <sup>13</sup> Cenchris  
<sup>14</sup> Fida manet trepidæ duxque, comesque fugæ. 10  
 Perque tot <sup>15</sup> eventus, & <sup>16</sup> iniquis concita ventis

<sup>1</sup> Ita dictæ, vel à fluvis capillis, vel à glaucis oculis. <sup>2</sup> Solebant in navibus Dii, Deæve pingi, in quarum tutela naves esse volebant. <sup>3</sup> A pictâ in puppi Minervæ galea. <sup>4</sup> Navis. <sup>5</sup> Licet ventus sit exiguus, celeriter tamen currit. <sup>6</sup> Remigio est apta. <sup>7</sup> Naves contiguas. <sup>8</sup> Superat cursu longè ante egressas naves. <sup>9</sup> Al. patitur, hoc est, resistit fluctibus. <sup>10</sup> Longo tempore. <sup>11</sup> Al. picta modescit. <sup>12</sup> Cum essem apud Cenchreas, Corinthiaci sinus extremitatem, primo eam cognovi. <sup>13</sup> Al. terris, hoc est, oris. <sup>14</sup> Me fideliter vehit, & comitatur. <sup>15</sup> Casus. <sup>16</sup> Atrocibus tempestatibus.

Æquo-



Æquora, <sup>17</sup> Palladio numine tuta fugit.  
 Nunc quoque tuta, precor, vasti secet <sup>18</sup> ostia Ponti;  
 Quasque petit, <sup>19</sup> Getici litoris intret aquas.  
<sup>20</sup> Quæ <sup>21</sup> simul <sup>22</sup> Æoliæ <sup>23</sup> mare me deduxit in Hel-  
 les,  
<sup>24</sup> Et longum <sup>25</sup> tenui limite fecit iter;  
<sup>26</sup> Fleximus in lævum cursus: & ab <sup>27</sup> Hæctoris urbe  
 Venimus ad portus, <sup>28</sup> Imbria terra, tuos.  
 Inde <sup>29</sup> levi vento <sup>30</sup> Zerynthia litora nactis  
 Treïciam <sup>31</sup> tetigit <sup>32</sup> fessa carina Samon.  
<sup>33</sup> Saltus ab hac terrâ brevis est <sup>34</sup> Tempyra petenti;  
<sup>35</sup> Hac <sup>36</sup> dominum tenus est <sup>37</sup> illa secuta suum.  
<sup>38</sup> Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:  
<sup>39</sup> Hellespontiacas <sup>40</sup> illa reliquit aquas.  
<sup>41</sup> Dardaniamque <sup>42</sup> petit <sup>43</sup> auctoris nomen haben-  
 tem,  
<sup>44</sup> Et te ruricolâ, Lampsace, tuta Deo.  
<sup>45</sup> Quaque <sup>46</sup> per angustas <sup>47</sup> vectæ malè virginis un-  
 das

<sup>17</sup> Sub tutela Minervæ. <sup>18</sup> In-  
 gressus Ponti Euxini. <sup>19</sup> Pon-  
 tum Geticam terram diluentem.  
<sup>20</sup> Navis mea. <sup>21</sup> Simul ac. <sup>22</sup>  
 Ab Æolo avo, Athamantis patre.  
<sup>23</sup> In Hellespontum, dictum ab  
 Helle. Æoli nepte, Athamantis  
 Regis Nepheles filia, quæ in il-  
 lud mare delapsa est. <sup>24</sup> Cum  
 Hellesponti longitudinem supe-  
 ravimus. <sup>25</sup> Angusta via. <sup>26</sup> Ex  
 Hellesponto in Propontidis sinis-  
 tram partem navigationem fluxi-  
 mus. <sup>27</sup> Illo, vel Troja. <sup>28</sup>  
 Terram Imbriam eam dicit, quam  
 Plinius, Ptolemæus, & alii *Se-*  
*limbriam* appellant. <sup>29</sup> Leni.  
<sup>30</sup> Thraciæ à *Zerintho*, urbe  
 Thraciæ. <sup>31</sup> Samothraciam in-  
 sulam in mari Ægeico circa Thra-  
 ciam. <sup>32</sup> Cum nos fessi esse-  
 mus. <sup>33</sup> Tractat. <sup>34</sup> Al. *be-*  
*dera*, Thraciæ urbem. <sup>35</sup> Huc  
 usque. <sup>36</sup> Me. <sup>37</sup> Navis. <sup>38</sup>  
 Nam mihi placuit, pedibus pro-  
 ficisci per Thraciam. <sup>39</sup> Maris  
 partem circa fauces. <sup>40</sup> Navis.  
<sup>41</sup> Urbem in litere Hellesponti  
 sitam. <sup>42</sup> Petiit. <sup>43</sup> Dardani-  
 Jovis filii, eam condentis. <sup>44</sup>  
 Lampsacum etiam pervenit ab  
 urbe Dardania. Lampsacus au-  
 tem urbs egregia ad mare sita  
 portu gavisa est optimo. Per  
 Deum *ruricolam* intelligitur Pri-  
 apus, quoniam in hortis colitur:  
 fuit iste vir ex Lampsaco, urbe  
 Hellesponti, è qua propter obs-  
 cœnitatem pulsus est. <sup>45</sup> Hel-  
 lespontum. <sup>46</sup> Vastum enim  
 mare præiacens Asiæ. & ab Eu-  
 ropa porrecto Chersonesi litore  
 expulsum, angusto meatu irrum-  
 pit in terras, septem stadiorum  
 intervallo Eutropam discludens  
 Asiæ: hasque angustias Hellës-  
 pontum vocant. <sup>47</sup> Helles, quæ  
 hausta fluctibus periiit.



<sup>48</sup> Seston Abydenâ separat urbe fretum.  
 Hincque Propontiacis hærentem <sup>49</sup> Cyzicon oris;  
 Cyzicon <sup>50</sup> Hæmonix nobile gentis opus. 30  
<sup>51</sup> Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces.  
 Hic locus est <sup>52</sup> gemini janua vasta maris.  
<sup>53</sup> Hæc, precor, evincat, propulsaque <sup>54</sup> flantibus Aus-  
 tris,  
 Transeat <sup>55</sup> instabiles strenua Cyaneas:  
<sup>56</sup> Thyniacosque sinus, & ab his per <sup>57</sup> Apollinis ur-  
 bem 35  
 Alta sub <sup>58</sup> Anchiali mœnia <sup>59</sup> tendat iter.  
<sup>60</sup> Inde Mesembriacos portus, & <sup>61</sup> Odesson, & arces  
 Prætereat, <sup>62</sup> dictas nomine, Bacche, tuo:  
<sup>63</sup> Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos  
<sup>64</sup> Sedibus his profugum constituisse <sup>65</sup> Larem. 40  
 A quibus adveniat <sup>66</sup> Miletida <sup>67</sup> sospes ad urbem,  
 Offensi quo me compulit ira <sup>68</sup> Dei.  
 Hanc si contigerit, meritæ <sup>69</sup> cadet agna Minervæ.  
<sup>70</sup> Non facit ad nostras hostia major opes.  
 Vos quoque <sup>71</sup> Tyndaridæ, quos hæc colit <sup>72</sup> insula, fra-  
 tres, 45

<sup>48</sup> In Europa fuit urbs Sestos, in Asia Abydos, in utriusque vero medio Hellespontus. <sup>49</sup> Urbem ad Propontidem in Asia sitam. <sup>50</sup> Thessallæ, propter Cyzicum Thessallum. <sup>51</sup> A Cyzico se deinde venisse, dicit, ad Thracium Bosphorum, in cujus litore sinistro in Pont. Euxinum navigantibus erat Byzantium. <sup>52</sup> Propontidis, & maris Euxini, inter quæ maria sunt fauces, Thracius Bosphorus dictæ. <sup>53</sup> Precor, ut hæc mea navis, ventis propulsa, superet hæc loca, & Cyaneas insulas feliciter transeat. <sup>54</sup> Al. fortibus. <sup>55</sup> Fluctitantes, modo hic, modo illic apparentes. <sup>56</sup> Thynnia oppidum erat ad sinistram Ponti inter Apollonium, & Cyaneas. <sup>57</sup> Apollonium, Africæ urbem, in litore Gerico

sitam. <sup>58</sup> Anchialos erat castellum ab Apolloniatis conditum, in ora litoris Gerici. <sup>59</sup> Al. findat. <sup>60</sup> Ab Anchialo perveniat navis mea in portum Mesembriacum; Mesembria autem Megarensium fuit colonia. <sup>61</sup> Milesiorum coloniam. <sup>62</sup> Dionysiopolin. <sup>63</sup> Calatim urbem videtur designare Poëta, in litore Gerico sitam. <sup>64</sup> Hoc loco. <sup>65</sup> Al. Lares, hoc est, domicilia Lares continentia. <sup>66</sup> Tomon, locum exsilii Ovidiani. Ovidius nunc suam navem rursus conscendit. <sup>67</sup> Salvus. <sup>68</sup> Augusti. <sup>69</sup> Immolabitur. <sup>70</sup> Minervæ alias vacca immolabatur; sed Ovidius in exsilio pauperior tantum agnam promittit. <sup>71</sup> Castor, & Pollux, nepotes Tyndari, numina nautica. <sup>72</sup> Samothracia.

Mi-



73 Mite, precor, 74 duplici numen adeste viæ.  
 Altera namque parat 75 Symplegades ire per 76 arctas,  
 Scindere 77 Bistonias 78 altera puppis aquas.  
 Vos facite, ut ventos, loca cum diversa petamus,  
 79 Illa suos habeat, nec minus ista suos. 50

73 Clemens. 74 Mari, & ter- tonio ita vocatam. 78 Navis  
 ra. 75 Cyaneas insulas. 76 Mo- mea. 79 Ut utraque navis se-  
 dico intervallo dissitas. Al Al- cundum ventum habeat, quam-  
 tas. 77 Thraciam, à lacu Bis- vis non eundem cursum teneat.

## ELEGIA X.

## ARGUMENTUM.

*Excusat se Ovidius, si quid forte in ejus carmina incultum fuerit, minusque elegans, & omnem hujus rei culpam rejicit in tempestatem, & fluctus, quibus obstrepentibus hæc scripsisset.*

**L**ittera quæcunque est toto tibi lecta 2 libello,  
 Est 3 mihi 4 sollicitæ tempore 5 facta 6 viæ.  
 Aut 7 hanc me, gelidi 8 tremere cum mense Decem-  
 bris,  
 Scribentem mediis 9 Hadria vidit aquis:  
 Aut, postquam 10 bimarem cursu 11 superavimus Isth-  
 mon, 5  
 12 Alteraque est nostræ sumpta carina 13 fugæ.  
 Quod facerem versus inter 14 fera murmura ponti,  
 15 Cycladas Ægeas obstupuisse, puto.  
 Ipse ego nunc miror, tantis animique, marisque  
 16 Fluctibus ingenium non 17 cecidisse meum. 10

1 Carmen quodcumque. 2 Pri- ter mare Ægeum, & Ionium. 11  
 mo hoc libro Tristium. 3 A me. Trajecimus. 12. Nova navis. 13  
 4 Inquietæ. 5 Composita. 6 Qua mihi in exsilium proficiscenti.  
 Roma Tomon profectus sum 7 14 Magnas tempestates. 15 In-  
 Litteram. 8 Frigerem. 9 Vel sulas in mari Ægeo, dictas inde,  
 Adria, hoc est, mare Adriati- quod circa Dëllum in cyclon, hoc  
 cum, ita dictum ab Adria urbe, est, in orbem sitæ sunt. 16 In-  
 Illyrico mari proxima. 10 An- constantia. 17 Extinctum esse.



Seu <sup>18</sup> stupor huic <sup>19</sup> studio, sive huic insania nomen;

<sup>20</sup> Omnis ab hac curâ mens relevata mea est.

Sæpè ego <sup>21</sup> nimboris dubius jactabar ab Hædis;

Sæpè minax <sup>22</sup> Steropes sidere pontus erat.

<sup>23</sup> Fuscabatque diem <sup>24</sup> custos Erymanthidos Ursæ; <sup>15</sup>

<sup>25</sup> Aut Hyadas sævis auxerat Auster aquis:

Sæpè <sup>26</sup> maris pars intus erat; tamen ipse <sup>27</sup> trementi

Carmina <sup>28</sup> ducebam <sup>29</sup> qualiacunque manu.

Nunc quoque <sup>30</sup> contenti stridunt Aquilone rudentes;

<sup>31</sup> Inque modum tumuli concava surgit aqua. <sup>20</sup>

Ipse <sup>32</sup> gubernator, <sup>33</sup> tollens ad sidera palmas,

Exposcit votis <sup>34</sup> immemor artis opem.

Quocunque adspicio, nihil est, nisi mortis <sup>35</sup> imago:

<sup>36</sup> Quam dubiâ timeo mente, timensque precor.

<sup>37</sup> Attigero portum, <sup>38</sup> portu terrebor ab ipso. <sup>25</sup>

Plus habet <sup>39</sup> infestâ terra timoris aquâ.

Nam <sup>40</sup> simul insidiis hominum, pelagique laboro;

Et faciunt geminos ensis, & unda metus.

<sup>41</sup> Ille meo vereor ne speret <sup>42</sup> sanguine prædam:

<sup>43</sup> Hæc <sup>44</sup> titulum nostræ mortis habere velit. <sup>30</sup>

<sup>18</sup> Sensuum alienatio. <sup>19</sup> Poëtico. <sup>20</sup> Litteræ enim consolantur in calamitate. <sup>21</sup> Nimbium, & tempestatem inducentibus, quoniam illi in ortu, & occasu tempestatem, pluviamque faciunt. <sup>22</sup> Plejades intelligit: Erat autem Sterope una & septem Plejadibus, quæ facere filiæ Plejones, & Atlantis. Hæ alias vocantur Vergiliæ, quia in vere oriuntur. <sup>23</sup> Obscurabat cælo nubibus obducta. <sup>24</sup> Arctophylax, in cuius Zona est stella Arcturus, cuius ortus, & occasus maximas tempestates gignit. <sup>25</sup> Stellas in capite Tauri frequentes. Græcis Hyadas, à *pluendo* dictas. <sup>26</sup> Aqua in navi erat. <sup>27</sup> Præ ti-

more. <sup>28</sup> Scrihebam. <sup>29</sup> Mediocritia. <sup>30</sup> Funes navis extensi. <sup>31</sup> Et sursum feruntur undæ instar tumulorum, concavos hiatus facientes. <sup>32</sup> Navis. <sup>33</sup> Deos supplex orans. <sup>34</sup> Non recordans, opem ab arte petendam esse. <sup>35</sup> Præsentia. <sup>36</sup> Dubius, num vitam sperare, & precari, an mortem timere debeam. <sup>37</sup> Si pervenero in aliquem litoris Thracici portum. <sup>38</sup> Qui forte vadosus erit. <sup>39</sup> Quia est barbara, peregrinosque occidere solet. <sup>40</sup> Simul timeo insidias Thracici litoris, marisque procellas. <sup>41</sup> Ensis, hoc est; occisor. <sup>42</sup> Morte mea. <sup>43</sup> Unda. <sup>44</sup> Gloriam è nostra morte.

Bar-



45 Barbara pars læva est , 46 avidæ substrata rapinæ,  
47 Quam cruor , & cædes , bellaque semper habent.

Cumque sit hibernis agitatæ fluctibus 48 æquor,  
Pectora sunt ipso 49 turbidiora mari.

Quo magis his debes ignoscere , candide lector, 35  
50 Si spe sunt , ut sunt , inferiora tuâ.

Non hæc in nostris , ut quondam , scribimus hortis;  
Nec consuete meum lectule corpus habes.

Jactor in indomito 51 brumali luce 52 profundo;

Ipsaque cæruleis charta 53 feritur aquis. 40  
Improba 54 pugnat hyems , 55 indignaturque , quod ausim

Scribere , se 56 rigidas incutiente 57 minas.  
Vincat hyems hominem : 58 sed eodem tempore quæ-  
so

Ipse 59 modum statuam carminis , 60 illa sui.

45 Thracia ad lævam Ponti sita. 46 Al. *submissa* , & *substructa* , hoc est , debita. 47 Ubi semper homines occiduntur , & bella geruntur. 48 Pontus. 49 Inquietiora. 50 Si meliora carmina sperasti. 51 Hybernæ diebus. 52 Mari. 53 Conspergitur. 54 Adversatur. 55 Egrè ferre videtur. 56 Asperas procellas. 57 Hyems me à scribendi labore desistere cogit. 58 Sed hyemem precor , ut simul desistamus. 59 Finem faciendi versus. 60 Hyems statuam modum sui , hoc est , sævire desinat.





PUBLII OVIDII NASONIS  
**TRISTIU M**  
 LIBER SECUNDUS.  
**ELEGIA I.**

ARGUMENTUM.

*Poëta precatur Augustum, ut, si non reditum indulgere velit, mitius tamen, ac tutius exsilium concedat; dicitque, se tentare, si forte carmina, quæ illi antea nocuere, nunc possint salutem reddere, quem admodum Achillis hasta, quæ Telephum & vulneravit, & sanavit. Profuso igitur, & artificioso carmine conatur Cæsarem placare, ostendens, se multa de eo scripsisse, enumeratque Poëtas alios quamplurimos, nunquam ulla eade affectos, quamvis mordacia, aut turpia Poëmata ediderint.*

**Q**uid mihi vobiscum est, infelix cura, <sup>1</sup> libelli,  
<sup>2</sup> Ingenio perii qui miser ipse meo?  
 Cur <sup>3</sup> modo damnatas repeto <sup>4</sup> mea crimina Musas?  
 An semel est <sup>5</sup> poenam commeruisse parum?  
 Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent.  
 Omne <sup>6</sup> non fausto <sup>7</sup> foemina, virque, mea.  
 Carmina fecerunt, ut me, moresque <sup>8</sup> notaret  
<sup>9</sup> Jam demum visâ Cæsar ab Arte meos.  
<sup>10</sup> Deme mihi studium; vitæ quoque crimina demes.  
<sup>11</sup> Acceptum refero versibus, esse <sup>12</sup> nocens. 10

<sup>1</sup> O libelli, cur vos iterum tracto, cum sitis cura, quæ me infelicem reddidit. <sup>2</sup> Quia ob præcepta Artis amatoriae relegatus sum. <sup>3</sup> Paulo ante ab Augusto, & ideo quoque à me damnata carmina mea, à Musis perfecta. <sup>4</sup> Quæ mihi criminis loco fuerunt. <sup>5</sup> In exsilium esse missum. <sup>6</sup> Infelici. <sup>7</sup> In libris enim

de Arte amandi docui, & viros, & foeminas amare. <sup>8</sup> Cognosceret, & stigma inureret. <sup>9</sup> Al. Jam pridem invisa. <sup>10</sup> Adime mihi meorum scriptorum lasciviam, & nullum crimen morum in me erit. <sup>11</sup> Imputo versibus. <sup>12</sup> Me nocentem, culpæque obnoxium esse.

Hoc



Hoc <sup>13</sup> pretium curæ, <sup>14</sup> vigilatorumque laborum

Cepimus: ingenio poena reperta meo.

Si saperem, <sup>15</sup> doctas odissem jure sorores;

Numina <sup>16</sup> cultori pernicioſa ſuo.

At nunc (tanta meo comes eſt inſania <sup>17</sup> morbo) <sup>15</sup>

Saxa <sup>18</sup> malum refero rursus ad <sup>19</sup> iſta pedem.

ſcilicet & victus repetit <sup>20</sup> gladiator <sup>21</sup> arenam;

Et redit in <sup>22</sup> tumidas <sup>23</sup> naufraga puppis aquas.

Forsitan, ut quondam <sup>24</sup> Teuthrantia regna tenenti,

Sic mihi <sup>25</sup> res eadem vulnus, opemque feret: <sup>20</sup>

Musaque, quam <sup>26</sup> movit, motam quoque leniet iram:

Exorant magnos carmina sæpe Deos.

Ipſe quoque <sup>27</sup> Auſonias Cæſar, matreſque, nurus-  
que

Carmina <sup>28</sup> turrigeræ dicere juſſit <sup>29</sup> Opi.

Juſſerat & Phœbo <sup>30</sup> dici; quo tempore <sup>31</sup> ludos <sup>25</sup>

Fecit, quos ætas adſpicit una ſemel.

Hiſ, precor, <sup>32</sup> exemplis tua nunc, miſiſſime Cæſar,

Fiat <sup>33</sup> ab ingenio mollior ira meo,

<sup>34</sup> Illa quidem juſta eſt, nec me <sup>35</sup> meruiſſe, negabo.

<sup>36</sup> Non adeo noſtro fugit ab ore pudor. <sup>30</sup>

Sed, niſi peccaſſem, quid tu <sup>37</sup> concedere poſſeſ?

<sup>13</sup> Præmium, quod ſcilicet ingenium meum eſt punitum. <sup>14</sup> Verſuum vigilia, & labore factorum. <sup>15</sup> Muſas, quæ novem ſorores ſinguntur. <sup>16</sup> Mihi, qui eas colui. <sup>17</sup> Poëſi, quæ mihi tantum nocuit. <sup>18</sup> Læſum. Al. meum & memor, hoc eſt, ſciens repeto, quæ mihi nocuerunt. <sup>19</sup> Al. iſta, hoc eſt, iſtus, pede percuſſa. <sup>20</sup> Qui gladiis pugnat. <sup>21</sup> Locum pugnæ. <sup>22</sup> Procelloſas. <sup>23</sup> Navis naufragium paſſa. <sup>24</sup> Myſiæ regna, quæ res Teuthrantus tenuit; hic virili ſtirpe carens, Argiopem filiam Telepho deſpondit, eumque regi ſucceſſorem reliquit. <sup>25</sup> Eadem mea carmina, vel idem Auſtuſtus. <sup>26</sup> Iratum reddidit Au-

guſtum. <sup>27</sup> Latinas ſcæminas. <sup>28</sup> Coronam turritam gerenti. Ops enim eſt terra, cui civitates ſunt ſuppoſitæ, turribus inſignitæ. <sup>29</sup> Saturni coniugi, cui Deæ ſacrificari, & carmina cantari à matronis juſſit Auguſtus, ut illa redderet hominibus vite alimenta. Eodem menſe Saturnalia, & Opalia celebrari conſueverunt, quod Saturnus, ejusque uxor frugum, & fructuum inventores eſſe credantur. <sup>30</sup> Carmina. <sup>31</sup> Intelligit ludos ſeculares, qui poſt centum annos fiebant. <sup>32</sup> Quæ ipſe dediſti. <sup>33</sup> Erga me virum ingenioſum. <sup>34</sup> Ira. <sup>35</sup> Iram tuam. <sup>36</sup> Non adeo ſum impudens. <sup>37</sup> Condonare.

Ma-



<sup>38</sup> Materiam veniæ sor <sup>38</sup> tibi nostra dedit.  
 Si, quoties homines peccant, sua fulmina mittat  
 Jupiter; exiguo tempore <sup>39</sup> inermis erit.  
 Hic <sup>40</sup> ubi deconuit, strepituque exterruit orbem, 35  
<sup>41</sup> Purum discussis aëra reddit <sup>42</sup> aquis,  
 Jure igitur genitorque Deūm, <sup>43</sup> rectorque vocatur:  
 Jurā <sup>44</sup> capax mundus nil Jove <sup>45</sup> majus habet.  
 Tu quoque, cum patriæ rector dicare, Paterque;  
 Uttere <sup>46</sup> more Dei <sup>47</sup> nomen habentis idem. 40  
<sup>48</sup> Idque facis: nec te quisquam moderatius unquam  
 Imperii potuit <sup>49</sup> fræna tenere sui.  
 Tu veniam <sup>50</sup> parti superatæ sæpè dedisti,  
<sup>51</sup> Non concessurus quam tibi victor erat.  
<sup>52</sup> Divitiis etiam multos, & honoribus auctos 45  
 Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.  
<sup>53</sup> Quæque dies bellum, belli tibi sustulit iram:  
<sup>54</sup> Parsque simul templi <sup>55</sup> utraque <sup>56</sup> dona tulit.  
 Utque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem;  
<sup>57</sup> Sic, victum cur se gaudeat, hostis habet. 50  
<sup>58</sup> Causa mea est melior, qui nec <sup>59</sup> contraria dicor  
 Arma, nec hostiles esse secutus <sup>60</sup> opes.  
 Per mare, per terras, per <sup>61</sup> tertia numina juro,  
 Per te præsentem, conspicuumque Deum;

<sup>38</sup> Peccatum meum dedit tibi  
 occasionem exercendi clemen-  
 tiam. <sup>39</sup> Post emissâ omnia ful-  
 mina. <sup>40</sup> Cum tonare desiit.  
<sup>41</sup> Post pluviam serenitatem ter-  
 ris reddit. <sup>42</sup> Nubibus aquâ  
 constantibus. <sup>43</sup> Dum tristibus  
 læta miscet. <sup>44</sup> Amplius. <sup>45</sup>  
 Superius. <sup>46</sup> More Jovis post  
 tonitrua serenitatem reddentis;  
 & sic Poëta tacite reditum præ-  
 catur. <sup>47</sup> Patris. Al. *numen*, hoc  
 est, eandem tecum divinitatem.  
<sup>48</sup> Et tu moderate imperas. <sup>49</sup>  
 Moderamina. <sup>50</sup> Al. *Parto su-  
 perato*, hoc est, Partis victis,  
 Asiæ populis. <sup>51</sup> Quam veniam  
 tibi victus, si victor evasisset,  
 non dedisset. <sup>52</sup> Multos quo-  
 que vitæ tuæ insidiantes distasti,

& honorasti. <sup>53</sup> Eodem die,  
 quo conjuratio in te est detecta,  
 conjuratis veniam dedisti. <sup>54</sup>  
 Conjurati ob placatum Cæsarem  
 templis Deorum dona obtulerunt,  
 tu vero ob liberationem à mor-  
 tis periculo. <sup>55</sup> Victis æque,  
 ac victa. <sup>56</sup> Victima cum gra-  
 tiarum actione. <sup>57</sup> Sic hostis  
 tuus agnoscis, se juste esse vic-  
 tum, atque victoria tua miseri-  
 cordiam tuam esse expertus. <sup>58</sup>  
 Ego minus peccavi quam hostes,  
 & sic magis veniam mereor. <sup>59</sup>  
 Bella tibi adversa. <sup>60</sup> Impe-  
 rium. <sup>61</sup> Cælum, in quod Jovi  
 est imperium, quemadmodum  
 Neptuno in mare, & Plutoni in  
 terram.

Hunc



Hunc animum fuisse tibi, Vir maxime, meque,

55

<sup>62</sup> Quâ sola potui, mente <sup>63</sup> fuisse tuum.

Optavi <sup>64</sup> peteres cœlestia sidera tærde;

Parsque fuit turbæ <sup>65</sup> parva precantis idem.

Et pia thura <sup>66</sup> dedi <sup>67</sup> pro te: cumque omnibus unus

Ipse quoque adjuvi <sup>68</sup> publica vota meis.

60

Quid referam <sup>69</sup> libros, illos quoque, <sup>70</sup> crimina nostra,

Mille locis plenos nominis esse tui?

Inspice <sup>71</sup> majus opus, quod adhuc <sup>72</sup> sine fine reliqui,

In <sup>73</sup> non credendos corpora <sup>74</sup> versa modos;

Invenies vestri <sup>75</sup> præconia nominis illic:

65

Invenies <sup>76</sup> animi pignora multa mei.

Non tua carminibus <sup>77</sup> major fit gloria, nec <sup>78</sup> quo,

Ut major fiat, <sup>79</sup> crescere possit, habet.

Fama Jovis <sup>80</sup> superest: tamen <sup>81</sup> hunc sua facta referri,

Et se materiam carminis esse, <sup>82</sup> juvat:

70

Cumque <sup>83</sup> Gigantæi memorantur prælia belli;

Credibile est, lætum laudibus esse suis.

Te celebrant <sup>84</sup> alii <sup>85</sup> quanto decet ore, tuasque

Ingenio laudes <sup>86</sup> uberiore canunt.

Sed tamen, <sup>87</sup> ut fuso <sup>88</sup> taurorum sanguine centum, <sup>75</sup>

Sic <sup>89</sup> capitur minimo thuris honore Deus.

Ah ferus, & nobis <sup>90</sup> nimium crudeliter hostis,

<sup>91</sup> Delicias legit qui tibi cunque meas!

(Carmina ne nostris sic te venerantia libris

62 Cum corpore, & armis  
haud valuerim. 63 Tibi dedi-  
tum fuisse. 64 Sero morereris.  
65 Cum alii me majores essent.  
66 Obtuli. 67 Pro tua salute.  
68 Cum publica vota pro salute  
Principis fierent. 69 De Arte  
amandi. 70 Criminationes nos-  
tras; nam librorum de Arte a-  
mandi gratia me relegasti. 71  
Metamorphosin. 72 Imperfec-  
tum. 73 Incredibiles. 74 Trans-  
formata. 75 Laudes tuas; in  
Metamorphosi enim, & in pri-  
mis in calce, laudat Julium Cæ-  
sarem, & Augustum. 76 Judi-  
cia amoris erga te mei. 77 Cum

jam sit maxima. 78 Quomodo.  
79 Ultimam metam attingit. 80  
Ita celebrata, ut potius quid  
supersit, quam desit. 81 Jo-  
vem. 82 Delectat. 83 Belli con-  
tra Gigantes suscepti, de quo  
Metamorph. lib. I. fab. 5. 84 in  
primis Virgilius. 85 Quanto de-  
cet verborum pondere. 86 Ma-  
jore. 87 In sacrificiis effuso 88  
Hecatomben intelligit, quæ erat  
sacrificium centum boum. 89  
Delectatur. 90 Iusto crudelior.  
91 Qui tibi prælegit libros Amo-  
rum, vel præcepta mea amato-  
ria.

Ju-



Judicio possint <sup>92</sup> candidiore legi.) 80  
 Esse sed irato quis te mihi posset <sup>93</sup> amicus?  
 Vix tunc ipse mihi <sup>94</sup> non inimicus eram.  
<sup>95</sup> Cum cœpit <sup>96</sup> quassata domus subsidere, partes,  
 In proclinas <sup>97</sup> omne recumbit onus:  
<sup>98</sup> Cunctaque <sup>99</sup> Fortunâ rimam faciente dehiscunt; 85  
<sup>1</sup> Ipsa suo <sup>2</sup> quondam pondere tecta ruunt.  
 Ergo hominum quæsitum odium mihi carmine: <sup>3</sup> qua-

que  
 Debuit, est vultus turba secuta tuos.

At (memini) vitamque meam, moresque <sup>4</sup> probabas  
 Illo, quem dederas, prætereuntis equo. 90

<sup>5</sup> (Quod si non <sup>6</sup> prodest, <sup>7</sup> & honesti gratia nulla  
 Redditur, <sup>8</sup> at nullum crimen adeptus eram)

Nec male <sup>9</sup> commissa est nobis fortuna reorum,

Lisque <sup>10</sup> decem decies inspicienda viris.

<sup>11</sup> Res quoque privatas statui sine <sup>12</sup> crimine iudex: 95

<sup>13</sup> Deque mea fassa est pars quoque victa fide.

Me miserum! potui, si non <sup>14</sup> extrema nocerent,

<sup>15</sup> Judicio <sup>16</sup> tutus <sup>17</sup> non semel esse tuo.

<sup>18</sup> Ultima me perdunt: imoque sub æquore <sup>19</sup> mergit

<sup>20</sup> Incolumem toties <sup>21</sup> una procella ratem. 100

<sup>92</sup> A præjudicii purgato. <sup>93</sup> Quia cuncti tua facta laudant.  
<sup>94</sup> Amicus. <sup>95</sup> Hoc simili ostendit, quod, offenso Augusto, omnes offenderit. <sup>96</sup> Per hanc intelligit Ovidius se ipsum. <sup>97</sup> Tota moles domus, per quam intelligit commune odium carminis sui lascivia contractum.  
<sup>98</sup> Omnes partes domus aperiuntur. <sup>99</sup> Qua innuitur potentia Augusti. <sup>1</sup> Ipsæ domus partes.  
<sup>2</sup> Al. quedam. <sup>3</sup> Quod debuit turba, iram tuam probavit. <sup>4</sup> Eo quod me, tanquam censor, equo donares, seu equitem faceres, qui equo prætervehebatur à templo Martis ad ædem Castoris, de quo Dionysius, lib. 6. <sup>5</sup> Me equitem esse. <sup>6</sup> Ad demonstrandam integritatem meam. <sup>7</sup> Et honesta mea facta non compensantur. <sup>8</sup> Saltem placet, me à te nullo crimine notatum fuisse. <sup>9</sup> Judicio meo credita. <sup>10</sup> A centum viris, hoc est, nec centumviratus mihi male creditus est. <sup>11</sup> Causas leviores, siquidem Triumvir fuerat. <sup>12</sup> Criminatione alicujus. <sup>13</sup> Et victi meo iudicio meam in judicandum integritatem laudarunt. <sup>14</sup> Ultimum tuum de me iudicium, quo in exsilium missus sum. <sup>15</sup> Quoniam me virum bonum esse iudicasti. <sup>16</sup> Absolutus. <sup>17</sup> Sæpius. <sup>18</sup> Relegario. <sup>19</sup> Opprimat. <sup>20</sup> Me salvum. <sup>21</sup> Unica, & ultima illa ira tua.

Nec



- 22 Nec mihi pars nocuit de gurgite parva: sed omnes  
 Pressere hoc fluctus, Oceanusque caput.  
 23 Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?  
 Cur 24 imprudenti 25 cognita culpa mihi?  
 26 Inscius Actæon vidit sine veste Dianam;  
 Præda fuit canibus non minus ille suis.  
 Scilicet 27 in Superis etiam fortuna luenda est;  
 Nec veniam læso nomine casus habet.  
 Illâ namque die, quâ me malus abstulit error,  
 Parva quidem periit, sed sine 28 labe, domus 110  
 Sic quoque parva tamen, 29 patrio dicatur ut ævo  
 Clara; nec 30 ullius nobilitate minor:  
 Et neque divitiis, nec paupertate 31 notanda:  
 32 Unde fit in 33 neutrum conspiciendus eques.  
 Sit quoque nostra domus, vel 34 censu parva, vel 35 ortus;  
 36 Ingenio certè non latet illa meo. 116  
 37 Quo videar quamvis 38 nimium juveniliter usus;  
 39 Grande tamen toto nomen ab orbe fero.  
 40 Turbaque doctorum Nasonem novit, & audet  
 41 Non fastiditis annumerare viris. 120  
 Corruit hæc igitur Musis 42 accepta, 43 sub uno,  
 Sed non exiguo, crimine lapsa domus.  
 Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo læsi  
 44 Ematurerit Cæsaris ira, queat.  
 45 Cujus 46 in eventu pœnæ clementia tanta est, 125  
 Ut fuerit nostro 47 lenior illa metu.

22 Nec solum Augustus, sed  
 & alii ejus causa me oppresse-  
 runt. 23 Incestum Augusti cum  
 filia Julia, quæ etiam fuit rele-  
 gationis causa. 24 Mihi non in-  
 quirenti, quid Augustus faceret.  
 25 Res, cujus notitia mihi culpæ  
 ducitur. 26 Ut Actæon non stu-  
 dio Dianam videns punitus est;  
 sic & ego forte aliquid videns,  
 punior. 27 Dii etiam eos puni-  
 unt, qui casu contra eos pec-  
 cant. 28 Culpa. 29 Ut patris  
 mei temporibus celebris vocari  
 queat familia nostra. 30 Fami-  
 liæ. 31 Inclyta est. 32 Ex qua

familia. 33 Neutram partem.  
 Ostendit, se mediocres divitias  
 possedisse. 34 Fortunis. Eques-  
 tris census erat quadringenta ses-  
 tertia, hoc est, decem millia  
 Philippeorum. 35 Origine. 36  
 Quidquid eorum sit, est tamen  
 mihi ingenium Poeticum per or-  
 bem celebratum. 37 Ingenio.  
 38 Quia scriptis meis juvenili-  
 bus, & amatoriiis Augustum of-  
 fendi. 39 Magnum. 40 Cohors. 41  
 Acceptis. 42 Grata. 43 Sed magno,  
 quia Cæsarem offendi. 44 Lenita  
 fuerit. 45 Augusti. 46 Cum execa-  
 tionj mandata est. 47 Quam timui.

Vi-



Vita data est, <sup>48</sup> citraque necem tua constitit ira,

O Princeps, parce, viribus use tuis.

Insuper accedunt, te non adimente, paternæ

(Tanquam vita parum muneris esset) <sup>49</sup> opes.

130

Nec mea decreto damnasti facta Senatûs:

Nec mea <sup>50</sup> selecto iudice jussa fuga est.

<sup>51</sup> Tristibus invectus verbis (ita Principe dignum)

Ultus es <sup>52</sup> offensas, ut decet, ipse tuas.

Adde, quod edictum, quamvis immanè, minaxque, <sup>53</sup>

Attamen in pœnæ <sup>53</sup> nomine lene fuit.

Quippe relegatus; non exsul dicor in illos;

<sup>54</sup> Parcaque fortunæ sunt data verba meæ.

Nulla quidem sano gravior, <sup>55</sup> mentisque potenti

Pœna es, quam <sup>56</sup> tanto displicuisse viro.

140

Sed solet interdum fieri placabile numen:

<sup>57</sup> Nube solet pulsâ <sup>58</sup> candidus ire dies.

<sup>59</sup> Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,

Quæ fuerat sævi fulmine tacta Jovis.

Ipse licet sperare vetes, sperabimus æquè:

145

<sup>60</sup> Hoc unum fieri, te prohibente, potest.

Spes mihi magna subit, cum <sup>61</sup> te, mitissime Princeps;

Spes mihi, respicio, cum mea <sup>62</sup> fata, cadit.

Ac veluti ventis <sup>63</sup> agitantibus æquora <sup>64</sup> non est

Æqualis rabies, continuusque furor;

150

Sed modo <sup>65</sup> subsidunt; intermissique quiescunt,

Vimque putes illos deposuisse suam;

Sic abeunt, redeuntque mei, <sup>66</sup> variantque timorès:

<sup>67</sup> Et spem placandi, dantque, negantque tui.

48 Sine animadversione in vitam, & fortunas. 49 Patrimonium meum. 50 Cui secreto damnationem meam injunxisses. 51 Tristitiam denotantibus, quæ ea commiserant, quæ pœna erant digna. 52 Crimina te offendentia. 53 Titulo. 54 Et decretum tuum de infortunio meo paucis ibi expositum est. 55 Menti generosæ, & sanæ. 56 Augusto. 57 Ira depulsa, redit lenitas. 58 Serenus. 59 Primarius ulmorum

decor erant vites, iis ideò ad-dite, ne jacerent pronæ; & maximum portendebant infortunium, si quid fulmine esset tactum. 60 Sperando in tuam clementiam, te non lædi. 61 Scilicet, considero. 62 Quia pœnâ fuit dignus. Al. facta. 63 Commoventibus. 64 Eadem semper tempestatis. 65 Quiescunt. 66 Modo enim hoc, modo illud timeo. 67 Nunc spero, nunc despero.

Per



68 Per Superos igitur, qui dent tibi 69 longa, dabuntque  
Tempora, 70 Romanum si modo nomen amant;

Per patriam, quæ te 71 tuta, & secunda Parente est;

Cujus, ut in 72 populo, pars ego nuper eram;

Sic tibi, quem semper factis, animoque mereris,

73 Reddatur 74 gratæ debitus Urbis amor.

160

75 Livia sic tecum 76 sociales compleat annos,

Quæ, nisi te, nullo conjuge digna fuit.

77 Quæ si non esset, cælebs te vita deceret:

Nullaque, cui posses esse maritus, erat.

Sospice sic te sit 78 natus quoque sospes; & olim

165

79 Imperium regat hoc cum seniore senex:

80 Utque tui faciunt sidus juvenile nepotes,

Per tua, perque sui facta parentis eant.

Sic assueta tuis semper 81 Victoria castris

Nunc quoque se præstet, notaque signa petat:

170

82 Ausoniumque Ducem solitis circumvolet alis:

Ponat, & in nitidâ 83 laurea sarta comâ.

84 Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas;

85 Auspicium cui das grande, Deosque tuos.

86 Dimidioque tui præsens es, & aspicias Urbem:

175

Dimidio procul es, sævaque bella geris.

87 Hic tibi sic redat superato victor ab hostes;

Inque 88 coronatis fulgeat altus equis;

68 Scil. oro. 69 Longævam  
vitam. 70 Romanum Imperium.

71 Sub Augusto enim erat pax.

72 Romano. 73 Exhibeatur. 74

Romæ gratiæ. 75 Liviam Dru-

sillam putat, quam Augustus,

repudiata Scribonia, in matri-

monium duxit. Eam à matrimo-

nio Tiberii Neronis, & quidem

prægnantem abduxit, dilexitque,

& probavit unice, ac perseve-

rans. 76 Conjugales. 77 Nul-

la uxor te digna esset, ita ut in

cælibatu tibi fuisset vivendum.

78 Tiberius, quem Augustus in

filium adoptarat. 79 Ipse senex

te seniores sustentet in impe-

rio. 80 Ordo est: Et tui nepe-

tes, scil. Cæsar, qui in Lycia pe-

riit, & Lucius, qui Massiliæ:

aut potius Drusus, & Germani-

cus, sidus juvenile, id est, in-

sistant tuis, & patris Julii ves-

tigiis. 81 Victoria Dea semper

sit in castris tuis. 82 Tiberium,

vel Drusum designat. 83 Victo-

riam, cujus signum laurus trium-

phantibus dari solebat. 84 Scil.

in Germania. 85 Favorem Deo-

rum tuorum. 86 Partim ipse

præsens es, & gubernas rem

Romæ, partim per legatos tuos

procul bella geris. 87 Drusus.

88 Corona laurea ornatis, hoc

est, triumphet.

Par-



<sup>89</sup> Parce, precor: <sup>90</sup> fulmenque tuum fera tela <sup>91</sup> re-  
conde,

Heu nimium misero cognita tela mihi! 180

Parce, Pater patriæ: nec <sup>92</sup> nominis immemor hujus,

<sup>93</sup> Olim placandi spem mihi tolle tui.

Nec precor, ut redeam: quamvis majora petitis,

Credibile est, magnos sæpè dedisse Deos.

<sup>94</sup> Mitius exsilium si das, <sup>95</sup> propiusque roganti, 185

Pars erit è poenâ magna levata meâ.

<sup>96</sup> Ultima perpetior medios <sup>97</sup> projectus in hostes:

Nec quisquam <sup>98</sup> patriâ longius exsul abest.

Solus ad <sup>99</sup> egressus missus septemplex Istri,

<sup>1</sup> Parrhasiæ gelido virginis <sup>2</sup> axe premor. 190

<sup>3</sup> Jazyges, & <sup>4</sup> Colchi, <sup>5</sup> Metereaue turba, <sup>6</sup> Ge-  
tæque,

<sup>7</sup> Danubii mediis <sup>8</sup> vix prohibentur aquis.

Cumque alii <sup>9</sup> causa tibi sint graviore fugati,

<sup>10</sup> Ulterior nulli, quam mihi; terra data est:

Longius hac nihil est, <sup>11</sup> nisi tantum frigus, & hos-  
tis; 195

<sup>12</sup> Et maris adstricto quæ coit unda gelu.

<sup>89</sup> Remitte iram, & mitiga ex-  
silium. <sup>90</sup> Iram tuam. <sup>91</sup> De-  
sine iratus esse. <sup>92</sup> Ut mitis,  
tamquam pater, sis. <sup>93</sup> Aliquan-  
do. <sup>94</sup> Ne Tomi exsulem agere  
cogar. <sup>95</sup> Locum exsilii Romæ  
propiozem. <sup>96</sup> Maxima mala.  
<sup>97</sup> Missus. <sup>98</sup> Roma. <sup>99</sup> Ostia  
Istri fluvii, hoc est, Danubii,  
qui in mare Ponticum vastis sex  
fluminibus evolvitur, nam sep-  
timum paludibus absorbetur. <sup>1</sup>  
Callistus ex Arcadia, quæ in ur-  
sam mutata à Jove in Septen-  
trione locata fuit; sic dicta à  
Parrhasia, urbe Arcadiæ. <sup>2</sup> Po-  
lo Arctico. <sup>3</sup> Populi Scytharum,  
campos, & planitiem incolen-  
tes. <sup>4</sup> Populi ad dextrum latus  
Ponti, Caucasio monti adhaeren-

tes, olim ex Ægypto profecti,  
qui Medeam fugientem persecu-  
ti, cum illam apprehendere non  
potuissent, circa Tomos, & in-  
sulas Brigeidas consederunt. <sup>5</sup>  
Incolæ Meteræ urbis, supra Thy-  
ram fluvium sitæ. <sup>6</sup> Populi in  
Scythia Europæa, vergentes ad  
Pontum in Orientem. <sup>7</sup> Sepa-  
rantibus urbem Tomon à genti-  
bus ante nominatis. <sup>8</sup> Quin nos  
invadant. <sup>9</sup> Ob majus delictum  
à te relegati. <sup>10</sup> Ulterius in  
Septentrionem. <sup>11</sup> Quia urbes  
istæ in Septentrionali regione fue-  
runt inhabitabiles. <sup>12</sup> Et mare  
congelatum. Cimmerius Bospho-  
rus, Asiam ab Europa separans,  
ita glaciatur, ut mare illud pe-  
dibus plerumque sit pervium.

Hac-



- 13 Hæstenus 14 Euxini 15 pars est Romana sinistri:  
 16 Proxima 17 Basternæ 18 Sauromatæque tenent.  
 19 Hæc est Ausonio sub jure 20 novissima, vixque  
 Hæret in imperii margine terra tui. 200  
 Unde precor 21 supplex, ut nos 22 in tuta releges:  
 23 Ne sit cum patriâ pax quoque adempta mihi.  
 Ne timeam gentes, quas 24 non bene submovet Ister:  
 Neve 25 tuus possim civis ab hoste capi.  
 26 Fas prohibet 27 Latio quemquam de sanguine natum  
 28 Cæsaribus salvis 29 barbara vincla pati. 206  
 30 Perdidierint cum me duo crimina, 31 carmen, & 32  
 error;  
 33 Alterius facti culpa silenda mihi.  
 34 Nam tanti non sum, renovem ut 35 tua vulnere, Cæ-  
 sar;  
 Quem nimio plus est 36 indoluisse semel. 210  
 37 Altera pars superest, qua turpi crimine tactus  
 Arguor obsecræni doctor adulterii  
 Fas ergo est 38 aliquâ 39 cœlestia peccora falli:  
 Et sunt 40 noticiâ multa minora tuâ:  
 Utque Deos, cœlumque simul sublime 41 tuenti 215  
 42 Non vacat exiguis rebus adesse Jovi:  
 A te 43 pendentem sic dum circumspicis orbem,  
 44 Effugiunt curas inferiora tuas.

13 Usque ad Danubium, terminum Romani Imperii. 14 Pontici maris, est à sinistra navigantibus ad Bosphorum Cimmericum. 15 Dirionis Romanæ. 16 Loca Istro vicina. 17 Scythiæ populi, siti vel ad Istrum flumen, vel ad mare septentrionale. 18 Vel Sarmatæ, populi septentrionales, partim in Asia, partim in Europa, Tanai fluviò discreti. 19 Hæc terra, in quam exsul missus sum, est ultimus Romani Imperii terminus. 20 Ultima. 21 Humillime. 22 Ubi hostis non est timendus. 23 Ne, amissâ patriâ, & pacem perdam. 24 Non tuto arcet. 25 Româ-

nus civis. 26 Jus vetat Romanum civem vinciri. 27 Romano. 28 Imperio salvo. 29 Ex-  
 terorum. 30 Causa exsili mei fuerint. 31 Præcepta amatoria: 32 Imprudentia. 33 Erroris. 34 Restitutio mea tanti non est estimanda. 35 Tuos dolores. 36 Iis semel dolore affectum fuisse. 37 Restat, ut me de carmine amatorio purgem. 38 Aliqua ratione. 39 Qualia sunt tua, ô Auguste. 40 Non digna ut ea cognoscas. 41 Regenti. 42 Non est possibile. 43 Tibi parentem. 44 Non curas minora, qualia fuere mea carmina de Arte amatoria.

D

Sci-



45 Scilicet 46 imperii, Princeps, 47 statione relicta,  
 48 Imparibus legeres carmina facta modis? 220  
 Non 49 ea te moles Romani nominis urget,  
 Inque tuis humeris 50 tam leve fertur onus;  
 51 Lusibus ut possis advertere numen ineptis;  
 52 Excultasque oculis otia nostra tuis.  
 Nunc tibi 53 Pannonia est: nunc 54 Illyris ora domanda:  
 55 Rhætica nunc præbent, 56 Thraciaque arma metum:  
 Nunc petit 57 Armenius pacem: nunc 58 porrigit arcus  
 59 Partus eques, timida, 60 captaque signa manu.  
 Nunc te 61 prole tuâ 62 juvenem Germania sentit;  
 63 Bellaque pro magno Cæsare Cæsar obit. 230  
 Denique, ut in tanto, 64 quantum non exstitit unquam,  
 65 Corpore, 66 pars nulla est, quæ labet, imperii;  
 67 Urbs quoquæ te, 68 & legum lassat tutela tuarum,  
 69 Et morum, 70 similes quos cupis esse tuis.  
 71 Nec tibi contingunt, quæ gentibus otia præstas; 235  
 Bellaque cum multis irrequieta geris.  
 Mirer in hoc igitur 72 tantarum pondere rerum,

45 Ironice loquitur. 46 Si curam imperii, seu miles stationem, reliquisses. 47 Eo loco, qui vigilibus ad excubias agendas est assignatus. 48 Carmina Elegiaca, qualia erant libris de Arte amandi. 49 Ea rerum magnitudo, hoc est, imperium tibi non est oneri. 50 In se grave, tibi leve. 51 Poematibus, & nugis insistere. 52 Perlegas versus in otio factos. 53 Regio ad Istrum, ab Augusto domita, hodie *Sclavonia*. 54 Illyri populi sunt sub Alpibus. 55 Rhæti ad Italiam inique pertinent, quæ est supra Veronam, & Comum. 56 Thracæ sunt Septentrionales populi Germaniæ, ad Pontum Euxinum habitantes, qui cum cæteris desciverant. 57 Armeni sunt populi in Asia. 58 Arma tibi supplex offert. 59 Parthi erant Asiæ populi. 60 Ex metu remittit signa militaria, M. Crasso,

& Antonio adempta. 61 Druso privigno tuo, legato in Germaniam misso. 62 Augustus erat senex, sed Drusus juvenis, & Augustum quam juvenem reddebant. 63 Drusus è familia Cæsaris pro Cæsare Augusto bella gerit. 64 Quia Imperium Romanum nunquam fuit majus, quam felicissimo Augusti tempore. 65 Imperio. 66 Nulla provincia male regatur. 67 Roma, de qua ipse Augustus gloriabatur: maream se relinquere, quam lateritiam accepisset. 68 Et novæ leges fatigant te, circa quas Augustus occupatus fuit. 69 Augustus impetratis à Senatu decem adiutoribus unumquemque equitum rationem vitæ reddere coegit. 70 Mores subditorum tuorum tuis vis esse similes. 71 Non potes esse otiosus. 72 In tanto Imperio.

Nun-



Numquam te nostros evoluisset <sup>73</sup> jocos!  
 At si (quod mallet) <sup>74</sup> vacuus fortasse fuisses,  
 Nullum legisses crimen in <sup>75</sup> Arte meâ. 240  
 Illa, quidem fateor, <sup>76</sup> frontis non esse severæ  
 Scripta, nec à tanto <sup>77</sup> Principe digna <sup>78</sup> legi.  
 Non tamen idcirco <sup>79</sup> legum contraria jussis  
 Sunt ea; <sup>80</sup> Romanas erudiuntque nurus.  
 Neve <sup>81</sup> quibus scribam possis dubitare; libellus 245  
 Quatuor hos versus <sup>82</sup> è tribus unus habet:  
 Este procul, <sup>83</sup> vittæ tenues, <sup>84</sup> insigne pudoris;  
 Quæque tegis medios <sup>85</sup> instita longa pedes:  
 Nil, nisi <sup>86</sup> legitimum, <sup>87</sup> concessaque furta, cane-  
 mus;  
 Inque meo nullum carmine <sup>88</sup> crimen erit. 250  
 Ecquid ab hac omnes <sup>89</sup> rigidè submovimus <sup>90</sup> Arte,  
 Quas <sup>91</sup> stolla <sup>92</sup> contigi, vittaque sumpta vetat?  
 At matrona potest <sup>93</sup> alienis artibus uti;  
 Quoque <sup>94</sup> trahat, quamvis non <sup>95</sup> doceatur, habet.  
 Nil igitur matrona legat; quia carmine ab omni 255  
<sup>96</sup> Ad delinquendum doctior esse potest.  
 Quodcumque attigerit, si qua est <sup>97</sup> studiosa sinistri,  
<sup>98</sup> Ad vitium mores instruet inde suos.  
<sup>99</sup> Sumpserit Annales; (nihil est <sup>1</sup> hirsutius illis)  
<sup>2</sup> Facta sit unde parens Ilia nempe leget. 260  
<sup>3</sup> Sumpserit, <sup>4</sup> Æneadum genitrix ibi prima; requiret,

73 Jocosa scripta. 74 Otiosus. 75 Arte amandi. 76 Non competere severo homini. 77 Imperatore. 78 Lectu. 79 Legibus vestita. 80 Docent amare castas mulieres. 81 Pro quibus. 82 Primus è tribus illis libris de Arte amandi. 83 Vitta est ornamentum capitis muliebre. Per vittas autem designat virgines, & innuptas. 84 Signum. 85 Limbus imus: vestis matronarum sumpta pro nupta, vel matrona. 86 Per leges licitum. 87 Lege permissos concubitus. 88 Docens illicita. 89 Al. rigidas, hoc est, honestas matronas. 90 Amândi. 91 Vestis honestarum feminarum ad infimos usque pedes demissa. 92 Violari. 93 Non à me consignatis. 94 Sequatur. 95 Amare. 96 Ad peccandum. 97 Proclivis ad deteriora. 98 Peccandi occasionem inde capiet. 99 Si sumpserit libros gesta populi Romani continentes. 1 Severius. 2 Quomodo Ilia, seu Rhea Sylvia, gravida à Marte, geminos peperit. 3 Si sumpserit. Al. Sumpserit Ænead-m, id est, Virgilius opus, Æneida. 4 Romanorum mater.



Æneadum genitrix <sup>5</sup> unde sit alma Venus.  
 Persequar inferius, (modo si licet ordine ferri)  
 Posse nocere animis carminis omne genus.  
 (Non tamen <sup>6</sup> idcirco <sup>7</sup> crimen liber omnis habebit; <sup>265</sup>  
 Nil prodest, quod non lædere possit idem.)  
 Igne quid utilius? si quis tamen <sup>8</sup> urere <sup>9</sup> tecta  
<sup>10</sup> Comparat, <sup>11</sup> audaces instruit igne manus.  
 Eripit interdum, modo dat medicinā salutem:  
 Quæque juvans monstrat, quæque sit herba nocens. <sup>270</sup>  
 Et latro, & cautus præcingitur ense viator:  
<sup>12</sup> Ille sed insidias, <sup>13</sup> hic sibi portat opem.  
 Dicitur <sup>14</sup> innocuas ut agat <sup>15</sup> facundia causas:  
<sup>16</sup> Protegit hæc sones, immeritosque premit.  
 Sic igitur carmen, <sup>17</sup> rectā si mente legatur, <sup>275</sup>  
 Constat nulli posse nocere meum.  
 At quiddam vitii quicumque <sup>18</sup> hinc concipit, errat:  
 Et nimium scriptis <sup>19</sup> abrogat ille meis.  
 Ut tamen hoc <sup>20</sup> fatear: <sup>21</sup> ludi quoque <sup>22</sup> semina præ-  
 bent

Nequitia: <sup>23</sup> tolli tota theatra jube. <sup>280</sup>

<sup>24</sup> Peccandi causam quā multis sæpe dederunt

<sup>25</sup> Martia, cum durum sternit arena solum!

<sup>26</sup> Tollatur <sup>27</sup> Circus; <sup>28</sup> non tuta licentia Circi:

Hic sedet ignoto juncta puella viro.

<sup>5</sup> Unde ducat originem, scil. è mari sanguinolento, ab abs-  
 cisso membro virili Saturni; vel  
 ex quo suscepit Æneam, scil.  
 respiciens, quod & Æneas ex  
 adulterio veneris, & Anchisæ  
 natus sit. <sup>6</sup> Quia in scriptis ali-  
 quid est quod nocere queat ani-  
 mis. <sup>7</sup> Criminari poterit. <sup>8</sup> In-  
 cendere. <sup>9</sup> Domos, <sup>10</sup> Al. Ca-  
 peryit. <sup>11</sup> Scelestas. <sup>12</sup> Latro.  
<sup>13</sup> Viator. <sup>14</sup> Ut bonas, & jus-  
 tas causas tractet, ac defendat.  
<sup>15</sup> Rhetorica. <sup>16</sup> Defendit ta-  
 men quandoque noxios, & ac-  
 cusat innoxios. <sup>17</sup> Sincera. <sup>18</sup>  
 Et carmine meo. <sup>19</sup> Detrahit  
<sup>20</sup> Addam. <sup>21</sup> In honorem Deo-  
 rum fieri soliti. <sup>22</sup> Principia, &

occasiones lasciviae. <sup>23</sup> Ergone  
 tollenda omnia theatra? <sup>24</sup> Lu-  
 di quoque gladiatorii causam pec-  
 candi suppeditarunt. <sup>25</sup> Cum  
 arena, ubi gladiatores pugnam  
 suscipiebant, cujus Deus Mars  
 est, durum solum sternit: siqui-  
 dem gladiatorii ludi in foro are-  
 na constrato fieri solebant. Intel-  
 ligi etiam potest Campus Mar-  
 tius, qui sæpius amoris fuit cau-  
 sa. <sup>26</sup> Ergo. <sup>27</sup> Locus muris  
 cinctus, in quo exercebantur  
 equi, & pugiles, in ejus autem  
 circuitu edificabantur spectacu-  
 la, è quibus parres, atque equi-  
 tes prospectare solebant. <sup>28</sup> Quia  
 & in Circo peccandi reperitur  
 materia.

Cum



- 29 Cum quædam spatientur in hac, ut amator eadem 285  
 Conveniat, quare porticus ulla patet?  
 Quis locus est templis 30 augustior? hæc quoque 31 vitet,  
 32 In culpam si qua est ingeniosa suam.  
 33 Cum steterit Jovis æde; Jovis 34 succurret in æde,  
 Quam multas 35 matres fecerit ille Deus. 290  
 36 Proxima adoranti Junonia templa 37 subibit,  
 38 Pellicibus multis hanc doluisse Deam.  
 39 Pallade conspectâ, 40 natum de crimine virgo  
 41 Sustulerit quare quæret Erichthonium.  
 42 Venerit in magni templum tua 43 munera Martis; 295  
 Stat 44 Venus ultori juncta viro ante 45 fores.  
 46 Isidis æde sedens cur 47 hanc 48 Saturnia quæret  
 Egerit 49 Iönio, Bosphorioque mari.  
 50 In Venere Anchises, in Lunâ 51 Latmius heros,

29 Quoniam puellæ ideò in porticu deambulant, ut amator accedat: cur porticus ædificantur, & cuius intrare est licitum?  
 30 Splendidior, atque sanctior.  
 31 Quia peccandi occasionem præbere possunt. 32 Peccare ibi cum amatoribus. 33 Cum venerit in Jovis Capitolini templum. 34 In mentem venier. 35 Gravidas. 36 Cum femina lasciva intrabit templa Junonis, juncta templo Jovis in monte Capitolino. 37 Incidet. 38 Junonem indoluisse multis meretricibus (nam *pellex* est meretrix, cum alterius femine marito rem habens) quas Jupiter amavit. 39 Visa Palladis effigie. 40 Natum de lite Erichthonio nomen injunctum; *ἄνδρ' ἔρ' ἰπιδος καὶ χθονὸς*, hoc est, ex lite, & humo Cum enim Jupiter, renuente Minerva, Vulcano matrimonium illius spondidisset, Vulcanus vi virginem est aggressus, interque luctandum semen in terram effudit, unde puer ille natus. Vide Ovid. Metam. libr. 2. fab. 8. 41 Educandum dedit fi-

liabus Cecropis. 42 Martis ultoris (ab ulciscendo ita dicti) designat templum, quod Augustus bello Philippensi pro ultione paterna suscepta voverat, in quo voluit de bellis, triumphisque senatum consuli, sanxitque, ut provincias cum imperio perituri ex eo deducerentur, quique victores rediissent, eo insignia triumphorum inferrent. 43 Al. *Numina*, hoc est, quem tu in primis colis. 44 Juncti enim erant in adulterio; hoc est, incidet adulterium Martis cum Venere. 45 Templi scilicet Veneris genitricis, juncti Martis templo. 46 In templo Dææ Egyptiæ, proximo ei campo, qui junctus erat campo Martio. Isis, Io prius dicta, erat Inachi fluminis filia. 47 Isidem. 48 Juno Saturni filia. 49 Per mare Jonium, & Bosphorum Thracium, quia ea cum Jove concubuerat. 50 Succurret, Anchisen & Venere sustulisse. *Hæneam*. Al. *in Venere*, in Lunam, in *Cererem*. 51 Endymion à Larnio monte Cariae cognominatus, cum quo Luna rem habuisse fertur.



In Cerere <sup>52</sup> Isâsion, qui referatur, erit; 300  
<sup>53</sup> Omnia <sup>54</sup> perversas possunt corrumpere mentes.  
 Stant tamen illa suis omnia tuta locis.  
 At procul <sup>55</sup> ab scriptâ solis meretricibus Arte  
<sup>56</sup> Submoveret <sup>57</sup> ingenuas pagina prima nurus.  
 Quæcunque <sup>58</sup> irrumpit, <sup>59</sup> quo non sinit ire sacerdos,  
 Protinus <sup>60</sup> hoc <sup>61</sup> vetiti criminis acta rea est. 306  
 Nec tamen est facinus <sup>62</sup> molles <sup>63</sup> evolvere versus;  
 Multa licet castæ <sup>64</sup> non facienda legant.  
 Sæpè <sup>65</sup> supercilii <sup>66</sup> nudas matrona severi  
 Et <sup>67</sup> Veneris stantes ad genus omne videt. 310  
<sup>68</sup> Corpora Vestales oculi meretricia cernunt;  
 Nec <sup>69</sup> domino poenæ res ea causa fuit.  
 At cur in <sup>70</sup> nostrâ nimia est lascivia Musa?  
 Curve meus cuiquam suadet amare liber?  
 Nil nisi peccatum, manifesta que culpa fatendum est: 315  
 Poenitet ingenii, <sup>71</sup> iudicii que mei.  
<sup>72</sup> Cur non <sup>73</sup> Argolicis potius quæ concidit armis  
<sup>74</sup> Vexata est iterum carmine Troja meo?  
 Cur tacui <sup>75</sup> Thebas, & <sup>76</sup> mutua vulnera fratrum?  
<sup>77</sup> Et septem portas <sup>78</sup> sub duce quamque suo? 320

<sup>52</sup> Filius Jovis, & Electra, cum quo Ceres concubuit, & ex eo Plutonem suscepit. <sup>53</sup> Illa. <sup>54</sup> Pravas. <sup>55</sup> Ab Arte amandi, quam non virginibus, & matronis, sed solis meretricibus scripsimus. <sup>56</sup> Arce. <sup>57</sup> Honestas, pudicas. <sup>58</sup> Vi ingreditur. <sup>59</sup> Scilicet in adyta. <sup>60</sup> Hanc ob causam. <sup>61</sup> Illiciti criminis rea agi potest. <sup>62</sup> Lascivos. <sup>63</sup> Legere. <sup>64</sup> Non imitanda. <sup>65</sup> Gravitate severæ. <sup>66</sup> Meretrices, nudæ Floralia, hoc est, Floræ diem natalem, magnâ licentiâ Romæ celebrantes. <sup>67</sup> In omnem formam Veneris stantes. <sup>68</sup> Virgines Vestales, Vestæ sacra curantes, quas castissimas esse decet, impune vident meretrices. <sup>69</sup> Leno, qui nudas illas à conspectu

Vestaliū submovere debuisset; vel Pontifici Maximo, qui in Vestales animadvertēbat, si incastē vixissent. <sup>70</sup> Nostris carminibus. <sup>71</sup> Quod iudicavit, ejusmodi opus scribendum. <sup>72</sup> Quare non scripsi de bellis Trojanis? <sup>73</sup> Græcis, à civitate primaria Argo ita dictis. <sup>74</sup> Describendo iterum ejus casum, & ruinam, quasi veram cladem. <sup>75</sup> Bella urbis Thebarum, in Bæotia sitæ. <sup>76</sup> Mortem fratrum Eteoclis, & Polynicis, qui mutuo ictu cecidere. <sup>77</sup> Thebæ ab auctoribus vocantur Heptaphylæ, quia septem portis amoliebantur. <sup>78</sup> Nam septem Reges conspirant contra Eteoclem pro Polynice, & in oppugnatione Thebarum unusquisque horum ducum portam aggrediebatur.

Nec



- 79 Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat:  
 Et <sup>80</sup> pius est <sup>81</sup> patriæ facta referre labor.  
 Denique, cum meritis impleveris omnia, Cæsar,  
 Pars mihi de <sup>82</sup> multis una canenda fuit.  
 Utque <sup>83</sup> trahunt oculos radantia lumina Solis, 325  
 Traxissent animum sic tua facta meum.  
 84 Arguor immerito: <sup>85</sup> tenuis mihi campus aratur:  
 86 Illud erat magnæ fertilitatis opus.  
 87 Non ideo debet pelago se credere, si qua  
 Audet in exiguo ludere cymba lacu 330  
 Forsitan & hoc dubitem, <sup>88</sup> numeris levioribus aptus  
 Sim satis; in <sup>89</sup> parvos sufficiamque modos.  
 At si me jubeas <sup>90</sup> domitos Jovis igne Gigantes  
 Dicere, conantem debilitabit <sup>91</sup> onus.  
 92 Divitis ingenii est <sup>93</sup> immania Cæsaris acta 335  
 Condere, <sup>94</sup>, materiâ ne superetur opus.  
 Et tamen <sup>95</sup> ausus eram; sed <sup>96</sup> detrectare videbar,  
 97 Quodque nefas, damno viribus esse tuis.  
 Ad leve rursus opus, <sup>98</sup> juvenilia carmina, veni;  
 Et <sup>99</sup> falso movi pectus amore meum. 340  
 Non equidem <sup>1</sup> vellem; sed me <sup>2</sup> mea fata trahebant,  
 Inque meas <sup>3</sup> pœnas ingeniosus eram.  
 Hei mihi, quod <sup>4</sup> didici, quod me docuere parentes,  
 5 Litteraque est oculos ulla morata meos!  
 Hæc tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes, 345

79 Potuissem etiam bella Romana describere. 80 Debitus, 81 Sulmonis. 82 Multorum tuorum factorum. 83 Ad se. 84 Quod bellum Thebanum, & reliqua, aut Augusti res gestas non descripserim. 85 Levis materia à me tractatur. 86 Vel bellum Thebanum, vel Trojanum, vel mors Eteoclis, & Polynicis, vel Augusti gesta, erant fertilis ingenii, & magni laboris. 87 Non audere debet magna, qui parva perferre valet. 88 Rebus magis tenuibus. 89 Versus de levi argumento agentes. 90 Bellum

Giganteum. 91 Opus difficile. 92 Diserti. 93 Maxima Cæsaris facta describere. 94 Ne materia sit major opere, & carmine. 95 Tentassem tua gesta describere. 96 Recusare ob ingenii imbecillitatem. 97 Tenuiter enim scribendo magna tua facta nefas est. 98 Ad amatoria tractanda rediit. 99 Simulando, me esse amore captum. 1 Hoc factum esse. 2 Diis ita visum est, ut postea ideo relegarer. 3 Ut ob scripta mea punirer. 4 Versus componere. 5 Cur ullum tempus impendi studiis?



Quas ratus es <sup>6</sup> vetitos <sup>7</sup> sollicitasse toros.  
 Sed neque me nuptæ didicerunt <sup>8</sup> furta <sup>9</sup> magistro:  
<sup>10</sup> Quodque parum novit, nemo docere potest.  
 Sic ego <sup>11</sup> delicias, & mollia carmina feci,  
<sup>12</sup> Strixerit ut nomen fabula nulla meum. 350  
 Nec quisquam est adeò <sup>13</sup> mediâ de plebe maritus,  
 Ut <sup>14</sup> dubius <sup>15</sup> vitio sit pater ille meo.  
 Crede mihi; mores <sup>16</sup> distant à carmine nostro.  
 Vita verecunda est, <sup>17</sup> Musa jocosa mihi.  
 Magnaque pars operum <sup>18</sup> mendax, & ficta meorum 355  
<sup>12</sup> Plus sibi permisit <sup>20</sup> compositore suo.  
<sup>21</sup> Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas,  
 Plurima <sup>22</sup> mulcendis auribus apta ferens.  
 Accius esset <sup>23</sup> atrox, <sup>24</sup> conviva Terentius esset;  
 Essent <sup>25</sup> pugnaces, qui fera bella <sup>26</sup> canunt. 360  
 Denique composui <sup>27</sup> teneros non solus amores:  
 Composito pœnas solus amore dedi.  
 Quid nisi <sup>28</sup> cum multo Venerem confundere vino  
 Præcepit <sup>29</sup> Lyrici <sup>30</sup> Teia Musa senis?  
<sup>31</sup> Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas? 365  
<sup>32</sup> Tuta tamen Sappho, tutus & <sup>33</sup> ille fuit.  
 Nec tibi, <sup>34</sup> Battiade, nocuit, quòd sapè legenti  
<sup>35</sup> Delicias versu fassus es ipse tuas.

6 Castas matronas. 7 Allice-  
 re. 8 Adulteria furtim commit-  
 ti solita. 9 Ipsarum. 10 Adul-  
 teria docere non potui, quia ea  
 ignoro. 11 Amatorias, vel jo-  
 cos. 12 Læserit meam famam.  
 13 De vulgo. 14 Ut ob adulte-  
 rium cum ejus uxore commis-  
 sum dubitaretur, num ille esset  
 filii sui pater. 15 Præceptis  
 meis. 16 Differunt, quia non  
 vixi, ut scripsi. 17 Versus. 18  
 Narrans amores fictos. 19 Plus  
 lascivia sibi indulxit. 20 Me  
 Ovidio, qui ea composui. 21  
 Liber non est mentis index. 22  
 Ut delectet legentium aures. 23  
 Crudelis, quia scripsit Tragæ-  
 dias. 24 Quia de conviviis agit.  
 25 Bellicosus. 26 Describunt.

27 Versus de Amore agentes. 28  
 Amori operam dare, multo prius  
 exhausto vino. 29 Anacreontis  
 Poëtæ Lyrici. 30 Anacreontis  
 carmen, qui Teon, Joniæ oppi-  
 dum, habuit patriam. 31 Sappho  
 poeta ex insula Lesbo, compo-  
 suit libros lyricos, epigramma-  
 ta, jambos, & elegias, invenit  
 carmen Saphicum ab ipsa deno-  
 minatum, ejusque poemata erant  
 lasciva. 32 Non sunt puniti ob  
 carminis lasciviam. 33 Ana-  
 creon. 34 Battiades Callimachus  
 appellatur à Batto generis sui  
 auctore. Ille composuit omnis  
 generis poemata, & Lyden puellam  
 amavit, de qua etiam Elegias  
 scripsit. 35 Amores tuos.

Fa-



36 Fabula jucundi nulla est sine amore 37 Menandri:  
 Et solet 38 hic 39 pueris, virginibusque legi 370  
 40 Ilias ipsa quid est, nisi turpis 41 adultera, de qua  
 Inter 42 amatorem, pugna 43 virumque fuit?  
 44 Quid prius est illi flammâ Chryseïdos? utque  
 Fecerit iratos 45 rapta puella duces?  
 Aut quid 46 Odysseâ est, nisi 47 femina, propter amo-  
 rem, 375

Dum 48 vir abest, multis una petita 49 procis?  
 Quid nisi 50 Mæonides 51 Venerem, Martemque liga-  
 tos

Narrat in 52 obscæno corpora prensa toro?  
 Unde nisi indicio magni sciremus Homeri,  
 53 Hospitis igne duas incaluisse Deas? 380  
 Omne genus scripti 54 gravitate Tragœdia vincit:  
 55 Hæc quoque materiam semper amoris habet.  
 Nam quid in 56 Hippolito, nisi 57 cæcæ flamma 58 no-  
 vercæ?

59 Nobilis est 60 Canacæ 61 fratris amore sui.  
 Quid non 62 Tantalides 63 agitante cupidine currus 385

36 Comœdia. 37 Græci Comici. 38 Menander. 39 Ab innuptis legi. 40 Opus Homeri de Iliô, sive bello Troiano. 41 Helena à Paride rapta. 42 Paridem. 43 Menelaum. 44 Quid in principio statim Iliados describitur, nisi Agamemnonis amor in Chryseïda? 45 Briseis Achilli ab Agamemnone erepta, unde ortæ sunt inter eos inimicitiae. 46 Alterum Homeri carmen, Ulyssis è Troiano bello in patriam reditum, molestiasque itineris describens. 47 Penelope Ulyssis uxor. 48 Nam Ulysses errabat post Trojæ excidium. 49 Al. *viris*. 50 Homerus. 51 Veneris, & Martis adulterium, quos Vulcanus maxime tenuibus retibus deprehendit, omniumque

Deorum oculis videndos subiecit. 52 Læcto, ubi obscænum adulterium commissum est. 53 Circem, & Calypso captas fuisse amore Ulyssis. 54 In Tragædiis enim tractantur res graves. 55 Semper quoque continet amores. 56 De quo Seneca Tragœdiam scripsit. 57 Amores. Al. *sava*. 58 Phædræ, quæ fuit causa mortis Hippolyti, cum ille recusasset turpia potenti assentiri. 59 Clara. 60 Quæ ex fratre Macareo filium peperit; & eo scelere comperto se ipsam jussu patris interfecit; Macareus autem in templum Apollinis Delphi confugit. 61 Macarei, 62 Pelops, Tantalii filius. 63 Impellente amore currus.



- <sup>64</sup> Pisæam <sup>65</sup> Phrygiis vexit <sup>66</sup> eburnus equis?  
<sup>67</sup> Tingeret ut <sup>68</sup> ferrum natorum sanguine <sup>69</sup> mater,  
 Concitus <sup>70</sup> à læso fecit amore dolor.  
 Fecit amor subitas <sup>71</sup> volucres cum <sup>72</sup> pellice <sup>73</sup> re-  
 gem,  
<sup>74</sup> Quæque suum leget nunc quoque mater Ityn. 390  
 Si non <sup>75</sup> Aërophen <sup>76</sup> frater sceleratus amasset;  
<sup>77</sup> Aversos Solis non legeremus equos.  
 Impia nec <sup>78</sup> tragicos tetigisset <sup>79</sup> Scylla <sup>80</sup> cothurnos,  
<sup>81</sup> Ni patrium crinem descuisset amor.  
 Qui legis <sup>82</sup> Electran, & <sup>83</sup> egentem mentis Oresten, 395

<sup>64</sup> Hippodamiam, natam Pisæ, quæ Arcadiæ erat urbs. Oenomaus, Martis, & Æginæ filius, sæpè interpellatus de filia Hippodamiæ nuptiis, respondit, se eam illi esse daturum, qui cursu equorum ipsum vinceret; ita ut, cum procus currere cœpisset, Oenomaus arietem Jovi sacrificaret. Peractis sacris, ipse currum conscendit, & velocitate equorum, vento genitorum, omnes assecutus hastâ transfixit. Tandem Pelops, ex Pelopponeso veniens, corrupto aurigâ Myrtillo, victor evasit. <sup>65</sup> Harpina, & Psilla, quos equos Pelops è Phrygia redux secum duxit. <sup>66</sup> Eburnus Pelops vocatur à Poëtis; quia Tantalus ejus pater, volens Deorum tentare divinitatem, eis invitatis filium suum epulandum apposuit, à quo omnes Dii abstinerunt, exceptâ Cerere, quæ brachium ejus consumpsit. Postea Dii, petente Tantalo, cum voluissent ejus filium ab inferis revocare, Ceres ei eburneum brachium restituit. <sup>67</sup> Medea, irata, quod Jason, se expulsâ, Creüsam in matrimonium duxit, filios in ultionem patris jugulavit. <sup>68</sup> Gladium. <sup>69</sup> Medea. <sup>70</sup> Ab amore Medea à Jasone læso. <sup>71</sup> Aves. <sup>72</sup> Philomela. <sup>73</sup> Tereum. <sup>74</sup> Progenem designat, Terei Regis Daulidis uxo-

rem, quæ Ityn filium occidit, & patri epulandum apposuit, propter sororem Philomelam violatam; postea mutata est in lusciniam. <sup>75</sup> Ærope, Atrei uxor, cum Thyeste concubuit, quod ægrè ferens Arteus, liberos ei epulandos apposuit, quæ Sol, ne pollueretur, aufugit. <sup>76</sup> Thyestes, Atrei frater. <sup>77</sup> Quas refugientes atrocitatem istius spectaculi. <sup>78</sup> Tragicum stylum. <sup>79</sup> Filia Nisi, Megarensium Regis, quæ Minois paterni hostis amore capta, ut illum sibi beneficio aliquo devinceret, patrem purpureo capillo, in quo totius regni fatum situm erat, spoliavit, eumque hosti obtulit, eum futuri conjugii dotem. Cum vero à Minoe contemnerentur, doloris impatiens in Cirim avem est mutata. <sup>80</sup> Cothurni erant calcei Tragicorum altiores, ut ipsi altiores apparerent. <sup>81</sup> Nisi amore rescuisset purpureum patris Nisi crinem. <sup>82</sup> Electra, Agamemnonis filia, Orestis soror, illum è manibus Clytemnestrae matris, & Ægisti vitrici liberavit, occultavitque apud Strophium Phocensem. Ipsa urnam, simulatis fraternis ossibus detulit deflons. Orestes ab Argivis adjutus, matrem, Ægisthumque occidit. <sup>83</sup> Insanum factum.

Ægis-



Ægisti<sup>84</sup> crimen, <sup>85</sup> Tyndaridosque legis.  
 Nam quid de <sup>86</sup> tetrico referam <sup>87</sup> domitore <sup>88</sup> Chimæraz,  
<sup>89</sup> Quem <sup>90</sup> leto fallax hospita pene dedit?  
 Quid loquar <sup>91</sup> Hermionem? quid te, <sup>92</sup> Schœneia virgo;  
 Teque, <sup>93</sup> Myceneo <sup>94</sup> Phœbas amata duci? 400  
 Quid <sup>95</sup> Danaën, <sup>96</sup> Danaësque nurum, <sup>97</sup> matremque Lyæi?  
<sup>98</sup> Hæmonaque, <sup>99</sup> & noctes quæ coïere duas?

84 Adulterium cum Clytemnestra, vel Agamemnonis mortem, quem Ægysthus, & Clytemnestra occiderant, cum à bello Trojano rediret. 85 Clytemnestræ filia Tyndari ex Leda, uxorisque Agamemnonis, quæ cum Ægystho Thyestis filio, dum maritus bello Trojano interfuit, adulterium commisit. 86 Severo. 87 Bellerophonte, Glauci filio, qui stupri accusatus, missus est ad Chimæram, & Amazones occidendum; cum rediret victor, innocentiamque probasset, uxorem accepit filiam regis Lyciæ, ut & dimidiam regni partem. 88 Hunc montem Bellerophon fecit habitabilem: quapropter fingitur Chimæram occidisse. Mons iste Lyciæ in cacumine habebat leones, in medio capras, in imo serpentes, unde versus: *Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.* 89 Bellerophontem. 90 Schenobæa, falso eum accusans fere occidit. 91 Menelai, vel Thesei, & Helenæ filiam, quæ Orestis, Agamemnonis filio, desponsata fuit. Sed cum Ægysthus cum Clytemnestra, Agamemnonis uxore, concumberet, & Electræ sororis industriâ, ejus manus evasisset Orestes, concessit illam Ægysthus Pyrrho, Achillis filio, postea ab Oreste occiso. 92 Atalanta Schœnei regis Scyri insulæ filia. 93 Ab Agamemnone, Mycenarum rege. 94 Cassandra, Phœbi sacerdos, Priami regis filia, quam post Trojæ excidium Agamemnon Mycenæ captivam duxit, ejus amore captus. 95 Hæc unica erat Acrisii, Argi-

vorum Regis, filia. Iste monebatur, quod periturus sit manu ejus, qui ex filia nasceretur, quapropter eam turri inclusit. Jupiter se mutat in aureum imbrem, & sic in puellæ gremium decidit, quæ inde prægnans facta est. Pater id intelligens, arcæ inclusam in mare projici jussit. Hæc in Italiam delata, inventa à Piscatore cum Perseo, quem enixa fuerat, & oblata Regi, ab eo uxor ducta, cum qua etiam Ardeam condidit. 96 Andromedam Persei, Danaes filii, uxorem, quæ causa fuit ejus cladis, qua Cepheneus, Asiæ minoris populi, interierunt. partim à Perseo in nuptiis Andromedæ occisi, partim in saxa conversi. 97 Semelem, Bacchi matrem, Cadmi, Thebarum regis, filiam, ex qua Jupiter Bacchum genuit, Lyæus ideo dictum, quia ebriorum membra, vel curas solvit. 98 Hæmon erat juvenis Thebanus, qui Antigonem, Oedipi, & Jocastæ filiam, tantopere amavit; ut cum eam Creontis in suu occisam audiret, eo quod Polinice fratrem humasset, se ipsum gladio transfodit. Al. *Alcmenam*, quæ erat Electrionis filia, & ea lege Amphitrioni nupserat, ut fratris sui interfecit mortem ulcisceretur. Cum itaque hic adversus Thebeas Etoliæ populos, pro Thebanis in expeditionem profectus esset, Jupiter sub specie Amphitrionis Alcmenam compressit, & ex ea Herculem genuit. 99 Jupiter enim fertur ex duabus noctibus unam fecisse, ut Herculem conciperet.

Quid



Quid <sup>1</sup> generum Peliae? quid <sup>2</sup> Thesea? quidve <sup>3</sup> Pelasgum

<sup>4</sup> Iliacam tetigit qui rate primus humum?

Huc <sup>5</sup> Iöle, <sup>6</sup> Pyrrhique parens, huc <sup>7</sup> Herculis uxor,

Huc accedat <sup>8</sup> Hylas, <sup>9</sup> Iliadesque puer. 406

<sup>10</sup> Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes;

Vixque meus <sup>11</sup> capiat <sup>12</sup> nomina nuda liber.

<sup>13</sup> Est & in <sup>14</sup> obscaenos deflexa Tragedia risus,

Multaque <sup>15</sup> præteriti verba pudoris habet. 410

Nec nocet <sup>16</sup> auctori, <sup>17</sup> mollem qui <sup>18</sup> fecit Achilem,

<sup>19</sup> Infregisse suis fortia facta <sup>20</sup> modis.

<sup>21</sup> Junxit Aristides Milesia crimina secum;

<sup>22</sup> Pulsus Aristides nec tamen urbe suâ.

<sup>23</sup> Nec quid descripsit corrumpi semina matrum, 411

Eubius <sup>24</sup> impuræ conditor historiæ.

Nec qui composuit nuper <sup>25</sup> Sybaritida, <sup>26</sup> fugit:

Nec <sup>27</sup> quæ concubitus non tacuere suos.

<sup>28</sup> Suntque ea doctorum <sup>29</sup> monumentis mista virorum,

1 Admetum, qui Alcestem Peliae filiam natu maiorem, despondente Jasone, post Peliam Medæ fraude peremptum, in matrimonium duxit. 2 Thesei Tragediam, in qua describitur Helenæ raptus, ejusque opera Pirithoo præstita ad rapiendam Proserpinam. 3 Protesilaum Thesalum, de quo vide Heroid. Ep. 13. 4 Trojanam. 5 Euryti, Oechalia ab Hercule amata. Vide Metam. 6. 6 Deidamia. 7 Megara. 8 Herculis comes. 9 Ganymedes Trojanus, filius Trois regis. 10 Tempus me deficeret, si amores in Tragediis contentos commemorarem. 11 Capiet. 12 Eorum, quorum causa Tragedia est composita. 13 Tractantur etiam ut plurimum in Tragediis res obscaenæ, quibus spectatores ridet. 14 Quia risus est Tragediæ admodum inimicus, ceu in materia luctuosa. 15 Præteritæ obscaenitatis. 16 Ho-

mero, vel alii Poëtæ, cui Achillis amores descripsit. 17 Lascivum. 18 Scripsit. 19 Contaminasse fortia ejus facta, ob raptam Briseida. 20 Versibus. 21 Aristides libros quosdam edidit, Milesii appellatos, de luxuria, & deliciis, quibus Milesii erant dedirissimi. 22 Expulsus patria. 23 Nec Eubius historicus in exilium missus, quod docuit parvus violari, & potione ejici. 24 Qua narrabat, feminam aliquam potione, & veneficiis partum corrupisse. 25 Opus Hemitheonis, plenum Sybaritanæ lasciviæ. Fuit autem Sybaris oppidum Calabriae, inter Crathim, & Sybarim fluvios. 26 Exulavit. 27 Philenis, & Elephantis, quarum fedissima scripta passim circumferebantur. Al. qui, scilicet. Poëtæ. 28 Ea scripta, licet obscaena, numerantur inter monumenta doctorum hominum. 29 Scriptis.

Mu-



- 30 Muneribusque Ducum publica facta patent. 420  
 Neve 31 peregrinis tantum defender ab armis,  
 Et 32 Romanus habet multa jocosa liber.  
 33 Utque suo 34 Martem cecinit gravis Ennius ore;  
 35 Ennius ingenio maximus, arte rudis;  
 Explicat ut causas 36 rapidi 37 Lucretius 38 ignis, 425  
 39 Casurumque triplex 40 vaticinatur opus;  
 Sic sua 41 lascivo cantata est sæpè 42 Catullo  
 Femina, 43 cui falsum Lesbia nomen erat.  
 Nec contentus eâ, 44 multos vulgavit amores,  
 In quibus ipse suum fassus adulterium est. 330  
 Par fuit 45 exigui, similisque licentia 46 Calvi,  
 Detexit variis qui 47 sua furta 28 modis.  
 Quid referam 49 Tigidæ, quid 50 Memmi carmen, apud  
 quos  
 51 Rebus 52 abest omnis, nominibusque pudor?  
 53 Cinna quoque his comes est, Cinnaque 54 procacior  
 55 Anser, 435  
 Et 56 leve 57 Cornifici, parque 58 Catonis opus.

30 Illa scripta omnibus sunt  
 exposita, aperta, & divulgata,  
 permissu Imperatorum. 31 Ab  
 externorum scriptorum volumi-  
 nibus. 32 Poëmata à Romanis,  
 seu Latinis scripta. 33 Uti sunt  
 Poëtæ, qui gravia scripsere, ut  
 Ennius, & Lucretius: ita qui-  
 dam lascivia opera edidere, ut  
 Catullus, & alii. 34 Bellum,  
 prælium, & Annales, versu He-  
 roico. 35 Quia ille Poëta usus  
 est inventione, & sententiis e-  
 gregiis, sed verbis parum orna-  
 tis. 36 Cuncta rapiens, & ab-  
 sumentis. 37 Quid ad exemplum  
 Empedoclis, de rerum natura, &  
 in libro primo, præsertim de ig-  
 ne scripsit. 38 Vel materialis,  
 & quotidiani, vel fulminis. 39  
 Quomodo tria elementa, Aqua,  
 Cælum, & Terra sint interitura.  
 40 Prædicit, ut vates. 41 Pro-  
 tervio, nec Cæsari parenti.

42 scriptori. Epigrammarum. 43  
 Quam sub nomine Lesbiæ pro-  
 posuit, cum Clodia nominare-  
 tur. 44 Fassus, & se alias a-  
 masse. 45 Corpore. 46 Poëtæ,  
 & Oratoris animosi, diu cum  
 Cicerone de principatu eloquen-  
 tiæ litigantis. 47 Suos ardores  
 furtivos. 48 Carminibus. 49 Poë-  
 tæ scribentis elegias de Perilla,  
 quam amavit. 50 Poëtæ, & Ora-  
 toris mordacissimi. 51 Obscæ-  
 na propriè dicunt. 52 Al. adest.  
 53 Q. Helvius Cinna Poëta fuit,  
 qui scripsit Smyrnam, quam de-  
 cem annis elimavit. 54 Lasci-  
 vior. 55 Poëta Antonii, ejus  
 laudes scribens. 56 Lascivum.  
 57 Cornificius Poëta à militibus  
 destitutus interit, quos sæpe fu-  
 gientes galeatos lepores voca-  
 rat. 58 Valerius Cato, præter  
 Grammaticæ libellos, etiam car-  
 mina composuit.

Et



<sup>59</sup> Et quorum libris modo dissimulata Perillæ  
 Nomine, nunc legitur dicta, Metelle, tuo.  
<sup>60</sup> Is quoque, <sup>61</sup> Phasiacas <sup>62</sup> Argo qui duxit in undas,  
 Non potuit <sup>63</sup> Veneris furta tacere suæ. 440  
 Nec minus <sup>64</sup> Hortensi, nec sunt minus <sup>65</sup> improba Servi  
 Carmina; quis dubitet <sup>66</sup> nomina tanta sequi?  
<sup>67</sup> Vertit Aristiden <sup>68</sup> Sisenna: nec <sup>69</sup> obfuit <sup>70</sup> illi,  
<sup>71</sup> Historiæ <sup>72</sup> turpes inseruisse jocos.  
 Nec fuit opprobrio celebrasse <sup>73</sup> Lycorida <sup>74</sup> Gallo; 445  
<sup>75</sup> Sed linguam nimio non tenuisse mero.  
 Credere juranti <sup>76</sup> durum putat esse Tibullus;  
<sup>77</sup> Sic etiam de se quod neget illa viro.  
 Fallere <sup>78</sup> custodem demum docuisse, fatetur;  
<sup>79</sup> Seque suâ miserum nunc, ait, arte premi, 450  
 Sæpè velut <sup>80</sup> gemmam dominæ, signumve probaret,  
 Per <sup>81</sup> causam meminit, se tetigisse manum.  
 Utque refert, digitis sæpè est <sup>82</sup> nutuque locutus,  
 Et <sup>83</sup> tacitam mensæ duxit in <sup>84</sup> orbe notam.  
 Et quibus <sup>85</sup> è succis abeat de corpore <sup>86</sup> livor, 455  
 Impresso fieri qui solet <sup>87</sup> ore, docet.  
 Denique ab incauto nimium petit ille marito,

<sup>59</sup> Et si Poëtæ, qui vero nomine Metellam, hætenus sub Perillæ nomine celatam, celebrant. <sup>60</sup> Varro Attacinus, Leucadiam amans. Is etiam scripsit Argonautica. <sup>61</sup> Colchicas, à Phasi, Colchorum fluvio, per quem Argonautæ in Colchos pervenere. <sup>62</sup> Qui Argonautica scripsit. Argos alia erat navis, in qua Jason cum sociis suis Colchos navigavit ab Argo architecto ita dicta, unde Jason, ejusque socii Argonautæ appellati sunt. <sup>63</sup> Stupra. <sup>64</sup> Hortensius, & Servius Sulpicius, quamvis fuerint optimi Oratores, mansuetioribus tamen Musis operam dedere. <sup>65</sup> Lasciva. <sup>66</sup> Stylum illorum imitari. <sup>67</sup> Transtulit è Græco in Latinum Aristidæ li-

bros Milesios. <sup>68</sup> Orator, & Poëta. <sup>69</sup> Nocuit. <sup>70</sup> Sisennæ. <sup>71</sup> Romanæ. <sup>72</sup> Lascivos, & impudicissimos illos Aristidæ liberos transtulisse. <sup>73</sup> Amasiam suam. <sup>74</sup> Cornelius Gallus Poëta, & Orator scripsit de Lycoride Amorum libros quatuor. <sup>75</sup> In quodam convivio, ubi nimium biberat, de Augusto oblocutum esse, unde ipsi moriendum fuit. <sup>76</sup> Difficile. <sup>77</sup> Quia illa adulterium suum marito negat. <sup>78</sup> Qui eam custodiebat, ut adulterium committeret. <sup>79</sup> Quoniam & se ipsum fallebat. <sup>80</sup> Annulli. <sup>81</sup> Amatoriam. <sup>82</sup> Signis. <sup>83</sup> Signum non auditum, & intellectum. <sup>84</sup> Mensa rotunda. <sup>85</sup> Fucis. <sup>86</sup> Invidia. <sup>87</sup> Basian-  
 tium.



<sup>18</sup> Se quoque uti servet, <sup>89</sup> peccet ut illa minus.  
 Scit cui <sup>90</sup> latretur, cum solus <sup>91</sup> obambulat <sup>92</sup> ipse:  
 Cur toties clausas <sup>93</sup> excreet ante fores. 460  
 Multaque dat talis <sup>94</sup> furti præcepta, docetque  
 Qua nuptæ possint fallere ab arte viros.  
 Nec fuit hoc <sup>95</sup> illi <sup>96</sup> fraudi; legiturque Tibullus,  
 Et placet, & jam te Principe notus erat.  
 Invenies <sup>97</sup> eadem blandi præcepta <sup>98</sup> Propertii; 465  
 Districtus minimâ nec tamen ille <sup>99</sup> notâ est.  
<sup>1</sup> His ego <sup>2</sup> successi, quoniam <sup>3</sup> præstantia <sup>4</sup> candor  
 Nomina <sup>5</sup> vivorum dissimulare jubet.  
 Non <sup>6</sup> timui, fateor, ne, qua tot ière <sup>7</sup> carinæ,  
<sup>8</sup> Naufraga servatis omnibus una foret. 470  
 Sunt <sup>9</sup> aliis scriptæ, quibus <sup>10</sup> alea luditur, artes;  
<sup>11</sup> Hæc est ad nostros non leve crimen avos.  
<sup>12</sup> Quid valeant tali; quo possis <sup>13</sup> plurima <sup>14</sup> jactu  
<sup>15</sup> Fingere; <sup>16</sup> damnosos effugiasve canes;  
<sup>17</sup> Tessera quot numeros habeat; <sup>18</sup> distante vocato 475  
<sup>19</sup> Mittere quo deceat, quo <sup>20</sup> dare missa modo;  
<sup>21</sup> Discolor ut <sup>22</sup> recto grassetur limite miles,  
 Cum <sup>23</sup> medius gemino calculus hoste perit.

88 Ad uxorem non admittat.  
 89 Ut amica cum aliis non pec-  
 cet. 90 A cane. 91 Ante fores  
 dominæ. 92 Tibullus. 93 Ex-  
 spuat cum violentia quadam, &  
 tussi, ut audiat amator alius  
 amicæ Tibulli. 94 Adulterii.  
 95 Tibullo. 96 Damno. 97 Idem  
 docentia cum Tibullo. 98 Poë-  
 tæ Elegiarum. 99 Ignominia. 1  
 Post hos Poëtæ ego eadem las-  
 civiâ scripsi. 2 Tempore. 3 Il-  
 lustria. 4 Pudor, ne adularer.  
 5 Poëtarum. 6 Periculum. 7 In-  
 genia Poëtica. 8 Solus damna-  
 rer. 9 Ab aliis. 10 Ludus tes-  
 serarum describitur. 11 Hic lu-  
 sus alearum tempore avorum  
 nostrorum grave putabatur cri-  
 men. 12 Alii Poëtæ talorum lu-  
 dum descripserunt. 13 Plurima

puncta victoriam afferentia. 14  
 Puncto. *Venus* enim in talis vic-  
 toriam afferebat, ut *Canis* jac-  
 turam. 15 Formare diversas in-  
 ter se talorum facies. 16 Mini-  
 ma puncta damnum afferentia.  
 17 Qui numeri in hoc ludo lu-  
 cum, aut damnum afferant. 18  
 Vocato numero, qui à victoria  
 distat, aut victoriam præstat.  
 19 Jacere illas parvas tabellas in  
 alveolo. 20 Remittere. 21 Cal-  
 culus tuus diversi coloris. 22 In-  
 sidiatur hosti, dum miles de-  
 prehensus obsidetur. Per rectum  
 limitem intelligitur recta, & a-  
 perta via, ne videatur grassari.  
 23 Miles tuus à duobus adver-  
 sarii calculis circumventus in  
 periculo versatur, nisi ei suc-  
 curratur.

Ut



Ut mage velle <sup>24</sup> sequi sciat, & revocare <sup>25</sup> priorem;  
 Ne tutò <sup>26</sup> fugiens incomitatus eat. 480  
 Parva <sup>27</sup> sed <sup>28</sup> & ternis instructa <sup>29</sup> tabella lapillis;  
 In qua vicisse est, <sup>30</sup> continuisse suos.  
 Quique alii lusus (neque enim nunc <sup>31</sup> persequar omnes)  
<sup>32</sup> Perdere rem <sup>33</sup> caram tempora nostra solent.  
 Ecce <sup>34</sup> canit formas alius <sup>35</sup>, jactusque pilarum. 485  
 Hic artem <sup>36</sup> nandi <sup>37</sup> præcipit, ille <sup>38</sup> trochi.  
<sup>39</sup> Composita est <sup>40</sup> aliis fucandi cura coloris:  
<sup>41</sup> Hic epulis leges, <sup>42</sup> hospitioque dedit.  
 Alter humum, de qua <sup>43</sup> singantur pocula, monstrat:  
<sup>44</sup> Quæque docet liquido testa sit apta mero. 490  
<sup>45</sup> Talia <sup>46</sup> fumosi luduntur mense <sup>47</sup> Decembris,  
 Quæ damno nulli composuisse fuit.  
<sup>48</sup> His ego deceptus <sup>49</sup> non tristia carmina feci;  
 Sed tristis nostros <sup>50</sup> poena secuta jocos.  
 Denique nec video de tot scribentibus unum, 495  
 Quem sua perdidit Musa: repertus ego.  
 Quid si scripsissem <sup>51</sup> mimos obcœna <sup>52</sup> jocantes,  
 Qui semper vetiti <sup>53</sup> crimen amoris habent?  
 In quibus assiduè <sup>54</sup> cultus procedit adulter,  
<sup>55</sup> Verbaque dat stulto callida <sup>56</sup> nupta viro. 500  
<sup>57</sup> Nubilis hos virgo, matronaque, virque, puerque

24 Adversarii calculos inse-  
 qui. 25 Calculum primo motum,  
 ne longius elapsus ab hostibus  
 capiatur. 26 Retractus. 27 Al.  
 sedet, hoc est, est. 28 Qui est  
 trium calculorum ludus. 29 Qua  
 tesseris ludimus. 30 posuisse  
 directâ lineâ suos calculos. 31  
 Recensebo. 32 Otium fallere.  
 33 Irrecuperabilem. 34 Descrip-  
 sere alii versibus formas pilâ-  
 rum, & genera. 35 Modum pi-  
 lâ ludendi. 36 Nandi. 37 Do-  
 cet. 38 Artem trocho ludendi.  
 39 Docuere alii artem, unde co-  
 lor corporis fuscus, vel niger  
 redderetur. 40 Ab aliis. 41 Alii  
 docuerunt, quomodo epulæ pa-

rari debeant. 42 Hospitibus,  
 quibus lautiora apponi solent.  
 43 Formentur fictilia vasa. 44  
 Quod vas fictile aptum sit potui.  
 45 Carmina per lusum compo-  
 nuntur, ac recitantur. 46 Quo  
 ignes, fumum dantes, excitantur  
 ad frigus dissolvendum. 47  
 Quo Saturnalia celebrantur, qui-  
 bus diebus omnia licebant. 48  
 Horum exemplo. 49 Leta, &  
 jocosa. 50 Relegatio. 51 Poë-  
 motâ sine pudore lasciviam imi-  
 tantia. 52 Joci suis immiscen-  
 tes. 53 Criminationem. 54 Or-  
 natus in scenam prodit in adul-  
 terio vivens. 55 Decipit. 56 U-  
 xor. 57 Aptâ ad conjugium.

Spec-



58 Spectat : & è magnâ parte 59 Senatus adest.  
 Nec satis 60 incestis 61 temerari vocibus aures;  
 Assuescunt oculi multa 62 pudenda pati.  
 Cumque fefellit amans 63 aliquâ novitate maritum, 505  
 64 Plauditur; & magno 65 palma favore 66 datur.  
 Quoque minus prodest, poena est 67 lucrosa poetæ:  
 Tantaque non parvo crimina 68 Prætor emit.  
 Inspice ludorum sumptus, Auguste, tuorum:  
 69 Empta tibi magno talia multa leges. 510  
 Hæc tu spectasti, spectandaque sæpe dedisti.  
 Majestas adeò 70 comis ubique tua est.  
 71 Luminibusque tuis, 72 totus quibus utimur orbis,  
 73 Scenica vidisti 74 lentus adulteria.  
 Scribere si fas est imitantes 75 turpia mimos; 515  
 Materix minor 76 est debita poena mea.  
 An 77 genus hoc scripti faciunt sua 78 pulpita tutum;  
 79 Quodque libet, nimis scena licere dedit?  
 Et mea sunt populo 80 saltata poemata sæpe:  
 81 Sæpe oculos etiam detinuere tuos. 520  
 82 Scilicet in 83 domibus vestris ut 84 prisca virorum  
 85 Artifici 86 fulgent corpora picta manu;  
 Sic quæ concubitus varios, Venerisque figuras  
 87 Exprimat, est aliquo parva tabella loco.

58 Inter agendum. 59 Senatores. 60 Impudicis verbis de incestu agentibus. 61 Violari. 62 Obscena à mims in theatro fieri solita. 63 Aliquo novo invento. 64 Læte excipitur. 65 Victoria, cujus signum Palma. 66 Conceditur. 67 Lucrantur Poetæ ex eo opere, quod minus prodest, cum essent puniendi. 68 Prætores, seu Ediles ludos aliquando populo exhibebant, & à Poëtis fabulas, ludorum die recitandas, emebant. 69 Comædias multo pretio remunerata. 70 Blanda. 71 Oculis. 72 Quibus totum orbem vides, & regis. 73 A mimis in theatro re-

præsentata. 74 Mitis. Al. La-  
 cus, hoc est, cum applausu. 75  
 Obscena. 76 Debetur. 77 Co-  
 mædias. 78 Quæ erant ante sce-  
 nam, ubi ludrica exercebantur.  
 79 Et an scena dedit mimis om-  
 nem licentiam? 80 In scenis  
 acta, quæ mihi tunc etiam eam  
 licentiam dare debuissent. 81  
 Te spectante. 82 Uti in domi-  
 bus sunt honesta, & turpia, ita  
 ego scripsi poemata laude, & vi-  
 tuperio digna. 83 Porticu Pala-  
 tina. 84 Corpora virorum tem-  
 poribus priscis fortium. 85 Ar-  
 tificiosa. 86 Apparent. 87 Os-  
 tendat.



88 Utque sedet 89 vultu fassus 90 Telamonius iram, 525  
 Inque oculis facinus 91 barbara mater habet;  
 Sic 92 madidos siccat digitis Venus uda capillos:  
 93 Et modo 94 maternis tecta videtur aquis.  
 Bella 95 sonant alii telis instructa cruentis:  
 Parsque 96 tui generis, pars tua facta canunt. 530  
 97 Invida me 98 spatio Natura coercuit arcto,  
 Ingenio vires exiguasque dedit.  
 Et tamen ille tuæ felix 99 Æneidos auctor,  
 Contulit 1 in Tyrios 2 arma, virumque toros:  
 Nec legitur 3 pars ulla magis 4 de corpore toto, 535  
 5 Quam non legitimo 6 fœdere junctus amor.  
 7 Phyllidis hic 8 idem, tenerosque 9 Amaryllidis 10 ignes  
 11 Bucolicis juvenis luserat ante 12 modis.  
 Nos quoque jam pridem 13 scripto peccavimus uno.  
 Supplicium patitur non nova culpa novum. 540  
 Carminaque edideram, cum te 14 delicta notantem  
 Præterii toties 15 jure quietus eques.  
 Ergo, quæ juveni mihi non nocitura putavi  
 Scripta parum prudens, nunc nocuere seni?  
 Sera 16 redundavit veteris vindicta libelli; 545  
 Distat & à 17 meriti tempore pœna sui.  
 Ne tamen omne meum credas opus esse 18 remissum;

88 Tabulas Ajacis, & Medæ  
 intelligit, à Cesare ante ædem  
 Veneris Genitricis dicatas. 89  
 Prodens pietæ vultu iram, quod  
 Achillis arma Ulyssi in singulare  
 virtutis præmium adjudicata es-  
 seat. 90 Ajax Telamonis filius.  
 91 Medea irata, quod Jason eva-  
 serat incendium domus Creon-  
 tis, cuius natam Creüsam in ma-  
 trimonium duxerat, omnes filios  
 occidit, excepto aufugiente Thes-  
 salo. 92 Nuda crinem pectit.  
 93 Et apparet paulo ante tecta  
 fuisse mari, è cuius spuma fer-  
 tur: 94 E quibus orta est. 95 Des-  
 cribunt. 96 Lucii, Caji, Tibe-  
 rii, Drusi, Germanici, &c. 97 In-  
 videns gloriæ mæ. 98 Augusta

scribendi materia. 99 Virgilius,  
 in gratiam Augusti Æneida scri-  
 bens. 1 In lectum Tyriæ Dido-  
 nis, lib. 4. Æneid. 2 Æneam,  
 ejusque bella in Italia gesta. 3  
 Quartus liber Æneidos. 4 De  
 toto opere Æneidos. 5 Quam  
 Didonis illicitus cum Ænea con-  
 cubitus. 6 Conugio vetito.  
 7 Eclog. 3. 8 Virgilius. 9 Ec-  
 log. 8. 10 Amores. 11 A cus-  
 todia boum sic dictis. 12 Ver-  
 sibus. 13 Lascivo scribendi ge-  
 nere. 14 In equestri. 15 Non  
 ab equo detractus, quod faci-  
 norosis à Censoribus fieri sole-  
 bat. 16 Rediit. 17 Culpræ suæ.  
 18 Abiectum, lascivum.



Sæpe dedi nostræ <sup>19</sup> grandia vela rati.  
 Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos;  
 Cumque suo finem mense volumen habet. <sup>20</sup> 550  
 Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Cæsar,  
 Et tibi <sup>21</sup> sacratum <sup>22</sup> sors mea <sup>23</sup> rupit opus.  
 44 Et dedimus tragicis scriptum <sup>25</sup> regale <sup>26</sup> cothurni-

nist.  
 Quæque gravis debet verba <sup>27</sup> cothurnus habet.  
 28 Dictæ que sunt nobis, quamvis <sup>29</sup> manus ultima cœp-  
 to 555

Defuit, <sup>30</sup> in facies corpora versa novas.  
 Atque utinam <sup>31</sup> revoces animum paulisper ab irâ,  
 Et <sup>32</sup> vacuo jubeas <sup>33</sup> hinc tibi pauca legi!  
 34 Pauca, quibus primâ surgens ab origine mundi,  
 In tua <sup>35</sup> deduxit tempora, Cæsar, opus: 560  
 Aspicias, quantum dederis mihi <sup>36</sup> pectoris ipse,  
 37 Quoque favore animi teque, tuosque canam.  
 Non ego <sup>38</sup> mordaci destrinxi carmine quemquam,  
 Nec meus <sup>39</sup> ullius crimina versus habet.  
 40 Candidus à <sup>41</sup> salibus <sup>42</sup> suffusus felle refugi: 565  
 Nulla <sup>43</sup> venenato littera mixta joco est.  
 Inter tot <sup>44</sup> populi, tot <sup>45</sup> scripti millia nostri,  
 Quem <sup>46</sup> mea Calliope læserit, unus ego.  
 Non igitur nostris ullum gaudere <sup>47</sup> Quiritem  
 48 Auguror, at multos indoluisse, malis. 570  
 Nec mihi credibile est quemquam <sup>49</sup> insultasse jacen-  
 ti;

19 Majorem materiam. 20 Et quislibet liber cum mense finitur. 21 Dicitur. 22 Exsilium meum. 23 Imperfectum reliquit. 24 Invenit Tragediam Medeam. 25 Regum facta complectens. 26 Stylo Tragico. 27 Stylus Tragicus gravis. 28 Conscripserunt à me. 29 Cura, & emendatio. 30 Corpora in novas figuras mutata. 31 Habeas mentem sine ira. 32 Oratio. 33 Ex Me-

tamorphosi. 34 Incipiens. 35 Scripsi. 36 Animi. 37 Qua veneratione, quod in primis ex fine operis constat. 38 Satyra aliquem læsi. 39 Ullius criminationes. 40 Sincerus. 41 Joci. 42 Mordacibus. 43 Mordaci. 44 Romanorum. 45 Inter tot millia nostrorum carminum. 46 Meum carmen. 47 Civem Romanum. 48 Existimo. 49 Derisisse me miserum.



<sup>50</sup> Gratia candori si qua relata meo est.  
 His precor, atque aliis possint <sup>51</sup> tua numina flecti,  
 O Pater, ò Patriæ cura, salusque tuæ.  
 Non ut in <sup>52</sup> Ausoniam redeam, nisi forsitan olim 575  
 Cum longo pœnæ tempore <sup>53</sup> victus eris.  
<sup>54</sup> Tutius exsilium pauloque quietius oro:  
<sup>55</sup> Ut par delicto sit mea pœna suo. 578

<sup>50</sup> Modo par pari referant. Tomum. <sup>55</sup> Ut talis sit pœna,  
<sup>51</sup> Divinitas tua emolliri. <sup>52</sup> I- qualem perexiguum meum cri-  
 taliam. <sup>53</sup> Placatus. <sup>54</sup> Tutio- men meruit.  
 rem locum, quam Pontum, vel





PUBLII OVIDII NASONIS

## TRISTIUM

LIBER TERTIUS.

## ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

*P*oëta librum suum Romam mittit incultum quidem, & sordidum, inducitque illum errare per varia urbis loca, precarique Augustum, ut patri exsuli, & Poëta det veniam. Sed cum nusquam recipi se videat, rogat manus plebejas, ut ille saltem eam accipiant, quo habeat ubi possit avertere.

**M**issus in hanc venio <sup>1</sup> timidi liber <sup>2</sup> exsulis <sup>3</sup> urbem.

<sup>4</sup> Da placidam <sup>5</sup> fesso, lector amice, <sup>6</sup> manum:  
Neve reformida, ne sim tibi forte <sup>7</sup> pudori.

Nullus in <sup>8</sup> hac chartâ versus amare docet.  
Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam <sup>5</sup>

Infelix ullis <sup>9</sup> dissimulare <sup>10</sup> jocis.

<sup>11</sup> Id quoque, quod <sup>12</sup> viridi quondam male ludit in ævo,  
Heu nimium serò damnat, & odit opus.

<sup>13</sup> Inspice quid <sup>14</sup> portem; nihil hic nisi <sup>15</sup> triste videbis,  
Carmine <sup>16</sup> temporibus conveniente suis. <sup>10</sup>

<sup>17</sup> Clauda quod alterno subsidunt carmina versu,  
Vel <sup>18</sup> pedis hoc ratio, vel <sup>19</sup> via longa facit.

<sup>1</sup> Augustum timentis. <sup>Al.</sup> timide. <sup>2</sup> Ovidii in exsilio viventis. <sup>3</sup> Romam. <sup>4</sup> Recipe me placide. <sup>5</sup> Defatigato longo itinere. <sup>6</sup> Auxilium. <sup>7</sup> Dedecori. <sup>8</sup> Hæc libro. <sup>9</sup> Tegere infortunium suum. <sup>10</sup> Jocosus, vel amatoris versibus. <sup>11</sup> Intelligit librum de Arte amandi. <sup>12</sup> Juventute sua. <sup>13</sup> Aspice. <sup>14</sup> Con-

tineam. <sup>15</sup> Libros Tristium tristia complectentes. <sup>16</sup> Statui suo. <sup>17</sup> Composita sint versu Elegiaco, constante ex longiore Hexametro, & breviori Pentametro. <sup>18</sup> Quia in Pentametro sunt tantum quinque pedes, unde etiam nomen accepit, cum in Hexametro sint sex. <sup>19</sup> Quod & viatoribus contingit.

E 3

Quod



<sup>20</sup> Quod neque sum <sup>21</sup> cedro flavus, nec pumice <sup>22</sup> levis:  
<sup>23</sup> Erubui, domino cultior esse meo.  
<sup>24</sup> Littera suffusas quod habet maculosa <sup>25</sup> lituras; 15  
<sup>26</sup> Læsit opus lacrymis ipse poeta suum.  
 Si qua videbuntur <sup>27</sup> casu non dicta Latine;  
 In qua scribebat, <sup>28</sup> barbara terra fuit.  
 Dicite, lectores, si <sup>29</sup> non grave <sup>30</sup> qua sit <sup>31</sup> eundum;  
 Quasque petam sedes <sup>32</sup> hostes in urbe liber. 20  
 Hæc ubi sum linguâ <sup>33</sup> furtim <sup>34</sup> titubante locutus,  
 Qui mihi monstraret, vix fuit unus, <sup>35</sup> iter.  
<sup>36</sup> Di <sup>37</sup> tibi dent, nostro quod non <sup>38</sup> tribuere <sup>39</sup> parenti,  
<sup>40</sup> Molliter in patriâ vivere posse tuâ.  
<sup>41</sup> Duc age, namque sequor; quamvis terraque, marique  
<sup>42</sup> Longinquo referam lassus ab orbe pedem.  
<sup>43</sup> Paruit; & <sup>44</sup> ducens, <sup>45</sup> Hæc sunt fora <sup>46</sup> Cæsaris, in-  
 quit,  
 Hæc est <sup>47</sup> à Sacris quæ via nomen habet;  
<sup>48</sup> Hic locus est Vestæ; qui Pallade servat & ignem;  
 Hic fuit antiqui <sup>49</sup> regia parva Nun æ. 30  
 Inde <sup>50</sup> petens dextram, <sup>51</sup> Porta est, ait, ista <sup>52</sup> Palatis;  
<sup>53</sup> Hic Stator; <sup>54</sup> hoc primum <sup>55</sup> condita Roma loco est.

<sup>20</sup> Inde est quod, &c. <sup>21</sup> Suc-  
 co cedrino, ut dures. <sup>22</sup> Po-  
 litus. <sup>23</sup> Puduit me ornationem  
 esse ipso auctore. <sup>24</sup> Charta.  
<sup>25</sup> Maculas. <sup>26</sup> Commaculavit.  
<sup>27</sup> Fortè <sup>28</sup> Latine linguæ ig-  
 nara. <sup>29</sup> Vobis non molestum  
 est. <sup>30</sup> Via. <sup>31</sup> Ad Augusti æ-  
 des. <sup>32</sup> Peregrinus ex Ponto  
 veniens. <sup>33</sup> Clam. <sup>34</sup> Hæsi-  
 tante. <sup>35</sup> Viam. <sup>36</sup> Ipse liber  
 loquens introducit. <sup>37</sup> Mons-  
 tranti mihi viam. <sup>38</sup> Indulsere.  
<sup>39</sup> Ovidio. <sup>40</sup> Jucunde. <sup>41</sup> Me  
 ad Augusti ædes. <sup>42</sup> A Scythia,  
 tanquam longinqua parte orbis.  
<sup>43</sup> Mihi, ut doceret me, mo-  
 menti. <sup>44</sup> Romæ per loca ibi-  
 dem obvia. <sup>45</sup> Quasi manu os-  
 tendens. <sup>46</sup> Augusti, ubi jus  
 dicebantur. <sup>47</sup> Via sacra foro  
 Augusti, in Capitolio habitan-  
 tis, vicina, inde dicta, quia per

eam ab arce, vel Capitolio ad  
 augures sacra ferebantur; vel  
 quia in ea sedes ictum est inter  
 Romulum, & Tacitum. <sup>48</sup> Ves-  
 tæ templum rotundum, in quo  
 servabatur Palladium, cum igne  
 perpetuo, qui à Virginibus Ves-  
 talibus alebatur. <sup>49</sup> Atrium Ves-  
 tæ fuit Numæ regia, aut potius  
 pars regie. <sup>50</sup> Convertens se  
 ad dextram. <sup>51</sup> Primo Saturnia,  
 deinde Pandania, dicta. <sup>52</sup> Re-  
 gie Augusti. <sup>53</sup> Iovis Statoris  
 ædes, ubi pater Romulus primum  
 habitavit. <sup>54</sup> Nam Pelasgi Arca-  
 des ex urbe Pallantio exeuntes,  
 duce profectionis Evandro, in  
 uno ex septem collibus sedes po-  
 suere, qui in medio fere est  
 Romæ, Pallanteum nunc Palati-  
 num) vocantes locum eum à pa-  
 tria sua in Arcadia. <sup>55</sup> Fundata.

Sin-



56 Singula dum miror, 57 video 58 fulgentibus armis  
 59 Conspicuos postes 60 testaque digna Deo.  
 Et 61 Jovis hæc, dixi, domus est; quod ut esse putarem,  
 62 Augurium menti 63 querna corona dabat. 36  
 64 Cujus ut accepi dominum, 65 Non fallimur, inquam,  
 66 Et magni verum est hanc Jovis esse domum.  
 67 Cur tamen appositâ velatur janua lauros;  
 Cingit & augustas arbor 68 opaca fores? 40  
 Num quia perpetuos meruit domus ista 69 triumphos?  
 An quia 70 Leucadio semper amata Deo?  
 71 Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?  
 Quam 72 tribuit terris, Pacis an ista 73 nota est?  
 Utque 74 viret semper laurus, 75 nec fronde caducâ 45  
 Carpitur, 76 æternum sic habet illa decus?  
 77 Causa superpositæ scripto testata coronæ  
 Servatos cives indicat hujus ope.  
 Adice 78 servatis unura, 79 Pater optime, 80 civem,  
 Qui procul 81 extremo pulsus in orbe 82 jacet. 50  
 In quo pœnarum, quas se meruisse fatetur,  
 Non facinus causam, sed suus error habet.  
 Me miserum, vereorque locum, 83 venerorque 84 po-  
 tentem,

56 Modo dicta. 57 Laudat hic Ovidius Augusti ædes in Palatio factas. 58 Hostibus ereptis. Solebant enim postes, & vestibula ædium, necnon atria, spoliis, & armis, quæ hostibus a demerant. exornare, clypeis, galeis, &c. 59 Decoros. 60 Palatium Augusto dignum. 61 Augusti. 62 Signum. 63 Corona è quercu, Palatii foribus præfixa. 64 Cum audiavi Augustum ibi habitare. 65 Dicendo, quod Jovis sit ædes. 66 Nam Augustus erat Jupiter. 67 Cur autem janua Cæsaris lauro tegitur, quominus queat conspici. 68 Densa nempe Laurus. 69 Laurus enim dabatur triumphantibus. 70 A Deo Apolline, qui laurum amavit propter Daphnen in eam

commutatam. Apollo autem à Leucadia Græciæ peninsula dictus est Leucadius. 71 An quia illa Romanis lætitiâ, victoriisque annunciat, omniaque festa, & læta facit. 72 Dedit. 73 Signum: quoniam inter armatos hostes prætensa, quietem indicabat. 74 Viridis est. 75 Nec unquam frondes amittit. 76 Ita domus ea semper floret. 77 Superior pars januæ frondibus lauri ornabatur, cui subjecti erat corona querna, quæ ei dabatur, qui civem servasset, & civica dicebatur. 78 Cæteris civibus. 79 Auguste, pater Patriæ. 80 Me Ovidium. 81 In Scythia. 82 Al. latet. 83 Capitolium. 84 Augustum.



- Et quatitur trepido littera nostra metu.  
 Aspicis <sup>85</sup> exsangui chartam pallere colore? 55  
 Aspicis <sup>86</sup> alternos intremuisse pedes?  
<sup>87</sup> Quandocunque, precor, nostro placata <sup>88</sup> parenti  
<sup>89</sup> Isdem sub dominis aspicere domus.  
 Inde <sup>90</sup> tenore pari gradibus sublimia celsis  
 Ducor ad <sup>91</sup> intonsi <sup>92</sup> candida templa Dei. 60  
<sup>93</sup> Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis  
<sup>94</sup> Belides, & <sup>95</sup> stricto barbarus ense <sup>96</sup> pater:  
<sup>97</sup> Quæque viri docto veteres cepere novique  
 Pectore, lecturis inspicienda patent.  
<sup>98</sup> Quærebam fratres, exceptis scilicet <sup>99</sup> illis, 65  
<sup>1</sup> Quos suus optaret non genuisse parens.  
 Quarentem frustra <sup>2</sup> custos me <sup>3</sup> sedibus illis  
 Præpositus & sancto <sup>4</sup> jussit abire loco.  
<sup>6</sup> Altera templa peto <sup>7</sup> vicino juncta theatro:  
<sup>8</sup> Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis. 70  
<sup>9</sup> Nec me, quæ <sup>10</sup> doctis patuerunt prima libellis,  
 Atria libertas tangere passa sua est.

85 Ballido, 86 Dactylum, & Spondeum, pedes carminis Hexametri, & Pentametri. 87 Non præfinio tempus. 88 Ovidio. 89 Mancas in eadem stirpe. 90 Eodem metu, quo per Urbem ambulavi. 91 Apollinis Capitolini criniti comam non tondentis. 92 Propter marmor, quo lecta, & ornata erant; vel etiam propter elegantiore structuram. 93 In cuius templi columnis duabus alternatim insculptæ sunt statuae. 94 Quinquaginta Danaï filiae. 95 In altera videbatur pater Belidum crudelis, qui nudo gladio filiabus necem minitabatur, nisi patruces suos iugularent. 96 Danaus, qui quinquaginta habuit filias. 97 Bibliothecam intelligit, quam Augustus ædificavit in parte domus Palatinæ. 98 Quærebam in eadem Bibliotheca ceteros libros ab Ovidio compositos, tanquam fratres

meos ab ipso genitos. 99 Libris de Arte amandi. 1 Quos Ovidius, eorum auctor, optaret non composuisse. 2 Præfectus Bibliothecæ. 3 Palatio. 4 Quia est quasi quoddam templum, sapientiâ, dum nihil sanctius, ac venerabilius. 5 Quia me Bibliothecæ inserere volebat. 6 Nonnulli intelligunt templum magnæ matris; plerique templum Vestæ; perspicaciores ob sequens carmen Libertatis atrium, quod ab Asinio Pollione erectum est: quidam Herculis Museum, quem Musagerem Græco nomine vocarunt. 7 Theatro Marcelli, aut Cornelli Balbi propinquo. 8 Nec ad hæc debebam accedere, clausa enim mihi erant, cum exsulis essem filius. 9 Nec admittebar in atrium ipsius libertatis, ubi prima Bibliotheca fuit. 10 Operibus doctorum.

In



<sup>11</sup> In genus auctoris miseri fortuna <sup>12</sup> redundat;  
<sup>13</sup> Et patimur nati, quam tulit ipse, <sup>14</sup> fugam,  
 Forsitan & <sup>15</sup> nobis <sup>16</sup> olim minus asper, & <sup>17</sup> illi <sup>75</sup>  
<sup>18</sup> Evictus longo tempore Cæsar erit  
 Dī, precor, atque adeo, (neque enim mihi <sup>19</sup> turba ro-  
 ganda est)

Cæsar <sup>20</sup> ades voto, maxime Dive, meo.  
 Interea, <sup>21</sup> statio quoniam mihi publica clausa est;  
<sup>22</sup> Privato liceat delituisse loco. <sup>80</sup>  
 Vos quoque, <sup>23</sup> si fas est, <sup>24</sup> confusa <sup>25</sup> pudore repulsæ,  
<sup>26</sup> Sumite <sup>27</sup> plebeie carmina nostra manus.

<sup>11</sup> In libros, infelicis Ovidii Cæsar. <sup>22</sup> In loco hominis  
 libros. <sup>12</sup> Venit. <sup>13</sup> Et nos li- privati. <sup>23</sup> Si vobis per Augus-  
 bri Ovidii fugamur. <sup>14</sup> Exsi- tum licet. <sup>24</sup> Attonita. <sup>25</sup> Quia  
 lium ex Urbe. <sup>15</sup> Libris Ovi- me Bibliothecæ custos expulit  
 dii. <sup>16</sup> Posthac placatus. <sup>17</sup> O- ex ædibus Augusti. <sup>26</sup> Recipi-  
 vidio. <sup>18</sup> Propitius. <sup>19</sup> Alii te. <sup>27</sup> Plebeji, & privati homi-  
 Dii, præter Augustum. <sup>20</sup> Fac nes.  
 me voti compotem. <sup>21</sup> Ædes

## ELEGIA II.

## ARGUMENTUM.

*Queritur Poëta, quod facta eum in Scythiam compulerint, nec sacerdoti suo opem tulerint aut Apollo, aut Pierides. Deinde dicit, se in Scythia in assiduo fletu, & mœnore degere. Postremo Deos precatur, ut tandem sibi mori liceat.*

**E**Rgo <sup>1</sup> erat in fati, Scythiam quoque visere, nostris,  
 Quæque <sup>2</sup> Lycæonio terra sub axe jacet?  
 Nec vos, <sup>3</sup> Pierides, nec <sup>4</sup> stirps Latoia, vestro

Docta <sup>5</sup> sacerdoti turba tulistis opem?  
 Nec mihi, quod <sup>6</sup> lusi vero sine crimine, prodest; <sup>5</sup>

<sup>1</sup> Diis ita placebat. <sup>2</sup> Sub septentrionali plaga, sic appellata à Callisto Lycaonis filia, quæ in majorem Ursam mutata, Lycæonia à Poëtis nominatur. <sup>3</sup> Musæ, à *Piero*, cujus filias Musæ vicerant, ita dictæ: vel à *Pieria*, loco circa Heliconem. <sup>4</sup> Al. *Latonia*, hoc est, Apollo Latonæ, & Jovis filius, Musarum Dux, & Præses. <sup>5</sup> Ovidio: sunt enim Poëtæ Apollinis, & Musarum sacerdotes. <sup>6</sup> Scripsi carmen sine crimine vero.

Quod-



- 7 Quodque magis vitâ Musa jocosa mea est;  
 8 Plurima sed pelago, terrâque pericula passum  
 9 Ustus ab 10 assiduo frigore 11 Pontus habet.  
 12 Quique fugax rerum, securaque in otia natus,  
 Mollis, & impatiens antè 13 laboris eram; 10  
 14 Ultima nunc patior; nec me 15 mare portubus or-  
 bum  
 Perdere, 16 diversæ nec potuere viæ.  
 17 Suffecitque malis animus; nam corpus ab 18 illo  
 Accepit vires, vixque ferenda tulit.  
 19 Dum tamen & terris 20 dubius jactabar, & undis, 15  
 21 Fallebat curas, ægraque corda 22 labor.  
 Ut via finita est, 23 & opus requievit eundi;  
 24 Et pœnæ tellus est mihi tacta meæ;  
 Nil nisi flere libet; nec 25 nostro 26 parciior imber  
 Lumine, 27 de vernâ quam nive manat aqua 20  
 Roma, domusque 28 subit, desideriumque locorum,  
 Quidquid & 29 amissâ restat in Urbe 30 mei.  
 Hei mihi, 31 quod nostri toties pulsata sepulcri  
 Janua, sed nullo tempore aperta fuit!  
 Cur ego tot 32 gladios fugi, 33 totiesque minata 25  
 Obruit infelix nulla procella caput?  
 Di, quos experior nimium constanter 34 iniquos,

7 Nec mihi prodest, vitam mi-  
 nus esse improbam, quam car-  
 mina. 8 Ego, qui permulta pe-  
 ricula terrâ, & mari passus sum,  
 vivo in Ponto exsul, loco frigi-  
 do. 9 Urit frigus, hoc est, ve-  
 xat. 10 Quia Pontus ad septen-  
 trionalem plagam vergit. 11 Pon-  
 tus Euxinus, cui Tomitana ora  
 adjacet. 12 Qui forum, & lites  
 vitabam. 13 Molestiarum. 14  
 Maxima mala. 15 Pontus Por-  
 tubus ferè carens. 16 Maris, &  
 terre, in quibus  
 dura passus  
 sum citra mortem. 17 Indurit.  
 18 Animo firmato. 19 Dum ta-  
 men navigabam. 20 Incertus

salutis, & vitæ meæ. 21 Dis-  
 cutiebat curas, nec eas ita sen-  
 tirem. 22 Tempestas aspera.  
 23 Et requievi ab opere eundi.  
 24 Et perveni in terram mei ex-  
 silii, hoc est, Tomon 25 Nos-  
 tris oculis. 26 Pauciores lacry-  
 mæ. 27 Quam de nive, quæ ve-  
 re liquescit, & aqua fit. 28 In  
 mentem venit. 29 Interdicta  
 mihi. 30 Quod magni aestima-  
 bam. 31 Quod toties mortis pe-  
 riculum evasi. 32 Sicarios, quia  
 Seythiæ Tomon, ubi Ovidius ex-  
 sul erat, sæpius oppugnant.  
 33 Cum toties procellæ mortem  
 mihi minatæ sint. 34 Iratos.

Par.



35 Participes iræ quos Deus unus habet;  
 36 Exstimulate, precor, cessantia 37 fata, 38 meique  
 Interitus 39 clausas esse, vetate, fores. 30

35 Orat Poëta Deos, ne magni di sunt. 36 Protrudite. 37 Mor-  
 Caesaris subscribant iræ, quos hic tem, ut ea miserias meas finiat.  
 dicit participes iræ unius Dei, 38 Et meæ mortis. 39 Prohibi-  
 scilicet Augusti, cum quo in cap- te, ne janua mortis mihi clausa  
 put Nasonis conspirasse censen- sit.

## ELEGIA III.

## ARGUMENTUM.

AD uxorem scribens ex Scythia Poëta, se excusat, quod aliena ma-  
 nu scriptam miserit epistolam: quod aliter fieri non potuisse ostendit  
 ob adversam valetudinem, qua conflictabatur, simulque incommoda com-  
 memorat. Sed præter cætera illud fatetur esse maximum, quod careat  
 ipsius uxoris aspectu. Mandat, ut sua ossa Romam deferantur in parva  
 urna, & signentur epitaphio à se composito.

HÆc mea, si casu miraris, epistola quare  
 Alterius 1 digitis scripta sit: 2 æger eram.  
 Æger in extremis 3 ignoti partibus orbis;  
 (Incertusque meæ pæne 4 salutis eram.)  
 Quid mihi nunc animi 5 dirâ regione 6 jacenti  
 Inter Sauromatas esse, Getasque putes?  
 7 Nec cœlum patior, nec 8 aquis assuevimus istis:  
 9 Terraque, nescio, quo non placet ipsa modo.  
 Non domus apta satis: non hîc cibus utilis ægro:  
 Nullus, 10 Apollineâ qui levet arte 11 malum. 10  
 Non qui soletur, non qui, 12 labentia tardè  
 Tempora 13 narrando, 14 fallat, amicus adest.  
 15 Lassus in 16 extremis jaceo populisque, locisque:  
 Et subit 17 affecto nunc mihi, quicquid abest.

1 Manu. 2 Ægrotus. 3 Scy-  
 thiæ, quo pauci veniunt. 4 Vi-  
 tæ. 5 Immitti ob incolas, &  
 clima. 6 Afflicto. 7 Non pos-  
 sum aeri assuescere ob nimium  
 frigus. 8 Glacie obductus. 9  
 Quia sterilis, inculta, ingrata.  
 10 Medica, quia Medicinæ in-

ventor Apollo dicitur, hoc est,  
 hic nullus est Medicus. 11 Mor-  
 bum. 12 Quia tristibus tempus  
 tarde labi videtur. 13 Confa-  
 bulando. 14 Consumat, brevia  
 reddat. 15 Confectus. 16 Cog-  
 niti orbis. 17 Cogitationibus.

Et



Omnia cum subeant, <sup>18</sup> vincis tamen omnia, conjux: <sup>15</sup>  
<sup>19</sup> Et plus in nostro pectore parte tenes.  
<sup>20</sup> Te loquor absentem: te vox mea nominat unam:  
 Nulla venit <sup>21</sup> sine te nox mihi, nulla dies.  
 Quin etiam sic me, dicunt, <sup>22</sup> aliena locutum,  
 Ut foret <sup>23</sup> amenti nomen in ore tuum. <sup>20</sup>  
 Si jam <sup>24</sup> deficiat <sup>25</sup> suppresso lingua palato,  
<sup>26</sup> Vix instillato restituenda mero;  
 Nuntiet huc aliquis <sup>27</sup> dominam venisse; <sup>28</sup> resurgam:  
 Spesque tui nobis causa <sup>29</sup> vigoris erit.  
 Ergo ego <sup>30</sup> sum vitæ dubius: tu forsitan illic <sup>25</sup>  
<sup>31</sup> Jucundum nostri nescia tempus agis?  
<sup>32</sup> Non agis, adfirmo: <sup>33</sup> liquet, ò carissima, nobis,  
 Tempus agi sine me non nisi triste <sup>34</sup> tibi.  
<sup>35</sup> Si tamen implevit mea sors, quos debuit, annos,  
 Et mihi vivendi tam cito finis ades; <sup>30</sup>  
<sup>36</sup> Quantum erat, ò magni, <sup>37</sup> perituro parcere, Divi:  
 Ut saltem <sup>38</sup> patriâ contumularer humo!  
 Vel <sup>39</sup> pœna <sup>40</sup> in mortis tempus dilata fuisset,  
 Vel <sup>41</sup> præcepisset mors properata fugam.  
<sup>42</sup> Integer hanc potui nuper benè reddere lucem: <sup>35</sup>  
 Exsul ut <sup>43</sup> occiderem, nunc mihi vita data est.  
 Tam procul ignotis igitur moriemur in oris;  
 Et fient ipso <sup>44</sup> tristia fata <sup>45</sup> loco?  
 Nec mea consueto languescent corpora lecto?  
<sup>46</sup> Depositum nec me qui fleat, ullus erit? <sup>40</sup>  
 Nec <sup>47</sup> dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora

18 Tu mihi prima omnium in mentem venis. 19 Plus quam partem, seu potissimam partem in pectore meo tenes. 20 De te absente. 21 Sine tui memoria. 22 Delirasse vi morbi. 23 Ob morbum. 24 Al. deficiam, id est, animi deliquim patiar. 25 Al. suppresque, hoc est, debilis. 26 Vino leviter infuso, quia vinum vires reficit. 27 Te uxorem. 28 Convalesciam. 29 Novarum virum. 30 In periculo

mortis versor. 31 Oblectas te mei immemor. 32 Jucundum tempus. 33 Notum est. 34 A te. 35 Si vitæ finis instat. 36 Quantulum. 37 Morti proximo. 38 Romæ. 39 Exsilium. 40 Usque ad mortem. 41 Præcessisset exsilium meum. 42 Incolumis, cum nondum exsul essem. 43 Morerer. 44 Tristitiam afferentia. 45 In Scythia si moriendum. 46 In rogum, ut cremar. 47 Uxoris meæ.

Ac-



48 Accedent 49 animæ 50 tempora parva meæ?  
 51 Nec mandata dabo? nec cum 52 clamore supremo  
 53 Labentes oculos 54 condet amica manus?  
 Sed sine funeribus 55 caput hoc, sine 56 honore sepulcri  
 57 Indeploratum barbara terra teget? 16  
 58 Ecquid, ut 59 audieris, totâ turbabere mentes;  
 60 Et feries pavida pectora fida manu?  
 Ecquid, 61 in has frustra tendens tua brachia partes,  
 Clamabis miseri nomen 62 inane viri? 50  
 Parce tamen 63 lacerare genas; nec 64 scinde capillos;  
 Non tibi nunc primum, 65 lux mea, 66 raptus ero.  
 67 Cum patriam amisi, tum me 68 periisse putato:  
 69 Et prior, & gravior mors fuit illa mihi.  
 Nunc, si fortè potes, sed 70 non potes, optima con-  
 jux, 55  
 Finitis gaude tot mihi morte malis.  
 Quam potes, 71 extenua forti 72 mala corde ferendo;  
 Ad quæ jam pridem 73 non rude pectus habes.  
 74 Atque utinam pereant animæ cum corpore nostræ,  
 Effugiatque 75 avidos pars mihi nulla rogos! 60  
 Nam si 76 morte carens 77 vacuum volat altus in au-  
 ram

48 Addentur. 49 Quæ non  
 tam subito corpus relinquet. 50  
 Parvum spatium: hoc est, nec  
 lacrymæ uxoris protrahenti al-  
 quantum vitam meam. 51 Quid  
 post mortem fieri velim. 52 Fu-  
 nebri conclamatione. Nam mortis  
 erat, recens defunctorum corpora  
 aqua calida abluere, quia vitalis  
 spiritus inclusus sæpe sal-  
 lere solet, deindè per intervalla  
 ter conclamare. Cum nec tunc  
 quidem spiritus se proderet, re-  
 bus quasi desperatis rogo impo-  
 nebantur. Inde ortum prover-  
 bium: *conclamatum est*, cum ni-  
 hil spei superesse inuimus. 53  
 Morientes. 54 Al. *claudet*. 55  
 Corpus. 56 Pompa funebri. 57  
 Non defletum. 58 Nunquid. 59 Me

defunctum. 60 More Iugen-  
 tium. 61 In Scythicam plagam.  
 62 Quod nihil est. 63 Ungui-  
 bus dissecare. 64 Solve. 65 U-  
 xor dilecta. 66 Ademptus. 67  
 Cum relegatus sum. 68 Morre  
 civili. 69 Exsilium mihi gravius  
 fuit, quam mors. 70 Quia me  
 nimis amas. 71 Imminue. 72  
 Exsilium, & mortem meam. 73  
 Non inexpertum. 74 Opiat ex  
 Epicureorum sententia, ut ani-  
 mæ cum corporibus intereant;  
 nam ita aversabatur Barbaros il-  
 los, ut ne quidem post mortem  
 solam animam inter illorum ani-  
 mas esse velit, sed potius in ni-  
 hillum abiere cupiat. 75 Voraces  
 flammæ. 76 Immortalis. 77 Te-  
 nuem aërem.

Spi-



<sup>78</sup> Spiritus, & <sup>79</sup> Samii sunt <sup>80</sup> rata dicta senis;  
 Inter Sarmaticas <sup>81</sup> Romana <sup>82</sup> vagabitur <sup>83</sup> umbras,  
<sup>84</sup> Perque feros manes <sup>85</sup> hospita semper erit.  
 Ossa tamen facito parvâ referantur in <sup>86</sup> urnâ. 65  
 Sic ego <sup>87</sup> non etiam mortuus exul ero.  
 Nec vetat <sup>88</sup> hoc quisquam: <sup>89</sup> fratrem <sup>90</sup> Thebana per-  
 emptum  
<sup>91</sup> Supposuit tumulo, <sup>92</sup> Rege vetante, soror.  
 Atque ea cum <sup>93</sup> foliis, & <sup>94</sup> amomi pulvere misce:  
 Inque <sup>95</sup> suburbano condita pone solo. 70  
 Quosque legat versus oculo <sup>96</sup> properante viator,  
<sup>97</sup> Grandibus in tumuli marmore <sup>98</sup> cæde notis.  
 Hic ego qui jaceo tenerorum <sup>99</sup> lusor amorum,  
 Ingenio <sup>1</sup> perii Naso poëta meo  
 At tibi, <sup>2</sup> qui transis, ne sit grave, quisquis <sup>3</sup> amasti, 75  
 Dicere, Nasonis <sup>4</sup> molliter ossa cubent.  
<sup>5</sup> Hoc satis in <sup>6</sup> titulo est; etenim majora <sup>7</sup> libelli,  
 Et diuturna magis sunt monumenta mei.  
 Quos ego confido, quamvis nocuere, daturos  
<sup>8</sup> Nomen, & <sup>9</sup> auctori tempora longa suo. 80  
 Tu tamen extincto <sup>10</sup> feralia munera <sup>11</sup> ferto;  
 Deque tuis lacrymis humida <sup>12</sup> sarta dato.  
<sup>13</sup> Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,

<sup>78</sup> Anima. <sup>79</sup> Pythagore in insula Samonatis docentis, animas è corporibus abeuntes, primo aëra petere, deinde in alia corpora migrare. <sup>80</sup> Certa. <sup>81</sup> Anima Romani civis, Ovidii. <sup>82</sup> Oberrabit. <sup>83</sup> Animas. <sup>84</sup> Inter feras Sarmatarum animas. <sup>85</sup> Peregrina. <sup>86</sup> Sepulchrali. <sup>87</sup> Non videbor mihi exulare, si corpus in terra exsiliu mei sepe- lietur. <sup>88</sup> Sepulture officium. <sup>89</sup> Eteoclem. <sup>90</sup> Antigone, Oedipodis, Thebarum regis, filia. <sup>91</sup> Sepelivit. <sup>92</sup> Creonte, rege Thebarum. <sup>93</sup> Redolentibus. <sup>94</sup> Amomum est genus herbe odoratissimæ, Armenicum cæ-

ris præstat, fulvi coloris, habensque lignum subratum, abunde odoratum. In conservandis cadaveribus amomum adhiberi solet. <sup>95</sup> Cæmeterio. <sup>96</sup> Fugitivo. <sup>97</sup> Ut legi queant. <sup>98</sup> Scribe. <sup>99</sup> Cantator. <sup>1</sup> Relegatus sum. <sup>2</sup> Viator. <sup>3</sup> Puellam aliquam. <sup>4</sup> In cippis olim voti loco inscribebantur hæc litteræ, S. T. T. L. hoc est, *Sit tibi terra levis*. <sup>5</sup> Ad indicandum qualis sim. <sup>6</sup> *Al. tumulo*. <sup>7</sup> *A me scripti*. <sup>8</sup> *Famam æternam*. <sup>9</sup> *Mihi mortuo*. <sup>10</sup> *Inferias*, seu sacra mortuorum inferis soluta. <sup>11</sup> *Quotannis*. <sup>12</sup> *Flores*. <sup>13</sup> *Et si corpus meum comburetur*.

Sen-



Sentiet officium <sup>14</sup> mœsta favilla pium.

Scribere plura libet; sed vox mihi fessa loquendo <sup>8</sup>;

Distandi vires, siccaque lingua negat.

Accipe <sup>15</sup> supremo dictum mihi forsitan ore,

<sup>16</sup> Quod, tibi qui mittit, non habet ipse, VALE.

<sup>14</sup> Scintilla sine igne mœstam mortem instantem. <sup>16</sup> Quia hæc factura. <sup>15</sup> Ultima vice ante mittebat ægrotus.

## ELEGIA IV.

## ARGUMENTUM.

*Amicum carissimum, quem propter Augustum nominare veretur, Poëta monet, ut magna atria, potentes fugiat, qui quamvis possint plurimum prodesse, non prosunt, sed potius nocent. Laudat deinde amici fidem, quam sibi in adversis rebus nunquam defuisse cognovit, simulque enumerat exilii sui incommoda. Rogat denique ut, quam possit, illi opem ferat.*

**O** Mihi care quidem semper, sed <sup>1</sup> tempore duro  
Cognite, <sup>2</sup> res postquam procubuerunt meæ;

<sup>3</sup> Usibus edocto si quidquam credis amico;

<sup>4</sup> Vive tibi, & longè <sup>5</sup> nomina magna fuge.

Vive tibi, quantumque potes, <sup>6</sup> prælustria vitæ;

<sup>7</sup> Sævum <sup>8</sup> prælustri fulmen ab arcæ venit.

(Nam quamquam soli possunt prodesse potentes;

Non prosit potius si quis <sup>9</sup> obesse potest.)

Effugit <sup>10</sup> hibernas, <sup>11</sup> demissa antenna procellas,

<sup>12</sup> Lataque plus parvis vela <sup>13</sup> timoris habent. <sup>10</sup>

<sup>14</sup> Aspicias, <sup>15</sup> ut <sup>16</sup> summâ cortex levis innatet undâ,

Cum grave nexa simul retia mergat onus.

<sup>17</sup> Hæc ego si monitor monitus prius ipse fuisset,

<sup>1</sup> Rebus meis adversis. <sup>2</sup> Postquam fortuna mea inclinata est.

<sup>3</sup> Experientia. <sup>4</sup> Tecum habitata, & sorte tua sis contentus.

<sup>5</sup> Titulos magnos, & famam. <sup>6</sup> Illustria atria. <sup>7</sup> Exsilium, quod mihi fuit ceu sævum fulmen.

<sup>8</sup> Ab Augusti domo, in excelso loco extracta. <sup>9</sup> Nocere

<sup>10</sup> Hieme dominantes. <sup>11</sup> Lignum transversum in malo, deductum. <sup>12</sup> Late expensa. <sup>13</sup> Periculi. <sup>14</sup> Vides. <sup>15</sup> Quomodo. <sup>16</sup> Levis cortex solet in summa aqua natare, nec mergi, cum retia magno plumbi pondere mergi soleant. <sup>17</sup> Ne ad nimios honores adspirassem.

In



In qua debueram, forsitan <sup>18</sup> Urbe forem.  
 Dum tecum vixi, <sup>19</sup> dum me levis aura ferebat, <sup>15</sup>  
<sup>20</sup> Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.  
<sup>21</sup> Qui cadit in plano <sup>22</sup> (vix hoc tamen evenit ipsum)  
 Sic cadit, ut <sup>23</sup> tactâ surgere possit humo:  
 At miser <sup>24</sup> Elpenor <sup>25</sup> tectō delapsus ab alto  
 Occurrit <sup>26</sup> Regi <sup>27</sup> debilis <sup>28</sup> umbra suo. <sup>20</sup>  
<sup>29</sup> Quid fuit, ut tutas agitare Dædalus alas;  
 Icarus immensas nomine <sup>30</sup> signet aquas?  
 Nempe quod <sup>31</sup> hic <sup>32</sup> altè, demissius <sup>33</sup> ille violabat.  
 Nam pennas ambo nonne habuere suas?  
 Crede mihi; <sup>34</sup> bene qui latuit, bene vixit; & <sup>35</sup> infra <sup>25</sup>  
 Fortunam debet quisque manere suam.  
 Non foret <sup>36</sup> Eumedes <sup>37</sup> orbus, si filius ejus  
 Stultus Achilleos non adamasset equos.  
<sup>38</sup> Nec natum in flammâ vidisset, <sup>39</sup> in arbore natus,  
<sup>40</sup> Cepisset genitor si Phaëtonta <sup>41</sup> Merops. <sup>30</sup>  
 Tu quoque formida nimium sublimia semper;  
<sup>42</sup> Propositique memor contrahe vela tui.

<sup>18</sup> Roma. <sup>19</sup> Dum sorte meâ contentus eram. <sup>20</sup> Nullum contigit rebus meis incommodum. <sup>21</sup> Quia à mediocris conditionis hominibus læditur. <sup>22</sup> Quamvis & hoc sit rarum. <sup>23</sup> Quia in humum lapsus est. <sup>24</sup> Apud Circeen ebrius, dum strepitus abeuntium sociorum (Ulyssis comitum) audit, & abire properat, pronus à longis lapsus scalis colum fregit. <sup>25</sup> A domo Circes. <sup>26</sup> Ulyssi. <sup>27</sup> Al. *flexilis*. <sup>28</sup> Nam Elpenor sciscitanti Ulyssi apud inferos casum suum retulit. <sup>29</sup> Quæ causa fuit ut Dædalus tuto volaret, Icarus autem in mare caderet? <sup>30</sup> Mari Icario nomen det? <sup>31</sup> Icarus. <sup>32</sup> Et sic solis æstu cerâ liquefactâ, laxatisque alarum juncturis, in mare decidebat. <sup>33</sup> Dædalus, qui prope mare delatus, alis sæpe madefactis, in Siciliam incolumis pervenit. <sup>34</sup> Humili fortunâ con-

tentis, tutus est. <sup>35</sup> Al. *intra*. <sup>36</sup> Dolone pater. <sup>37</sup> Privatus Dolone filio: qui missus speculator ad Græcorum castra, pactus pro remuneratione Achillis equos, in Diomedem, & Ulysem incidit, qui quoque speculatum ibant ad Troianos: illi, promissa impunitate, Trojanorum consilia ab eo didicerat. Inter alia facti certiores de adventu Rhesi Dolonem interficiunt, Thracum castra aggrediuntur, equi inde abducti sunt. <sup>38</sup> Nec Phaethon periisset, si pater Merops ambitione non ductus, voluisset eum videre filium Apollinis, Phaethon enim ab irato Jove fulmine ictus, in Padum cecidit. <sup>39</sup> Heliades in populos mutatas. <sup>40</sup> Si Phaethon se Meropis filium dixisset, per Hypallagen. <sup>41</sup> Phaethontis pater putativus, & Clymenes maritus. <sup>42</sup> Et moderata tibi præpone.

Nam



Nam <sup>43</sup> pede inoffenso spatium decurrere vitæ

Dignus es : & fato <sup>44</sup> candidiore frui.

Quæ pro te ut <sup>45</sup> voveam, miti pietate mereris;

<sup>46</sup> Hæsurâque mihi tempus in omne fide.

Vidi ego te <sup>47</sup> tali vultu <sup>48</sup> mea fata <sup>49</sup> gementem,

<sup>50</sup> Qualem credibile est <sup>51</sup> ore fuisse meo.

<sup>52</sup> Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes;

Tempore quas uno, <sup>53</sup> fidaque verba, <sup>54</sup> bibi. <sup>40</sup>

Nunc quoque <sup>55</sup> submotum <sup>56</sup> studio defendis amicum;

Et mala <sup>57</sup> vix ullâ parte levanda levas.

Vive sine <sup>58</sup> invidiâ, <sup>59</sup> mollesque <sup>60</sup> inglorius annos

<sup>61</sup> Exige : amicitias & tibi junge <sup>62</sup> pares.

Nasonisque tui, <sup>63</sup> quod adhuc <sup>64</sup> non exsulat unum, <sup>45</sup>

Nomen amâ. <sup>65</sup> Scythicus <sup>66</sup> cætera Pontus habet.

Proxima sideribus tellus <sup>67</sup> Erymanthidos Ursæ

Me tenet; <sup>68</sup> adstricto terra perusta gelu.

<sup>69</sup> Bosphorus, & <sup>70</sup> Tanais <sup>71</sup> superant, <sup>72</sup> Scythicæque  
paludes;

<sup>73</sup> Vixque satis noti nomina pauca loci. <sup>50</sup>

<sup>74</sup> Ulterius nihil est, nisi non habitabile <sup>75</sup> frigus.

Heu quam vicina est ultima <sup>76</sup> terra mihi!

At longè patria est, longè carissima conjux;

Quidquid & <sup>77</sup> hæc nobis post duò dulce fuit.

Sic tamen hæc absunt; ut quæ contingere non <sup>78</sup> est <sup>55</sup>

Corpore, sint animo cuncta videnda meo.

Ante oculos <sup>79</sup> Urbisque domus, & forma locorum est;

<sup>43</sup> Sine offensione. <sup>44</sup> Felici-

<sup>45</sup> A Diis voto expetam.

<sup>46</sup> Inhæsurâ meæ memoriæ. <sup>47</sup>

<sup>48</sup> Tam tristi. <sup>49</sup> Meum exsilium.

<sup>50</sup> Dolentem. <sup>51</sup> Gemitum. <sup>52</sup>

<sup>53</sup> Vultu. <sup>54</sup> In mutuis amplexibus.

<sup>55</sup> Solantiâ. <sup>56</sup> Hausi. <sup>57</sup> Re-

<sup>58</sup> motum à te per exsilium. <sup>59</sup>

<sup>60</sup> Eloquentia tua. <sup>61</sup> Ob iram Au-

<sup>62</sup> gusti, quæ vix placari potest.

<sup>63</sup> Ambitione, cujus comes in-

<sup>64</sup> vidia est. <sup>65</sup> Juveniles, & dul-

<sup>66</sup> ces. <sup>67</sup> Sine magna fama. <sup>68</sup>

<sup>69</sup> Transige. <sup>70</sup> Aequalium tuorum.

<sup>71</sup> Nomen. <sup>72</sup> In omnium ore

est ob celebritatem. <sup>73</sup> Eu-

xinus Pontus prope Scythiam.

<sup>66</sup> Præter famam. <sup>67</sup> Arcadiæ,

ab Erymantho, Arcadiæ monte

ira dictæ. Intellige Ursam majore-

rem. <sup>68</sup> Omnia constringente.

<sup>69</sup> Bosphorus Cimmerius, ad fi-

nem Ponti situs. <sup>70</sup> Fluvius in-

tra Europam, & Asiam. <sup>71</sup> Su-

persunt. <sup>72</sup> Palus Meotis. <sup>73</sup>

Vix nomine satis nota. <sup>74</sup> Præ-

ter res dictas. <sup>75</sup> Loca ob frig-

us inhabitabilia. <sup>76</sup> Habitabi-

lis. <sup>77</sup> Post hæc. <sup>78</sup> Licet.

<sup>79</sup> Al. errat domus, urbs, & for-

ma locorum.

F

Suc-



<sup>80</sup> Succeduntque suis singula facta locis.  
 Conjugis ante oculos, sicut præsentis, imago est.  
 Illa <sup>81</sup> meos casus ingravat, illa <sup>82</sup> levat. 60  
 Ingravat hoc, quod abest; levat hoc, quod præstat  
 amorem:  
<sup>83</sup> Impositumque sibi firma tuetur onus.  
 Vos quoque <sup>84</sup> pectoribus nostris hæretis, amici;  
<sup>85</sup> Dicere quos cupio nomine quemque suo.  
 Sed timor <sup>86</sup> officium cautus compescit; & <sup>87</sup> ipsos 65  
 In nostro poni carmine nolle puto.  
 Ante volebatis, <sup>88</sup> gratique erat instar honoris,  
 Versibus in nostris nomina vestra legi.  
<sup>89</sup> Quod quoniam est <sup>90</sup> anceps, intra mea pectora quem-  
 que  
 Alloquar; & nulli causa timoris ero. 70  
 Nec meus <sup>91</sup> indicio latitantes versus amicos  
<sup>92</sup> Protrahet: occultè si quis <sup>93</sup> amavit, <sup>94</sup> amet.  
 (Scite tamen, quamvis longâ regione <sup>95</sup> remotus  
 Absim, vos animo semper adesse meo.)  
 Et, quam quisque potest, aliquâ mala nostra levate: 75  
 Fidam <sup>96</sup> projecto neve negate <sup>97</sup> manum.  
 Prospera sic vobis maneat Fortuna; nec unquam  
<sup>98</sup> Contacti simili <sup>99</sup> sorte <sup>100</sup> rogetis opem.

8 Perpendo quid ubique sit  
 factum, vel adhuc fiat. 81 Gra-  
 viores fecit, quia ea mihi caren-  
 dum est. 82 Molestiam, cum  
 in mentem venit ejus erga me  
 amor. 83 Constanter fert onus,  
 mariti absentiam, & laborem pro  
 impetrando reditu ab Augusto,  
 84 Memoriam nostram. 85 Quos  
 nominare vellem. 86 Vos cele-  
 brandi. 87 Nomina ipsorum, ne

& hoc ipsis sit damno. 88 Be-  
 neficii. 89 Vestra nomina ex-  
 primere. 90 Periculosum. 91 Ma-  
 nifestatione. 92 Notus faciet.  
 93 Me ante. 94 Et nunc occul-  
 tē. 95 Ab urbe Româ, & à vo-  
 bis. 96 Contempto exsuli. 97  
 Auxilium. 98 Perculsi. 99 In-  
 fortunio, quale meum exsilium  
 est. 100 Petatis auxilium, ut  
 ego.



## ELEGIA V.

## ARGUMENTUM.

*Amici fidem perspectam, & cognitam, in adversis præsertim rebus, laudat Ovidius, quam dicit nunquam abituram ex animo suo. Deinde fatetur, se ali parvâ spe, ut aliquando mitior fiat Augustus, & tolerabilius concedat exsilium.*

<sup>1</sup> **U**Sus amicitia<sup>2</sup> tecum mihi <sup>3</sup> parvus, ut illam  
<sup>4</sup> Non ægrè posses dissimulare, fuit:  
 Ni me <sup>5</sup> complexus <sup>6</sup> vinclis propioribus esses;  
<sup>7</sup> Nave meâ vento forsân eunte suo.  
 Ut cecidi, cunctique metu fugêre <sup>8</sup> ruinâ,  
<sup>9</sup> Versaque amicitia<sup>10</sup> terga dedêre meâ;  
 Ausus es <sup>11</sup> igne Jovis percussus tangere corpus,  
 Et <sup>12</sup> deploratâ <sup>13</sup> limen adire domûs,  
<sup>14</sup> Idque recens præstas, nec longo cognitus usu,  
 Quod <sup>15</sup> veterum misero <sup>16</sup> vix duo, tresve <sup>17</sup> mihi. <sup>18</sup> 10  
 Vidi ego <sup>19</sup> confusos vultus, visosque <sup>20</sup> notavi;  
 Osque madens fletu, pallidiusque meo:  
 Et <sup>21</sup> lacrymas cernens in singula verba cadentes,  
 Ore meo <sup>22</sup> lacrymas, <sup>23</sup> auribus illa bibi:  
<sup>24</sup> Brachiaque accepi mœsto <sup>25</sup> pendentia collo, <sup>26</sup> 15  
 Et <sup>27</sup> singultatis oscula mista sonis.  
 Sum quoque, Care, <sup>28</sup> tuis defensu viribus absens:  
 Scis <sup>29</sup> Carum veri nominis esse loco.  
 Multaque præterea manifesti signa favoris  
<sup>30</sup> Pectoribus teneo <sup>31</sup> non abitura meis. <sup>32</sup> 20

<sup>1</sup> Consuetudo, vel ipsa amicitia. <sup>2</sup> Quoniam non sæpè usus sum amicitia tua. <sup>3</sup> Facile. <sup>4</sup> Vehementer amasse. <sup>5</sup> Arcticiore amicitia. <sup>6</sup> Quia tum fortassis navis mea secundo ventô ferebatur, & eâ esset fortuna mea, à te impensius amari. <sup>7</sup> Calamitatis mære. <sup>8</sup> Me amare cessarunt. <sup>9</sup> Ira Augusti. <sup>10</sup> Miseræ. <sup>11</sup> Domum ipsam. <sup>12</sup> Ac novus amicus idem facis. <sup>13</sup> Sci-

lic. amicorum. <sup>14</sup> Perpauci. <sup>15</sup> Præstitere. <sup>16</sup> Perturbatos. <sup>17</sup> Bene observavi. <sup>18</sup> Te inter loquendum fientem videns. <sup>19</sup> Scilicet. excepi. <sup>20</sup> Verba audi-vi. <sup>21</sup> Inter oscula. <sup>22</sup> Circumdato. <sup>23</sup> Singultibus permixta. <sup>24</sup> A te. <sup>25</sup> Loco nominis proprii te appello modo Carum, periculi vitandi causa. <sup>26</sup> Recordor. <sup>27</sup> Perpetuò duratura.

F2

Di



Di tibi posse tuos tribuant<sup>28</sup> defendere semper,

Quos<sup>29</sup> in materia prosperiore juves:

Si tamen interea, quid in his ego<sup>30</sup> perditus<sup>31</sup> oris,  
(Quod te credibile est quærere) quæris, agam?

Spe<sup>32</sup> trahor exigua (quam tu mihi<sup>33</sup> demere noli)<sup>25</sup>  
<sup>34</sup> Tristia leniri lumina posse Dei.

Seu<sup>35</sup> temere<sup>36</sup> exspecto, sive id contingere fas est;

Tu mihi, <sup>37</sup> quod cupio, fas (precor) esse<sup>38</sup> proba.

<sup>39</sup> Quæque tibi linguæ est facundia, <sup>40</sup> confer in illud,

Ut <sup>41</sup> doceas <sup>42</sup> votum <sup>43</sup> posse valere meum. <sup>30</sup>

Quo quis enim major, magis est <sup>44</sup> placabilis iræ:

Et <sup>45</sup> faciles motus mens generosa capit.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:

Pugna suum finem, cum <sup>46</sup> jacer hostis, habet.

At lupus, & <sup>47</sup> turpes <sup>48</sup> instant morientibus ursi; <sup>35</sup>

Et quæcunque <sup>49</sup> minor nobilitate fera est.

Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?

<sup>50</sup> Dardanii lacrymas non tulit ille senis.

Quæ <sup>51</sup> ducis Emathii fuerit clementia, <sup>52</sup> Poros

Præclarique docent <sup>53</sup> funeris exsequiæ. <sup>40</sup>

Neve hominum referam <sup>54</sup> flexas ad mitius iras:

<sup>55</sup> Junonis gener est, <sup>56</sup> qui prius hostis erat.

Denique non possum nullam sperare salutem,

Cum pœnæ non sit causa <sup>57</sup> cruenta meæ.

Non mihi quærenti <sup>58</sup> pessundare cuncta, <sup>59</sup> peticum <sup>45</sup>

Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.

28 Liberare. 29 Causa meliore. 30 Miser. 31 Terris, vel regionibus. 32 Alor. 33 Si me non amplius defendas. 34 Iratum Cæsarem. 35 Frustrâ. 36 Ut Augustus mihi reconcilietur. 37 Justum esse quod peto. 38 Demonstra. 39 Qua polles eloquentiâ. 40 Adhibe ad illud. 41 Ostendas. 42 Desiderium placandi Augusti. 43 Me impetraturum, quod volo. 44 Ad ignoscendum. 45 Scilicet sedatu. 46 Humi prostratus. 47 Non tam generosi ac leones. 48 Pros-

tratos etiam lacerant. 49 Minus generosa. 50 Priami perentis ab Achille cadaver fui filii Hectoris. 51 Alexandri ab Emathia, vel Macedonia ita dicti. 52 Rex Indicæ, quem captivum Alexander dimisit, & ampliori regno donavit. 53 Darii victi, ab Alexandro concessæ. 54 Mitigatas. 55 Hercules, qui Heben, Junonis filiam, in cælo duxit. 56 Juno enim illi in-unxit duodecim labores immensos. 57 Capitalis. 58 Omnia mihi subicere. 59 Non insidiatus sum vitæ Augusti.

Non



- 60 Non aliquid dixi, 61 violentaque lingua locuta est;  
 Lapsaque sunt nimio verba 62 profana 63 mero.  
 64 Inscia quod crimen viderunt lumina, 65 plector:  
 Peccatumque 66 oculos est habuisse meum. 50  
 67 Non equidem totam possim defendere culpam:  
 68 Sed partem nostri criminis error habet.  
 Spes igitur superest, 69 facturum ut 70 molliat ipse,  
 Mutati poenam conditione 71 loci.  
 72 Hunc utinam nitidi Solis 73 prænuntius ortum  
 Afferat 74 admisso 75 Lucifer 76 albus equo. 56

60 Non sum quid locutus contra maiestatem Cæsaris. 61 Minans aliquid violenti. 62 Impia. 63 Præ nimia ebrietate. 64 Oculi me simplice. 65 Punior. 66 Vidisse aliquid. 67 Non quo me plane innocentem declarare. 68 Sed aliquid errori meo imputandum est. 69 Te allaboraturum. 70 Mollem faciat. 71 Exsili. 72 De poenæ mutatione. 73 Lucifer, solem orientem præcedens. 74 Celeri. 75 Veneris planeta. 76 Hoc est, felix.

## ELEGIA VI.

## ARGUMENTUM.

*Et hac Elegia laudat Ovidius amici fidem, quam etiam si vellet, minime dissimulare posse ostendit, cuius consilio si usus fuisset, fatetur se incolumem semper esse potuisse. Denique illum precatur, ut sibi Augustum mitiorem faciat, quo is sibi exsili locum mutet, quandoquidem nulli sceleris se obnoxium esse sciat.*

- F**oedus amicitiae nec vis, carissime, nostræ,  
 Nec, 1 si 2 fortè velis, dissimulare potes.  
 3 Donec enim licuit, nec te mihi carior alter,  
 Nec tibi me totâ 4 junctior Urbe fuit.  
 Isque erat usque adeò populo 5 testatus, ut esset 5,  
 Pæne magis quam tu, quamque ego, notus amor.  
 6 Quique erat in caris animi tibi candor amicis,  
 Cognito est illi, quem 7 colis ipse, 8 viro.  
 Nil ita 9 celabas, ut non ego conscius essem;  
 10 Pectoribusque dabas multa tegenda meis. 10

1 Etsi. 2 Quia nimis notum queris. 7 Veneraris. 8 Augusto, vel amico innominato. 9 Me. 10 Multa arcana mihi concedebas.

F;

Cui



Cuique ego narrabam <sup>11</sup> secreti quidquid habebam,

<sup>12</sup> Excepto quod me perdidit, <sup>13</sup> unus eras.

<sup>14</sup> Id quoque si scisses, <sup>15</sup> salvo fruerere sodali;

<sup>16</sup> Consilioque forem sospes, amice, tuo.

(Sed mea me in poenam nimirum <sup>17</sup> fata trahebant: <sup>15</sup>

<sup>18</sup> Omne bonæ claudunt utilitatis iter.)

Sive <sup>19</sup> malum potui tamen hoc vitare <sup>20</sup> cavendo:

Seu <sup>21</sup> ratio fatum vincere nulla valet;

Tu tamen, ò nobis <sup>22</sup> usu junctissime longo,

<sup>23</sup> Pars desiderii maxima pæne mei, <sup>20</sup>

Sis memor; & <sup>24</sup> si quas fecit tibi gratia <sup>25</sup> vires,

<sup>26</sup> Illas <sup>27</sup> pro nobis experiare rogo,

<sup>28</sup> Numinis ut læsi fiat mansuetior ira;

<sup>29</sup> Mutatoque minor sit mea poena loco.

<sup>30</sup> Idque ita, si nullum scelus <sup>31</sup> est in pectore nostro, <sup>25</sup>

<sup>32</sup> Principiumque mei criminis <sup>33</sup> error habet.

Nec <sup>34</sup> leve, nec <sup>35</sup> tutum est, quo sint mea, dicere,

<sup>36</sup> casu

<sup>37</sup> Lumina <sup>38</sup> funesti conscia facta mali.

Mensque <sup>39</sup> reformidat, <sup>40</sup> veluti sua vulnera, <sup>41</sup> tempus

Illud: & <sup>42</sup> admonitu fit novus ipse dolor. <sup>30</sup>

(Et quæcunque adeò possunt <sup>43</sup> afferre pudorem,

<sup>44</sup> Illa, tegi <sup>45</sup> cæcâ <sup>46</sup> condita nocte decet.)

Nil igitur referam, nisi me peccasse; <sup>47</sup> sed illo

Præmia peccato nulla petita mihi;

<sup>11</sup> Omnia mea arcana. <sup>12</sup> Quæ videram, & ob quæ in exsilium missus erat. <sup>13</sup> Solus. <sup>14</sup> Quod me perdidit. <sup>15</sup> Non exsule. <sup>16</sup> Quod mihi suppeditasset. <sup>17</sup> Inevitabilis necessitas. <sup>18</sup> Occludebant mihi omnia salutaria consilia. <sup>19</sup> Exsilium. <sup>20</sup> Mihi prospiciendo. <sup>21</sup> Nullum consilium. <sup>22</sup> Consuetudine longa. <sup>23</sup> Cujus fere maxime tangor desiderio. <sup>24</sup> Si quid gratia apud Cæsarem vales. <sup>25</sup> Facultatem juvandi amicum. <sup>26</sup> Tenta illas vires. <sup>27</sup> Pro liberatione nostra ex exsilio. <sup>28</sup> Augusti offensi. <sup>29</sup> Me in alium locum relegato. <sup>30</sup> Scil. sit. <sup>31</sup> Commisi. <sup>32</sup> Causam. <sup>33</sup> Simplificitas. <sup>34</sup> Levis res. Al. breve, scil. narratu. <sup>35</sup> Ob Augustum, quem offendere possem. <sup>36</sup> Infortunio. <sup>37</sup> Oculi mei. <sup>38</sup> Tristis. <sup>39</sup> Referre timet. <sup>40</sup> Scil. tractet. <sup>41</sup> Quo Augustus à me offensus est. <sup>42</sup> Recordatione. <sup>43</sup> Ignominia afficere. <sup>44</sup> Ignominiosa. <sup>45</sup> Perpetuo silentio involvenda sunt, quæ vidi Augustum agere. <sup>46</sup> Occulta. <sup>47</sup> Per illud peccatum nullum præmium quesivi.

Stul-



- Stultitiamque meum crimen debere vocari; 35  
 49 Nomina si facto reddere <sup>50</sup> vera velis.  
 Quæ <sup>52</sup> si non ita sunt; alium, quo <sup>53</sup> longius absim,  
 Quære, suburbana hic sit mihi terra, locum. 38

48 Simpliciter. 49 Si rem secus se habet. 52 Ab urbe Romano  
 genuino vocabulo exprimere verum, vel Tomo. 53 Quasi sub-  
 lis. 50 Convenientia. 51 Si res urbium.

## ELEGIA VII.

## ARGUMENTUM.

*Ovidius ad filiam Perillam scribens primo fatetur, se Musis vacare, quamvis illa sibi nocuerint, eamque hortatur, ut idem faciat, quo sibi immortalitatem compararet: nam ea forma elegantia, inquit, quæ in ipsa erat, senectute, & tempore vitabitur; at ingenii dotes semper permanent.*

**V** Ade salutatum <sup>1</sup> subito perarata <sup>2</sup> Perillam  
 Littera, <sup>3</sup> sermonis fida ministra mei.  
 Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,  
 Aut inter libros, <sup>4</sup> Pieridasque suas.  
 Quidquid aget, cum te scierit venisse, <sup>7</sup> relinquet: <sup>5</sup>  
<sup>6</sup> Nec mora; <sup>7</sup> quid venias, quidve, <sup>8</sup> requireret, agam.  
 Vivere me dices; sed sic, <sup>9</sup> ut vivere nolim:  
<sup>10</sup> Nec mala tam longâ nostra levata morâ.  
<sup>11</sup> Et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti;  
 Aptaque <sup>12</sup> in alternos <sup>13</sup> cogere verba pedes. <sup>10</sup>  
 Tu quoque, dic, studiis <sup>14</sup> communibus <sup>15</sup> ecquid in-  
 hæres,  
 Doctaque <sup>16</sup> non patrio carmina more canis?

<sup>1</sup> Epistola celeriter scripta. <sup>2</sup> temporis spatium non esse mi-  
<sup>3</sup> Filiam meam. <sup>3</sup> Quæ verba. <sup>4</sup> Filiam meam. <sup>5</sup> Quæ verba  
 mea fideliter transfers. <sup>6</sup> Musas auctores carminum dictas ira,  
 quia in Pieria, regione in finibus Macedoniæ, ex Jove, &  
 Mnemosyne nate sunt. <sup>7</sup> Desisteret a labore suo. <sup>8</sup> Et sine  
 mora. <sup>9</sup> Cur. <sup>10</sup> Quæret. <sup>11</sup> Qui misere vivo. <sup>12</sup> Insimul dices,  
 calamitates nostras post tantum  
 temporis spatium non esse mi-  
 nores factas. <sup>13</sup> Dices, nos ta-  
 men nihilominus iterum versus  
 componere. <sup>14</sup> In Dactylos, &  
 Spondæos, vel in Hexametros,  
 & Pentametros, sive Elegias.  
<sup>15</sup> Redigere. <sup>16</sup> Tibi cum pa-  
 tre tuo Ovidio; hoc est, Poe-  
 ticiis. <sup>17</sup> Nunquid das operam?  
<sup>18</sup> Amatorio, ut pater tuus Ovi-  
 dius.



Nam tibi cum facie mores Natura pudicos,

Et <sup>17</sup> raras <sup>18</sup> dotes, <sup>19</sup> ingeniumque dedit.

<sup>20</sup> Hoc ego <sup>21</sup> Pegasidas deduxi primus ad undas, 15

Ne male <sup>22</sup> foecundæ <sup>23</sup> vena <sup>24</sup> periret aquæ.

Primus <sup>25</sup> id aspexi <sup>26</sup> teneris in virginis annis:

Utque <sup>27</sup> pater, <sup>28</sup> venæ duxque, comesque fui.

Ergo, si remanent <sup>29</sup> ignes tibi pectoris idem,

<sup>30</sup> Sola tuum vates Lesbia vincet opus. 20

Sed vereor, ne te mea nunc <sup>31</sup> Fortuna <sup>32</sup> retardet;

Postque <sup>33</sup> meos casus sit tibi pectus <sup>34</sup> iners.

Dum licuit, <sup>35</sup> tua sæpe mihi, tibi nostra legebam;

Sæpe <sup>36</sup> tui iudex; sæpe <sup>37</sup> magister eram.

Aut ego <sup>38</sup> præbebam fictis modo versibus aures, 25

<sup>39</sup> Aut ubi cessaras, causa <sup>40</sup> ruboris eram.

<sup>41</sup> Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,

Tu quoque sis poenæ fata secuta meæ.

<sup>42</sup> Pone, Perilla, metum; tantummodo femina non sit

Devia, nec scriptis discat amare tuis. 30

<sup>43</sup> Ergo desidiæ remove, doctissima, <sup>44</sup> causas;

Inque <sup>45</sup> bonas artes, & tua <sup>46</sup> sacra redi.

<sup>47</sup> Ista decens facies longis vitiabitur annis:

Rugaque in <sup>48</sup> antiquâ fronte senilis erit.

<sup>17</sup> Planè singulares. <sup>18</sup> Bona animi, & corporis. <sup>19</sup> Poeticum. <sup>20</sup> Tuum scilicet ingenium. <sup>21</sup> Ad fontem Musarum, Hippocrenem, quem equus alatus Pegasus, pede fodiens effecit. Indicat autem Ovidius se primum filiam docuisse artem Poeticam. <sup>22</sup> Abundantis ingenti tui. <sup>23</sup> Aptitudo. <sup>24</sup> Perderetur, vel evaresceret. <sup>25</sup> Ingenium tuum notavi. <sup>26</sup> Te tenella adhuc virgine. <sup>27</sup> Al. pater scilicet. <sup>28</sup> Duxi te ad sacra Musarum. <sup>29</sup> Ardor idem poeticus. <sup>30</sup> Sola vates Sapho, ex insula Lesbos to superavit. <sup>31</sup> Exsiliium meum. <sup>32</sup> Avocat à labore poetico. <sup>33</sup> Meam relegationem.

<sup>34</sup> Minus vegetum. <sup>35</sup> Carmina. <sup>36</sup> De tuis carminibus iudicabam. <sup>37</sup> Te docebam. <sup>38</sup> Audiebam prælegere tuos versus. <sup>39</sup> Cum nihil egeras. <sup>40</sup> Pudoris, quia carmen tuum mihi non placebat. <sup>41</sup> Timeo, ne fortè & tu meo exemplo deterrita sis à studiis poeticis, quia illa mihi nocuerunt. <sup>42</sup> Noli timere. <sup>43</sup> Ergo relinque timorem poenæ, cave modo amatoriam scribas. <sup>44</sup> Metum, ne carmina tibi noceant. <sup>45</sup> Poësin. <sup>46</sup> Ea sunt vaticibus sua carmina. <sup>47</sup> Hæc tua pulchritudo senio deformabitur. <sup>48</sup> In fronte jam senio confecta.

- In-



- 49 Injicietque manum formæ 50 damnosa senectus. 35  
 Quæ 51 strepitum passu non faciente venit.  
 Cumque aliquis dicet, Fuit hæc formosa, 52 dōlebis:  
 Et speculum 53 mendax esse querere tuum.  
 54 Sunt tibi opes modicæ, cum 55 sis dignissima magnis.  
 56 Finge sed immensis censibus esse pares. 40  
 57 Nempe dat id cuicumque libet Fortuna, rapitque:  
 58 Irus & est subitò, qui modo 59 Croesus erat.  
 60 Singula quid referam? 61 nil non mortale tenemus,  
 62 Pectoris exceptis, ingeniique bonis.  
 63 En ego, 64 cum patriâ caream, vobisque, domoque;  
 65 Raptaque sint, adimi quæ potuere, mihi; 46  
 Ingenio tamen ipse meo 66 comitorque, fruorque:  
 Cæsar in hoc potuit 67 juris habere nihil.  
 Quilibet hanc sævo vitam mihi 68 finiat enses;  
 Me tamen 69 extincto fama superstes erit. 50  
 Dumque suis 70 victrix 71 omnem de montibus orbem  
 Prospiciet domitum 72 Martia Roma, legar.  
 Tu quoque, quam studii 73 maneat felicius usus,  
 74 Effuge 75 venturos, qua potes, usque rogos. 58

49 Formam sibi vindicabit, & ita sperata æternitate sua in mediis suis miseris consolatur. 64  
 turpem reddet. 50 Senectus, Cum in exsilio vivam. 65 A-  
 quæ juvenes damno afficit. 51 dempta. 66 Ingenium meum me  
 Gradu, qui non sentitur, obre- comitatur. 67 Potestatis, ut  
 pit enim tacitè senectus. 52 Quod mihi ingenium adimeret. 68 Au-  
 non amplius sis formosa. 53 Non ferat. 69 Mortuo. 70 Quæ to-  
 reddere veram, & priorem for- tum orbem devicit. 71 Al. sep-  
 mam. 54 Habes etiam modicas tem: quia Roma septem montes  
 divitias. 55 Merearis. 56 Sed est complexa, 72 A Romulo,  
 existima te possidere maximas Martis filio, condita. 73 Utinam  
 divitias. 57 Fortuna pro lubi- maneat, hoc est, cui studia fe-  
 tu dat, & adimit divitias. licius succedant, quam mihi.  
 58 Mendicus pauper. 59 Rex 74 Scriptis tuis. 75 Venturam  
 Lydiæ ditissimus. 60 Quæ pos- mortem, hoc est, ne rogos cum  
 sidemus. 61 Cuncta nostra sunt tuo corpore etiam tuum nomen  
 mortalia. 62 Animi. 63 Tol- absumat.



## ELEGIA VIII.

## ARGUMENTUM.

*Desiderio cum patriæ, tum suorum ita teneri Poëta scribit, ut cupiat celeri aliquo cursu eo se conferre, quam rem sibi Augustum solum prastare posse ostendit: narratque exsilii sui incommoda, optatque ut tandem Caesar iræ modum statuât, & mitius exsilium præbeat.*

**N**unc ego <sup>1</sup> Triptolemi cuperem conscendere cur-  
rus,

<sup>2</sup> Misit in <sup>3</sup> ignotam qui rude semen humum:

Nunc Ego <sup>4</sup> Medæ vellem frænare dracones,

<sup>5</sup> Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tuâ:

Nunc ego <sup>6</sup> jactandas optarem sumere pennas,

Sive tuas, <sup>7</sup> Perseu, <sup>8</sup> Dædale, sive tuas:

Ut <sup>9</sup> tenerâ nostris cedente volatibus aurâ

Aspicerem <sup>10</sup> patriæ dulce repente solum:

<sup>11</sup> Desertæque domûs vultum, memoresque <sup>12</sup> sodales,

Caraque præcipuè conjugis ora mihi. 10

Stulte, quid ò frustra votis <sup>13</sup> puerilibus optas,

Quæ <sup>14</sup> non ulla tulit, <sup>15</sup> fertque, feretque, dies?

Si semel <sup>16</sup> optandum est; <sup>17</sup> Augustum <sup>18</sup> numen adora:

E <sup>19</sup> quem læsisti, <sup>20</sup>, rite precare, <sup>21</sup> Deum.

Ille tibi <sup>22</sup> pennasque potes, currusque volucres 15

Tradere; <sup>23</sup> det redditum, protinus <sup>24</sup> ales eris.

Si precer <sup>25</sup> hæc, (neque enim possim majoræ precari)

Ne mea sint timeo vota <sup>26</sup> modesta parum.

1 Currum intelligit, quem à Cere-  
rere accepit Triptolemus. 2 Sæ-  
vit. 3 Ignotam sèmini, quia nun-  
quam expertum erat terram, vel  
non tum frumentum ferentem.  
4 Medea post Pelææ necem, frau-  
de interempti, junctis curru dra-  
conibus aufugit. 5 Quibus vecta  
est. 6 Movendas alas cum vo-  
larem. 7 Qui vehebatur Pegaso,  
& aliis. 8 Quo de vid. Ovid.  
Metamorph. 8. fab. 3. 9 Tenui.

10 Romæ. 11 Formam domus.  
12 Se mei. 13 Ineptis. 14 Nul-  
lum tempus. 15 Dat, & da-  
bit. 16 Ut in patriam redeam.  
17 Al. Augusti. 18 Majestatem.  
19 Cujus iram expertus es. 20 Mo-  
do debito. 21 Augustum. 22 Me-  
dia, quibus utaris instar penna-  
rum, & curruum. 23 Indulgeat.  
24 Avis eris, utendo illa celerita-  
te in redeundo. 25 Redditum  
in patriam. 26 Dum nimis peto.



Forsitan hoc <sup>27</sup> olim, cum se <sup>28</sup> satiaverit ira.

Tum quoque <sup>29</sup> sollicita mente rogandus erit. <sup>20</sup>

<sup>30</sup> Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli,

Ex his me jubeat <sup>31</sup> quolibet ire locis

Nec cœlum, nec aquæ <sup>32</sup> faciunt, nec terra, nec auræ;

Et mihi perpetuus corpora <sup>33</sup> languor habet.

Seu <sup>34</sup> viciant <sup>35</sup> artus <sup>36</sup> ægræ contagia mentis; <sup>27</sup>

Sive mei causa est <sup>37</sup> in regione mali:

<sup>38</sup> Ut tetigi Pontum, vexant <sup>39</sup> insomnia; vixque

<sup>40</sup> Ossa tegit macies; <sup>41</sup> nec <sup>42</sup> juvat ora cibus.

Quique <sup>43</sup> per autumnum percussis frigore primo

Est <sup>44</sup> color in foliis, quæ <sup>45</sup> nova læsit hyems; <sup>30</sup>

<sup>46</sup> Is mea membra <sup>47</sup> tenet: nec viribus allevor ullis;

Et nunquam <sup>48</sup> queruli causa doloris abest.

Nec melius valeo, quam corpore, mente; sed <sup>49</sup> ægra  
est

Utraque pars æquæ, <sup>50</sup> binaque damna fero.

<sup>51</sup> Hæret, & ante oculos <sup>52</sup> veluti spectabile corpus <sup>35</sup>,

Adstat <sup>53</sup> Fortunæ forma legenda meæ.

Cumque locum, moresque hominum, <sup>54</sup> cultusque,

<sup>55</sup> sonumque,

Cernimus; & quid sim, quid fuerimque <sup>56</sup> subit;

Tantus amor <sup>57</sup> necis est, querar ut de Cæsaris irâ

<sup>58</sup> Quod non offensas vindicet ense suas. <sup>40</sup>

At quoniam semel est odio <sup>59</sup> civiliter usus,

Mutato levior sit <sup>60</sup> fuga nostra loco.

<sup>27</sup> Posthac. <sup>28</sup> Augustus. <sup>29</sup> Scil. pallidus. <sup>45</sup> Principium  
Dubia, num id permissurus sit. <sup>46</sup> Scil. pallor.  
<sup>30</sup> Interea, quod minus est, licet mihi sit loco magni muneris,  
<sup>47</sup> Occupavit. <sup>48</sup> Lamentantis.  
precor, ut ex hoc loco sinat alio  
<sup>49</sup> Male se habet. <sup>50</sup> Morbum  
migrare. <sup>31</sup> Quocunque illud  
in corpore, tristitiam in animo.  
sit loco. <sup>32</sup> Mihi prosunt. <sup>33</sup>  
<sup>51</sup> Obversatur oculis. <sup>52</sup> Tan-  
Infirmas. <sup>34</sup> Corrumpunt. <sup>35</sup>  
quam corpus spectatu dignum.  
Corpus. <sup>36</sup> Tristis. <sup>37</sup> In Scy-  
<sup>53</sup> Præsens infortunium obver-  
thia. <sup>38</sup> Postquam in Pontum  
satur meis oculis. <sup>54</sup> Vestitum.  
perveni. <sup>39</sup> Dormiendi impoten-  
<sup>55</sup> Verba. <sup>56</sup> In mentem venit.  
tia. <sup>40</sup> Ossa præ macie tegun-  
<sup>57</sup> Me interficiendi. <sup>58</sup> Quod  
tur. <sup>41</sup> Et fastidio cibum. <sup>42</sup> De-  
non interficiat me gladio & inju-  
lectat. <sup>43</sup> Autumnali tempore. <sup>44</sup> vem tractavit. <sup>59</sup> Me ut ci-  
vem tractavit. <sup>60</sup> Exsilium meum.



## ELEGIA IX.

## ARGUMENTUM,

*Urbes Græcas Geticam oram incoluisse docet, & qd illæ etiam Tomitane urbi nomen fuisse impositum ostendit.*

**H**ic quoque sunt igitur Grajæ (quis crederet?)  
urbes,

Inter inhumanæ nomina barbariæ.

Huc quoque Mileto missi venere coloni,

Inque Getis Grajas constituere domos.

Sed vetus huic nomen, positæque antiquius urbe,

Constat ab Absyrty cæde fuisse, loco.

Nam ratæ, quæ curâ pugnacis facta Minervæ,

Per non tentatas prima cucurrit aquas;

Impia desertum fugiens Medea parentem,

Dicitur his remos applicuisse vadis.

Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto;

Hospes, ait, nosco Colchide vela, venit.

1 Hic etiam in Getica ora sunt  
urbes Grajæ, non lingua, & moribus,  
sed origine. 2 Græcæ. 3 Ferae gentis  
Geticæ. 4 Tomon, Mileti coloniam. 5  
Mileti quoque Tomon tenere, uti etiam  
Istropolim, aut quemadmodum aliæ  
quoque Græciæ coloniae litus Geticum  
tenere. Fuit autem Mileti urbs quondam  
Joniae totius belli, pacisque artibus princeps,  
à Mileto ita dicta. 6 Habitatores. 7  
Græcas urbes. 8 Hic aperte declarat,  
Tomon locum à cæde Absyrty denominatum,  
ubi postea urbem condiderunt Milesii,  
servato prioris loci nomine. 9 Tomo urbi,  
ubi in exsilio vivo. 10 Nam locus ille  
appellatus est Tomus, antequam urbs  
à Milesiis conderetur. 11 Propter Absyrty  
mortem. 12 Na-

vi Argo. 13 Quæ Argo navis facta cura,  
& tutela Palladis armata, quam pictam  
habuit. Aut ingeniosè, curiosè, & peritè  
faciam intellige. Nonnulli putant, eam  
Argo à celeritate Græce appellatam,  
vel ab Argo ejus inventore. 14 Bellicosæ,  
quia Minerva belli Dea est. 15 Primam  
navem per aquas non antea navigiis  
pervagatas. 16 Aetam, Colchorum regem.  
17 Getico litore. 18 Navem. 19 Aetam,  
Medeam insequentem. 20 Colle, vel rupe  
in litore Getico. 21 Aliquis ex Argonautis,  
vel Scythiis, visurus, an aliqui ex Colchide  
eos qui rapto aureo vellere aufugerant,  
insequerentur. 22 Cognosco vela hujus,  
qui ex Colchide venit, hoc est, Jasonis. 23  
Medeæ pater.

Dum



Dum trepidant <sup>24</sup> Minyæ, dum <sup>25</sup> solvitur aggere funis,  
<sup>26</sup> Dum sequitur celeres anchora tracta manus;  
<sup>27</sup> Conscia percussit meritorum pectora Colchis, <sup>25</sup>  
 Ausâ, atque <sup>28</sup> ausurâ multa <sup>29</sup> nefanda manu.  
 Et, quamquam <sup>30</sup> superest ingens audacia menti,  
<sup>31</sup> Pallor in <sup>32</sup> attonito <sup>33</sup> virginis ore sedet.  
 Ergo ubi prospexit <sup>34</sup> venientia vela: <sup>35</sup> Tenemur,  
 Et pater est aliquâ <sup>36</sup> fraude <sup>37</sup> morandus, ait. <sup>20</sup>  
 Dum quid agat <sup>38</sup> quærit, dum <sup>39</sup> versat in omnia vul-

tus;

<sup>40</sup> Ad fratrem casu lumina flexa tulit.  
<sup>41</sup> Cujus ut oblata est præsentia; <sup>42</sup> Vincimus, inquit.  
<sup>43</sup> Hic mihi morte suâ causa salutis erit.  
 Protinus <sup>44</sup> ignari nec quidquam <sup>45</sup> tale timentis <sup>25</sup>  
<sup>46</sup> Innocuum <sup>47</sup> rigido <sup>48</sup> perforat ense latus.  
 Atque ita <sup>49</sup> divellit, divulsæque membra per <sup>50</sup> agros  
 Dissipat in multis inveniendi locis.  
<sup>51</sup> Neu pater ignoret, scopulo <sup>52</sup> proponit in alto  
<sup>53</sup> Pallentesque manus, sanguineumque caput. <sup>30</sup>  
 Ut genitor, luctuque <sup>54</sup> novo tardetur, & <sup>55</sup> artus  
 Dum <sup>56</sup> legit <sup>57</sup> extinctos, <sup>58</sup> triste moretur iter.  
 Inde <sup>59</sup> Tomis dictus locus hic; quia <sup>60</sup> fertur in illo  
 Membra <sup>61</sup> soror <sup>62</sup> fratris consecuisse sui. <sup>34</sup>

<sup>24</sup> Thessali, scil. Argonautæ,  
 a regiuncula Thessaliæ ita dicti.  
<sup>25</sup> Getico litore. <sup>26</sup> Dum an-  
 chora tardè levatur. <sup>27</sup> Medea,  
 sceleris in patrem commissi sibi  
 conscia. <sup>28</sup> Scil. fratrem, filios,  
 Peliam discerptur a, Creusanique  
 cum regia combustura, &c. <sup>29</sup>  
 Scelera. <sup>30</sup> Non facile timebat.  
<sup>31</sup> Ob timorem patris insequen-  
 tis. <sup>32</sup> Perterrito. <sup>33</sup> Medea.  
<sup>34</sup> Appropinquantem navem. <sup>35</sup>  
 Capiti sumus. <sup>36</sup> Al. fraude.  
<sup>37</sup> Detinendus. <sup>38</sup> Cogitat.  
<sup>39</sup> Circumspicit omnia. <sup>40</sup> Res-  
 pexit fortè ad fratrem Absyr-

tum. <sup>41</sup> Quem cum vidit præ-  
 sentem. <sup>42</sup> Al. vicinus, datur  
 effugiendi occasio. <sup>43</sup> Frater Ab-  
 syrtus. <sup>44</sup> Nescientis, quod ip-  
 sum Medea interficere vellet.  
<sup>45</sup> Scil. mortem. <sup>46</sup> Absyrti in-  
 nocentis. <sup>47</sup> Sævo. <sup>48</sup> Traji-  
 cit. <sup>49</sup> Lacerat. <sup>50</sup> Getici li-  
 toris. <sup>51</sup> Utque patri hoc fac-  
 tum innotescat. <sup>52</sup> Ut conspici  
 possent. <sup>53</sup> Exsanguis. <sup>54</sup> Ob  
 necem filii. <sup>55</sup> Membra. <sup>56</sup> Col-  
 ligit. <sup>57</sup> Filii interfecti. <sup>58</sup> Tris-  
 titiam sibi allaturum. <sup>59</sup> A di-  
 laceratione. <sup>60</sup> Dicitur. <sup>61</sup> Me-  
 dea. <sup>62</sup> Absyrti.

ELE-



## ELEGIA X.

## ARGUMENTUM.

*Exsiliū sui incommoda describit Poëta; sed inter cetera tantam vim frigoris esse asserit, ut maria, & flumina, atque in his etiam pisces congelentur, & eo tempore Scythia hostes, equitatu, & sagittis plurimum pollentes Istrum transeant; atque ea loca depopulentur, ac homines captivos ducant.*

**S**I quis adhuc <sup>1</sup> istic meminit <sup>2</sup> Nasonis adepti,  
 Et <sup>3</sup> superest sine <sup>4</sup> me nomen in <sup>5</sup> Urbe meum;  
<sup>6</sup> Suppositum stellis <sup>7</sup> nunquam tangentibus æquor  
 Me sciat <sup>8</sup> in mediâ vivere barbarie.  
<sup>9</sup> Sauromatæ cingunt fera gens, <sup>10</sup> Bessique, <sup>11</sup> Getæ-  
 que:  
<sup>12</sup> Quam non ingenio nomina digna meo!  
 Dum tamen <sup>13</sup> aura <sup>14</sup> tepet; <sup>15</sup> medio defendimur Istro.  
<sup>16</sup> Ille suis <sup>17</sup> liquidus <sup>18</sup> bella repellit aquis.  
 At cum <sup>19</sup> tristic hyems squalentia protulit ora,  
 Terraque <sup>20</sup> marmoreo candida facta gelu est: <sup>10</sup>  
 (Dum <sup>21</sup> patet & Boreas, & nix injecta <sup>22</sup> sub Arcto;  
 Tum <sup>23</sup> liquet has gentes axe tremente premi.)  
 Nix jacet; & jactam <sup>24</sup> nec Sol, pluviæve resolvunt:  
 Indurat Boreas, <sup>25</sup> perpetuamque facit.  
 Ergo, ubi <sup>26</sup> delieuit nondum prior, altera venit: <sup>15</sup>  
 Et solet in multis <sup>27</sup> bina <sup>28</sup> manere locis.

<sup>1</sup> Romæ. <sup>2</sup> Ovidii exsulis.  
<sup>3</sup> Memoriz inheret. <sup>4</sup> Meo corpore. <sup>5</sup> Roma. <sup>6</sup> Positum sub stellis nunquam occidentibus. <sup>7</sup> Septentrionem significat. <sup>8</sup> Inter medios Barbaros. <sup>9</sup> Sarmatæ, gentes septentrionales. <sup>10</sup> Populi ad fines Thraciæ. <sup>11</sup> Populi Scythiæ. <sup>12</sup> Nomina non digna, ut ea ingenium meum celebret. <sup>13</sup> Ætas est. <sup>14</sup> Quia ibi non est fervida ætas. <sup>15</sup> Fluvio medio inter Tomitanam urbem, & Sauromatas, quia carent navibus, quibus trajiciant.

<sup>16</sup> Ister. <sup>17</sup> Gelu non astrictus. <sup>18</sup> Hostes enim nequeunt aquam transire. <sup>19</sup> Tristiciam causans. <sup>20</sup> Albo, ut marmor. <sup>21</sup> Apparet. <sup>22</sup> In septentrione sub ursa sydere. <sup>23</sup> Apparet, has gentes septentrionales cælo frigidum, in corporibus viventium tremorem excitante, urgeri. <sup>24</sup> Ob nimium frigus. <sup>25</sup> Diuturnam. <sup>26</sup> Antequam nix prior est liquefacta, superningit altera. <sup>27</sup> Nix duorum annorum. <sup>28</sup> Al. jacere.

Tan-



Tantaque <sup>29</sup> commoti vis est Aquilonis, ut altas,  
<sup>30</sup> Æquet humo turres, tectaque rapta <sup>31</sup> ferat.  
 Pellibus, & <sup>32</sup> sutis arcent <sup>33</sup> male frigora braccis;  
<sup>34</sup> Oraque de toto corpore sola patent. 20  
 Sæpè <sup>35</sup> sonant moti glacie pendente capilli,  
 Et nitet <sup>36</sup> inducto candida barba gelu:  
<sup>37</sup> Udaque consistunt formam servantia <sup>38</sup> testæ  
 Vina: <sup>39</sup> nec hausta meri, sed data frustra bibunt.  
 Quid loquar, <sup>40</sup> ut victi <sup>41</sup> concrecant frigore rivi, 25  
 Deque lacu <sup>42</sup> fragiles effodiantur aquæ?  
 Ipse <sup>43</sup> papyrifero qui non angustior amne  
 Miscetur vasto <sup>44</sup> multa per ora freto,  
<sup>45</sup> Cæruleos ventis latices <sup>46</sup> durantibus Ister  
 Congelat, & <sup>47</sup> tectis <sup>48</sup> in mare serpit aquis. 30  
 Quaque <sup>49</sup> rates ierant, pedibus nunc itur, <sup>50</sup> & undas  
 Frigore concretas ungula pulsat equi.  
 Perque <sup>51</sup> novos pontes subter labentibus undis  
<sup>52</sup> Ducunt Sarmatici <sup>53</sup> barbara plaustra boves.  
 Vix equidem <sup>54</sup> credar: <sup>55</sup> sed cum sint præmia falsi 35  
 Nulla, <sup>56</sup> ratam <sup>57</sup> testis debet habere fidem.  
 Vidimus ingentem glacie <sup>58</sup> consistere pontum,  
 Lubricaque <sup>59</sup> immotas <sup>60</sup> testa <sup>61</sup> premebat aquas.  
 Nec <sup>62</sup> vidisse sat est: <sup>63</sup> durum calcavimus æquor:  
 Undaque non <sup>64</sup> udo sub pede summa fuit. 40

29 Rapacis. 30 Diruat. 31 Auferat. 32 E villosis pellibus confectis. 33 Nocentia. 34 Sola facies est nuda, reliqua testæ. 35 Pruina crines tegente, stridorem moti edunt. 36 Congelata anhelitu. 37 Et vina nimio frigore congelata, vase fracto, formam ejus retinent. 38 Vasis. 39 Nec vinum; sed congelatum per frusta bibunt. 40 Quomodo. 41 Congelentur. 42 Glacies. 43 Nilo papyrus ferente. 44 Septem ostiis in Pontum influit. 45 Aquas fluentes, atque cæruleas. 46 Astringentibus, & congelantibus. 47 Glacie oper-

tis. 48 In Pontum Euxinum labitur. 49 Navigaverant. 50 Et equi congelatas aquas transgrediuntur. 51 Glaciem, pontis vicem sustinentem, sub qua Ister in Pontum influit. 52 Trahunt. 53 Currus Scytharum. 54 Fides adhibebitur rei, quam sum dicturus. 55 Sed quia nullum præmium reportabo, si mentiar. 56 Firmam. 57 Ovidii. 58 Concretum esse mare. 59 Glacie consistentes. 60 Aqua teste instar congelata. 61 Tegebat. 62 Aquam congelatam. 63 Mare congelatam. 64 Madefacto, cum tamen aquæ natura sit humectare.

Si



Si tibi <sup>65</sup> tale fretum quondam, <sup>66</sup> Leandre fuisset;

<sup>67</sup> Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.

Tum neque se <sup>68</sup> pandi possunt delphines, <sup>69</sup> in auras

Tollere conantes : <sup>70</sup> dura coercet hyems.

Et quamvis Boreas jactatis insonet <sup>71</sup> alis,

Fluctus in <sup>72</sup> obsessio gurgite nullus erit.

Inclusæque gelu stabunt, <sup>73</sup> ut marmore, puppest

Nec poterit <sup>74</sup> rigidas <sup>75</sup> findere remus aquas.

Vidimus in glacie pisces hædere <sup>76</sup> ligatos:

Et pars ex illis tum quoque viva fuit.

Sive igitur nimii Boreæ vis sæva marinas,

Sive <sup>77</sup> redundatas <sup>78</sup> flumine <sup>79</sup> cogit aquas;

Protinus, <sup>80</sup> æquato siccis Aquilonibus Istro,

<sup>81</sup> Invehitur celeri <sup>82</sup> barbarus hostis æquo:

Hostis <sup>83</sup> equo pollens, longeque volante sagitta

<sup>84</sup> Vicinam latè depopulatur <sup>85</sup> humum.

Diffugiunt alii; nullisque tuentibus agros

<sup>86</sup> Incustoditæ diripiuntur opes.

Ruris opes parvæ pecus, & stridentia plaustra,

<sup>87</sup> Et quas divitias incola pauper habet.

<sup>88</sup> Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,

Respiciens frustra rura, <sup>89</sup> Laremque suum.

Pars cædit <sup>90</sup> hamatis miserè <sup>91</sup> confixa sagittis:

<sup>65</sup> Ita congelatum mare. <sup>66</sup> gelato, ac si obsessum esset, hoc est, licet tempestas sit maxima, mare tamen erit quietum. <sup>67</sup> Qui Hellespontum tranare solebas. <sup>68</sup> Hellespontus non esset contaminatus tua morte. Leander enim ad Hero à se amatam noctu ire solebat per fretum Hellesponticum: cum igitur Leandri tempestate submersi cadaver ad puellam esset delatum, hæc se de turri præcipitavit. <sup>69</sup> Lari. <sup>70</sup> Ex aqua exsiliere. Delphini enim, teste Plinio, tanta vi exsiliunt, ut plerumque vela navium transvolent vento. <sup>71</sup> Asperum frigus. <sup>72</sup> Nam Poëtæ ventos fingunt esse alatos, quia aërem celeriter penetrant. <sup>73</sup> Mari con-

gelato, ac si obsessum esset, hoc est, licet tempestas sit maxima, mare tamen erit quietum. <sup>74</sup> Ceu inclusæ marmore. <sup>75</sup> Duras. <sup>76</sup> Penetrare. <sup>77</sup> Congelatos. <sup>78</sup> Copiosas. <sup>79</sup> In ipso flumine. <sup>80</sup> Congelat. <sup>81</sup> Glacie. <sup>82</sup> Transgreditur subito flumen. <sup>83</sup> Sauromatæ. <sup>84</sup> Equitatu potens. <sup>85</sup> Urbi Tomo. <sup>86</sup> Terram. <sup>87</sup> Bona rusticorum in vicini hostes. <sup>88</sup> Aliqui capti vincuntur. <sup>89</sup> Et in servitutem abripiuntur. <sup>90</sup> Domum suam. <sup>91</sup> Hamos habentibus. <sup>92</sup> Transfossa.

Nam



92 Nam 93 volucris ferro 94 tinctile virus inest.  
 Quæ nequeunt secum ferre, aut abducere, 95 perdunt: 65  
 Et cremat insontes 96 hostica flamma 97 casas.  
 Tum quoque, cum pax est, 98 trepidant formidine belli,  
 Nec quisquam presso vomere 99 sulcat humum.  
 Aut videt; aut metuit 1 locus hic, quem non videt,  
 2 hostem.

3 Cessat 4 iners rigido terra relicta situ. 70  
 5 Non hic pampinea dulcis latet uva sub umbra:  
 6 Nec 7 cumulant altos 8 fervida musta 9 lacus.  
 Poma 10 negat regio: nec haberet 11 Acontius, in quo  
 Scriberet hic 12 dominae verba legenda suæ  
 Aspicere est 13 nudos sine 14 fronde, sine arbore cam-  
 pos. 75

Heu loca felici non adeunda viro!  
 Ergo, tam late pateat cum maximus orbis,  
 15 Hæc est in poenam terra 16 reperta meam!

92 Nam veneno tingunt ac-  
 ciem sagittarum, ut vulnera e-  
 vadant curatu difficiliora. 93 Sag-  
 gittis. 94 Tinctum sanguinem  
 humano, vel quo tingitur acies  
 sagittæ. 95 Corruptum. 96 Ab  
 hostibus accensa. 97 Rustico-  
 rum tuguria. 98 Quia paci non  
 fidunt. 99 Arat terram. 1 In-  
 colæ huius loci. 2 Hostium in-  
 sidias. 3 Non colitur, nec se-  
 ritur, nec fert aliquid. 4 Pigra,  
 sterilis. 5 Hic non crescunt vi-  
 tes. 6 Nec vina exprimuntur.  
 7 Copiose implent. 8 Calida,  
 quia fervent. 9 Vasa, quibus  
 vina ex uvis expressa excipiun-  
 tur. 10 Non fert. 11 Qui ex

Cæa insula Delum navigavit ad  
 Dianæ sacra, à virginibus cele-  
 brata; ubi amore Cydippes cap-  
 tus est. Cum vero non auderet  
 eam aperte uxorem petere, frau-  
 de pomum ante puellam proje-  
 cit, cui sequentes versus ins-  
 cripti: Juro tibi sanè per mysti-  
 ca sacra. Dianè. Me tibi ventu-  
 rum comitem, sponsamque futu-  
 ram. Puella, pomo accepto, do-  
 li ignara, carmen legit, credi-  
 ditque, se sponsam dari Acon-  
 tio. 12 Cydippæ. 13 Nec silva,  
 nec gramina habens. 14 Fron-  
 diferis arboribus. 15 Pontica  
 regio. 16 Excogitata.





## ELEGIA XI.

## ARGUMENTUM.

**C**rudelissimum quemdam, suppresso nomine, accusat Ovidius: quod cum in Scythia, orbatus omni re cara, in maximis vivat incommodis, ille non his contentus, ei tamen insultet; additque: magnum illi esse dedecus, opugnare hominem prostratum, & jacentem. Monet postremo, ut memor humane sortis, nolit amplius commemorare Poëte crimina; sed ea sinat cicatricem obducere, cum præsertim nulla ejus fortuna possit fieri miserior.

**S**I quis es, <sup>1</sup> insultes quî casibus improbe, nostris,  
<sup>2</sup> Meque reum, dempto fine, <sup>3</sup> cruentus agas;  
<sup>4</sup> Natus es à scopulis, <sup>5</sup> nutritus lacte ferino:

Et dicam, <sup>6</sup> silices pectus habere tuum.

<sup>7</sup> Quis gradus ulterior, quo se tua <sup>8</sup> porrigat ira.

Restat? Quidve meis cernis abesse malis?

Barbara me tellus, & <sup>9</sup> inhospita litora Ponti,

Cumque suo Borea <sup>10</sup> Mænalis ursæ videt.

<sup>11</sup> Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ:

Omnia <sup>12</sup> solliciti sunt loca plena metus.

Utque <sup>13</sup> fugax avidis cervus deprehensus ab ursis,

Cinctaque <sup>14</sup> montanis ut pavet agna lupis:

Sic ego <sup>15</sup> belligeris à gentibus <sup>16</sup> undique septus

Terreor, hoste meum <sup>17</sup> pene premente latus.

<sup>18</sup> Utque sit exiguum pœnæ, quod conjuge cara,

Quod patriâ careo, <sup>19</sup> pignoribusque meis;

Ut mala nulla feram, nisi <sup>20</sup> nudam Cæsaris iram;

Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est?

<sup>1</sup> Exagites mea mala. <sup>2</sup> Et me perpetuo accuses. <sup>3</sup> Sanguinem meum sitiens. <sup>4</sup> Quia tam durus es, & insensibilis. <sup>5</sup> Quia tam crudelis es. <sup>6</sup> Habere cor durissimum. <sup>7</sup> Quod aliud malum superest, quod iratus mihi cupias accidere. <sup>8</sup> Proce-  
cedas. <sup>9</sup> Portu destituta, quæ-  
que accolunt feri, & inhospita-  
biles homines. <sup>10</sup> Ursæ Arca-

dia: Calisto enim, postea in ur-  
sam mutata, fuit ex Arcadia.  
<sup>11</sup> Non colloquor cum Thraciæ  
populis. <sup>12</sup> Sollicitudinem ti-  
moris injicientia. <sup>13</sup> Celer. <sup>14</sup>  
Feris. <sup>15</sup> Bellicosus. <sup>16</sup> Cir-  
cumdatus. <sup>17</sup> Propemodum, ex-  
sistente ad latus. <sup>18</sup> Quasi exsi-  
lium non sit satis pœnæ, ut acce-  
dere debeat adhuc alia. <sup>19</sup> Ami-  
cis, & liberis. <sup>20</sup> Solam.

Et



*In*

Et tamen est aliquis, qui <sup>21</sup> vulnere cruda retractet,

<sup>22</sup> Solvat & <sup>23</sup> in mores ora diserta meos.

20

In causâ <sup>24</sup> facili <sup>25</sup> cuivis licet esse disertum:

Et minimæ vires frangere <sup>26</sup> quassa valent.

<sup>27</sup> Subruere est arces, & stantia mœnia <sup>28</sup> virtus:

Quamlibet ignavi <sup>29</sup> præcipitata premunt.

Non sum ego <sup>30</sup> quod fueram; quid <sup>31</sup> inanem proteris  
umbram?

25

Quid <sup>32</sup> cinerem saxis, <sup>33</sup> bustaque nostra <sup>34</sup> petis?

<sup>35</sup> Hector erat tunc cum bello certabat; at idem

Vinctus <sup>36</sup> ad Hæmonios, non erat Hector, equos.

Me quoque, <sup>37</sup> quem noras olim, non esse memento.

Ex illo <sup>38</sup> superant hæc simulacra viro,

30

Quid simulacra, ferox, dictis <sup>39</sup> incessis <sup>40</sup> amaris?

Parce, precor, <sup>41</sup> manes sollicitare meos.

<sup>42</sup> Omnia vera puta mea crimina: nil sit in illis,

Quod magis errorem, quam scelus, esse putes.

<sup>43</sup> Pendimus en <sup>44</sup> profugi <sup>45</sup> (satia tua pectora) pœnas,

Exsilioque <sup>46</sup> graves, exsiliique <sup>47</sup> loco.

<sup>48</sup> Carnifici Fortuna potest mea <sup>49</sup> flenda videri:

<sup>50</sup> Te tamen est uno iudice <sup>51</sup> mœsta parum.

Sævior es tristi <sup>52</sup> Busiride: sævior <sup>53</sup> illo,

21 Vulnus, quod nondum co-  
vit, renovat. 22 Causam fa-  
cunde agat. 23 Contra vitam  
meam. 24 Probatu, qualis mea  
est. 25 Quilibet facile aliquid  
proferre potest. 26 Debilitata.  
27 Solo æquare. 28 Fortitudo.  
29 Jam diruta. 30 Cum Romæ  
essem. 31 Me sine ullis viribus  
conculcas. 32 Me civiliter mor-  
tuum, & sic in cineres redac-  
tum. 33 Reliquias cadaveris.  
Bustum alias erat locus, ubi mor-  
tui comburebantur, & sepelie-  
bantur, nunc est sepulcrum.  
34 Insequeris. 35 Hector erat  
fortis, cum hostibus resistere  
valebat. 36 Al. ab *Æmonio*; hoc  
est, equo Thessalo, undè Achil-  
les erat, ab *Æmo* Thessaliæ mon-

te, dicto. 37 Qualem. 38 Su-  
perest hoc corpus invalidum. Si-  
mulacrum alias est mortui ima-  
go. 39 Lacessis, accusas. 40 A-  
trocibus. 41 Animam meam,  
quæ à corpore meo discessit, in-  
quietare. 42 Existima omnia  
mea crimina, mihi objecta, esse  
vera. 43 Solvimus pœnas. 44  
Fugati in terram Scythicam. 45  
Exple crudelitatem tuam meis  
pœnis. 46 Molestas, & turpes.  
47 Urbe Tomo. 48 Homini cru-  
delissimo. 49 Miserabilis, &  
deploranda. 50 Te solo ita ju-  
dicante. 51 Afflicta. Al. *mersa*.  
52 Neptuni filio, Ægypti tyran-  
no crudelissimo. 53 Phalaride,  
crudelissimo Agrigentinorum ty-  
ranno.

G 2

Qui



Qui <sup>54</sup> falsum <sup>55</sup> lento torruit igne bovem. 40  
<sup>56</sup> Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno,  
<sup>57</sup> Et dictis artes conciliasse suas.  
<sup>58</sup> Munere in hoc, Rex, est <sup>59</sup> usus <sup>60</sup> sed imagine ma-  
 jor:

<sup>61</sup> Nec sola est <sup>62</sup> operis forma probanda mei.  
 Aspicias à dextrâ latus hoc <sup>63</sup> adapertile tauri? 45  
 Huc tibi, quem <sup>64</sup> perdes, conjiciendus erit.  
 Protinus inclusum <sup>65</sup> lentis carbonibus ure.  
 Mugiet, <sup>66</sup> & veri vox erit illa bovis.  
 Pro quibus <sup>67</sup> inventis, ut <sup>68</sup> munus munere penses,  
 Da, precor, ingenio præmia digna meo. 50  
<sup>69</sup> Dixerat: at Phalaris, Poenæ <sup>70</sup> mirande repertor,  
 Ipse tuum præsens <sup>71</sup> imbue, dixit, opus.  
 Nec mora; <sup>72</sup> monstratis crudeliter ignibus ustus  
 Exhibuit <sup>73</sup> querulos ore <sup>74</sup> tremente sonos.  
<sup>75</sup> Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque, Getas-  
 que? 55

<sup>76</sup> Ad te, <sup>77</sup> quisquis is est, nostra querela redit.  
 Utque <sup>78</sup> sitim nostro possis explere cruores;  
<sup>79</sup> Quantaque vis, avido gaudia corde feras;  
 Tot mala sum <sup>80</sup> fugiens tellure, tot æquore <sup>81</sup> passus,  
 Te quoque ut <sup>82</sup> auditis posse dolere putem. 60  
 Crede mihi; si sit <sup>83</sup> nobis collatus <sup>84</sup> Ulysses,

<sup>54</sup> Æneum, cui hominem in-  
 cludebat. <sup>55</sup> Remoto, ut inclu-  
 sus bovi eo lentius comburere-  
 tur. <sup>56</sup> Perillus, Phalaridi bo-  
 vem illum æneum preparans, sed  
 primus bovi isti inclusus, experi-  
 menti faciendi causa. <sup>57</sup> Et  
 verbis artificium suum acceptius  
 reddidisse. <sup>58</sup> Hæc Perilli sunt  
 verba ad Phalaridem. <sup>59</sup> Utili-  
 tas. <sup>60</sup> Sed usus major est, quam  
 exterius videtur. <sup>61</sup> Perillus in  
 bove isto laudat usum, & for-  
 mam. <sup>62</sup> Tauri à me facti. <sup>63</sup>  
 Quod facile aperiri potest. <sup>64</sup> In-  
 terficere volēs. <sup>65</sup> Languidiori-  
 bus post primas extinctas. <sup>66</sup> Et  
 gemitus iste similis erit voci bo-  
 vis. <sup>67</sup> Bove invento. <sup>68</sup> Tau-  
 ruffi tibi à me donatum. <sup>69</sup> Pe-  
 rillus. <sup>70</sup> Mirabilis. <sup>71</sup> Expe-  
 rire. <sup>72</sup> A se prius Regi. <sup>73</sup> Al.  
 geminos, humanos nempe, &  
 bubulos. <sup>74</sup> Al. gemente. <sup>75</sup> Cur  
 Siculorum enarro crudelitatem,  
 inter feras, & remotas gentes vi-  
 vens? <sup>76</sup> Ad exprobrandum  
 tuam in me crudelitatem rever-  
 tor. <sup>77</sup> Qui meo sanguine non  
 potes satiari. <sup>78</sup> Desiderium san-  
 guinis mei. <sup>79</sup> Quantalibet. <sup>80</sup>  
 In exsilium abiens. <sup>81</sup> In iti-  
 nere meo. <sup>82</sup> Omnibus meis  
 malis, si ea tibi referam. <sup>83</sup> Cum  
 nobis. <sup>84</sup> Qui per decennium  
 erravit.

Nep-



Neptuni <sup>85</sup> minor est, quam <sup>86</sup> Jovis ira fuit.  
 Ergo quicumque es, <sup>87</sup> rescindere vulnera noli;  
 Deque <sup>88</sup> gravi <sup>89</sup> duras ulcere tolle manus:  
 Utque meæ famam <sup>90</sup> tenuent oblivia culpæ, 65  
 Fata <sup>91</sup> cicatricem ducere nostra sine.  
 Humanæque memor <sup>92</sup> sortis, quæ <sup>93</sup> tollit eosdem,  
 Et <sup>94</sup> premit; <sup>95</sup> incertas ipse verere vices.  
 Et quoniam, <sup>96</sup> fieri quod nunquam posse putavi,  
 Est tibi de rebus maxima <sup>97</sup> cura meis; 70  
 Non est <sup>98</sup> quod timeas. Fortuna miserrima nostra est.  
 Omne <sup>99</sup> trahit secum Cæsaris ira malum.  
 \* Quod magis ut liqueat, neve hoc tibi \*\* fingere credar,  
 Ipse velim poenas experiare meas.

<sup>85</sup> Indignatio, nam Ulyssem est insecutus, quia ille ejus filium Polyphemum excæcaverat. <sup>95</sup> Vicissitudines fortunæ, quæ & tibi nocere forsā possunt.  
<sup>86</sup> Augusti. <sup>87</sup> Renovare crimina. <sup>88</sup> Magno meo malo. <sup>89</sup> Crudelis. <sup>90</sup> Imminuant. <sup>91</sup> Sarnari, quemadmodum vulnera cicatricibus coire solita. <sup>92</sup> Fortunæ. <sup>93</sup> Elevat. <sup>94</sup> Deprimit.  
<sup>95</sup> Vicissitudines fortunæ, quæ & tibi nocere forsā possunt. <sup>96</sup> Quod mihi impossibile videbatur. <sup>97</sup> Sollicitudo ne reducat in patriam. <sup>98</sup> Me rediturum esse Romam. <sup>99</sup> Fert. \* Me miserum esse. \*\* Commisisci.

## ELEGIA XII.

## ARGUMENTUM.

Poëta dicit, frigoribus pulsus, adesse vernum tempus, cujus jucunditatem à Loco Adjunctorum latius describit, incipiuntque etiam nauta tunc navigare, qui, si in Scythiam pervenerint, se illis dicit occurrere, ut ab his cognoscat Cæsaris triumphos: Quod si quis aliquid referre potuit, protinus à Poëta domum ducitur, sitque ejus hospes; precatur demum, ut domus, quam habebat in Scythia, non sit perpetua Poëta sedes, sed hospitium, ut aliquando in patriam redeat.

**F**Rigora jam <sup>1</sup> Zephyri minuunt: <sup>2</sup> annoque peracto  
<sup>3</sup> (Longior antiquis visa Mæotis hyems:)

<sup>1</sup> Venti ab occasu flantes. <sup>2</sup> gior mihi est visa, quam præterita, ubi Romæ fui. Innuit Poëta, se jam annum in Ponto fuisse.  
 Finita hieme. <sup>3</sup> Hiems Scythica, ubi palus. Mæotis est, lon-



- 4 Impositam sibi <sup>5</sup> qui non bene pertulit Hellen  
<sup>6</sup> Tempora nocturnis æqua diurna facit.  
 7 Jam violam puerique <sup>8</sup> legunt, hilaresque puellæ;  
<sup>9</sup> Rustica quam nullo terra serente gerit.  
 Prataque <sup>10</sup> pubescunt variorum flore colorum,  
<sup>11</sup> Indocilique loquax gutture <sup>12</sup> vernat avis.  
 13 Utque malæ crimen matris deponat <sup>14</sup> hirundo,  
 Sub trabibus <sup>15</sup> cunæ, parvaque testæ facit. 10  
 Herbaque, quæ latuit <sup>16</sup> Cerealibus <sup>17</sup> obruta sulcis,  
<sup>18</sup> Exerit è <sup>19</sup> tepidâ molle cacumen humo.  
 20 Quoque loco est vitis; de palmitè <sup>21</sup> gemma <sup>22</sup> mo-  
 vetur;  
<sup>23</sup> Nam procul à Getico litore vitis abest.  
 Quoque loco est arbor, <sup>24</sup> turgescit in arbore ramus; 15;  
 Nam procul à Geticis finibus arbor abest.  
 25 Oria nunc istic; <sup>26</sup> junctisque ex ordine ludis,  
<sup>27</sup> Cedunt verbosi garrula bella fori.  
 28 Usus equi <sup>29</sup> nunc est, levibus nunc luditur <sup>30</sup> armis,  
 Nunc pila, nunc celeri <sup>31</sup> volvitur <sup>32</sup> orbe trochus. 20

4 Æquinoctium vernum describit. 5 Aries, postea inter sydera collocatus, Phrixum, & Hellen per Hellespontum transiit. Sed Helle decidit in Hellespontum, quam ob causam hic Ovidius dicit, Arietem non bene pertulisse Hellen. 6 Sole Arietis signum mense Martio ingrediente, æquinoctium vernum efficit. 7 Describitur ver. 8 Colligunt. 9 Carpunt etiam alia, in agris sponte nata. 10 Florent. 11 Non docto gutture, quia à nemine, nisi à natura, doctum fuit. 12 Cantu lascivit. 13 Ut deponendo in eis cunis, & nidis pullos, videatur pila, & velle crimen filii occisi, ea educatione celare, nec mala mater dici. Nota est fabula Progenes, Ilym filium occidens, patrique Tereo cupulandum apponens, ut ulciceretur vim sorori turpiter illatam. 14 Veris prænuncia, 15 Ni-

dos, in quibus pulli foventur. 16 Frumentum Cereris donum operantis. 17 Testa. 18 Protrudit, nudat. 19 Qualis terra tempore verno esse solet. 20 In iis regionibus, in quibus vites nasci solent. 21 Oculus, quem vitis primo emittit. 22 Crescit perpetuo motu. 24 In Scythia enim non sunt vites. 24 Intumescit, vel tumet. 25 Feriæ nunc Romæ celebrantur. 26 Ludus ludo succedit; vel intelligit. Ludos Megalenses, qui fiebant. 6 Id. Aprilis, vel iuxta Livium, pridie Idus, quod eo die Cæsar Jubam, Mauritanie Regem devicisset. 27 Non dicitur ius Romæ eo tempore, quo in scena ludi celebrantur. 28 Al. Lusus equis, quos Romani docebant in gyrum flectere. 29 Aliquando. 30 Armorum exercitatione. 31 Al. peritur. 32 Agitatione.

Nunc



Nunc, ubi perfusa est <sup>33</sup> oleo labente juvenus,  
<sup>34</sup> Defessos artus <sup>35</sup> Virgine <sup>36</sup> tingit aquâ.  
<sup>37</sup> Scena viget, <sup>38</sup> studiisque favor distantibus <sup>39</sup> ardet:  
<sup>40</sup> Proque tribus resonant terna Theatra Foris.  
<sup>41</sup> O quater, & quoties non est numerare, beatum, <sup>25</sup>  
 Non interdici cui licet <sup>42</sup> Urbe frui!  
<sup>43</sup> At mihi sentitur nix verno sole soluta,  
 Quæque lacu <sup>44</sup> duro vix <sup>45</sup> fodiantur <sup>46</sup> aquæ.  
 Nec mare concrevit glacie: nec, ut ante, per <sup>47</sup> Istrum  
<sup>48</sup> Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit. <sup>30</sup>  
 Incipient aliquæ tamen huc <sup>49</sup> adnare <sup>50</sup> carinæ,  
<sup>51</sup> Hospitaque in Ponti litore <sup>52</sup> puppis erit;  
 Sedulus occurram nautæ, <sup>53</sup> dictæque salute,  
<sup>54</sup> Quid veniat, <sup>55</sup> quæram, <sup>56</sup> quisve, quibusve locis.  
 Ille quidem mirum, nî de <sup>57</sup> regione propinquâ <sup>35</sup>  
 Non nisi vicinas cautus <sup>58</sup> ararit aquas.  
 Rarus ab Italiâ <sup>59</sup> tantum mare navita transit:  
 Litora rarus in hæc portubus <sup>60</sup> orba venit.  
 Sive tamen Grajâ scierit, sive ille Latinâ  
<sup>61</sup> Voce loqui; certè <sup>62</sup> gravior hujus erit. <sup>40</sup>  
 Fas quoque ab ore <sup>63</sup> freti <sup>64</sup> longæque Propontidos un-  
 dis

<sup>33</sup> Unguento, quo ungeban-  
 tur athletæ certaturi. <sup>34</sup> Exer-  
 citiis. <sup>35</sup> Aqua Virginis, à vir-  
 gine, quæ ejus fontem Romæ in-  
 dicaverat, dicta. <sup>36</sup> Romani ve-  
 teres campum Martium Tiberi  
 vicinum delegerunt, in quo juve-  
 nes post exercitia armorum sudo-  
 rem, & pulverem abluerunt. <sup>37</sup>  
 In qua in præsens varii ludi ex-  
 hibentur. <sup>38</sup> Favoribus diver-  
 sis, alii enim aliis in ludis fave-  
 bant. <sup>39</sup> Irascitur, optat, aut  
 præ nimio alicujus partis amore  
 utitur. <sup>40</sup> Al. *cunque*. Et tria  
 theatra cum tribus foris, Roma-  
 no, Julio, & Augusto, vicina  
 campo Martio, ubi hæc specta-  
 cula exhibentur, præ nimio cla-  
 mantium strepitu resonant. <sup>41</sup> O  
 infinites felix, cui licet esse  
 Romæ. <sup>42</sup> Roma. <sup>43</sup> Hic ni-  
 vem verno tempore liquefieri  
 cerno. <sup>44</sup> Congelato. <sup>45</sup> Rum-  
 pantur. <sup>46</sup> Scil. sentiuntur. <sup>47</sup>  
 Congelatum. <sup>48</sup> Stridentes cur-  
 rus incolæ à regione Sauromati-  
 ca, agens tauros, currum trahen-  
 tes, agit. <sup>49</sup> Adnavigare. <sup>50</sup> Na-  
 ves. <sup>51</sup> Peregrina. <sup>52</sup> Navis.  
<sup>53</sup> Postquam ipsum salutavi. <sup>54</sup>  
 Cur. <sup>55</sup> Interrogabo. <sup>56</sup> Al.  
*quisve* scil. sit. <sup>57</sup> Propontide,  
 Thracia, &c. <sup>58</sup> Navigarit na-  
 vi aquas sulcans. <sup>59</sup> Tam mag-  
 num. <sup>60</sup> Privata. <sup>61</sup> Lingua.  
<sup>62</sup> Jucundior erit sermo latinus,  
 quia mihi est patrius. <sup>63</sup> Helles-  
 ponti. <sup>64</sup> Cujus longitudo un-  
 decim, latitudo tantum tria mil-  
 lia passuum.



Huc aliquem certo <sup>65</sup> vela dedisse Noto.  
<sup>66</sup> Quisquis is est, memori <sup>67</sup> rumorem voce referre,  
<sup>68</sup> Et fieri famæ parsque, gradusque potest:  
 Is, precor, auditos possit narrare triumphos 45  
<sup>69</sup> Cæsaris, & <sup>70</sup> Latio reddita vota Jovi:  
 Teque <sup>71</sup> rebellatrix tandem Germania magni  
<sup>72</sup> Triste caput pedibus supposuisse <sup>73</sup> Ducis.  
<sup>74</sup> Hæc mihi qui <sup>75</sup> referet, quæ non vidisse dolebo;  
 Ille meæ domui protinus hospes erit. 50  
 Hei mihi! jamne <sup>76</sup> domus Scythico Nasonis in orbe?  
 (Jamque <sup>77</sup> suum mihi dat pro <sup>78</sup> Lare poena locum?)  
 Di faciant, Cæsar non hîc <sup>79</sup> penetrale, domumque,  
<sup>80</sup> Hospitium poenæ sed velit esse meæ. 54

<sup>65</sup> Ventis adnavigasse. <sup>66</sup> Qui-  
 cunque ad Ponticum litus vene-  
 rit. <sup>67</sup> Incertos vulgi sermones.  
<sup>68</sup> Rumor iste potest ad partem  
 aliquam, vel gradum veritatis  
 pervenire. <sup>69</sup> Drusi, vel Au-  
 gusti, cuius ille auspiciis bella  
 gerebat. <sup>70</sup> Capitolino, qui Ro-  
 mæ colebatur, quæ erat pars La-  
 tiæ. <sup>71</sup> Quæ diu jugum detrec-

tasti. <sup>72</sup> Ferox, contumax. <sup>73</sup>  
 Tiberii, hoc est, ab eo victam  
 esse. <sup>74</sup> Hos triumphos. <sup>75</sup> Nar-  
 rabit. <sup>76</sup> Domus mea. <sup>77</sup> Lo-  
 cum ipsius exsilii, hoc est, To-  
 mon, in qua urbe poenam luo.  
<sup>78</sup> Domo. <sup>79</sup> Intimum domus  
 locum. <sup>80</sup> Diversorium ad tem-  
 pus.

## ELEGIA XIII.

### ARGUMENTUM.

*CUM natalis Poëta adesset, superfluum fuisse dicit, in ea loca se  
 venisse; ubi non licet sibi ex more solennia sacra exhibere; monetque,  
 ne amplius redeat, dum in Scythia erit.*

**E**cce <sup>1</sup> supervacuus (quid enim fuit utile gigni?)  
<sup>2</sup> Ad sua natalis tempora noster adest.  
<sup>3</sup> Dure, quid ad miseros veniebas exulis annos?  
 Debueras illis imposuisse <sup>4</sup> modum.  
<sup>5</sup> Si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset;

<sup>1</sup> Superfluum. <sup>2</sup> Tempore, quo  
 natus sum. <sup>3</sup> O crudelis natalis,  
 cur venisti hac meæ ætate tam  
 infelici? Nam debuisses exsi-  
 lium mihi nato avertere finien-  
 do vitam, aut equam exulassem.  
<sup>4</sup> Finem, ut morerer. <sup>5</sup> Si tu  
 me curares.

Non



6 Non ultra patriam me sequerere meam.  
 7 Quoque loca<sup>7</sup> primum tibi sum<sup>8</sup> malè cognitus infans,  
 Illo tentasses ultimus esse mihi.  
 9 Jamque relinquendâ<sup>10</sup> (quod idem fecêre sodales)  
 Tu quoque dixisses tristis in Urbe,<sup>11</sup> Vale. 10  
 12 Quid tibi<sup>13</sup> cum Ponto? num<sup>14</sup> te quoque Cæsaris  
 ira

Extremam gelidi misit in orbis humum?  
 Scilicet expectas<sup>15</sup> soliti tibi moris honorem,  
 Pendeat ex humeris vestis ut<sup>16</sup> alba meis?  
 17 Fumida<sup>18</sup> cingatur florentibus ara coronis? 15  
 19 Micaque solemnî thuris in igne sonet?  
 20 Libaque dem pro me,<sup>21</sup> genitale potantia tempus?  
 Concipiamque bonas, ore<sup>22</sup> favente, preces?  
 23 (Non ita sum positus, nec sunt<sup>24</sup> ea tempora nobis,) 20  
 Adventu possim lætus ut esse tuo.  
 Funeris ara mihi<sup>25</sup> ferali cincta cupresso  
 Convenit, & structis<sup>26</sup> flamma parata rogis.  
 Nec dare<sup>27</sup> thura libet nihil<sup>28</sup> exorantia Divos:  
 29 In tantis subeunt nec bona verba malis.  
 Si tamen est aliquid nobis<sup>30</sup> hac luce petendum; 25  
 31 In loca ne redeas amplius ista, precor;  
 Dum me terrarum pars pæne<sup>32</sup> novissima Pontus,  
 33 Euxini falso nomine dictus, habet.

6 Non esses exulis comes. 7 Debuisses me etiam Salmone, ubi natus sum, interficere. 8 Infelicitè. 9 Al. *Inque relinquendo*, hoc est, in permittendo me mori in urbe. 10 Nam me ab Augusto relegatum reliquerunt. 11 Ut non ulterius ad me venires. 12 Scil. negotii est. 13 Cum urbe Tomo in Ponto, ubi exsul sum. 14 Uti me huc misit. 15 Consuetam celebrationem. 16 Quam natalem suum celebrantes induebant. 17 Fumans ex oblato sacrificio. 18 Floribus, & sertis ornatur. 19 Et offeram thus. 20 Sacrificem. Liba erant placenta ad sacrificia apta. 21 Natale. Al. *geniale*, hoc est, lætum, aut quo genio sacrificatur. 22 Bona verba proferente. 23 Non est sic status meus. 24 Tam felicis. 25 Funebri. 26 Exequiæ. 27 Sacrificare. 28 Precibus conciliantia, quia mihi non concedunt reditum in patriam. 29 Nec precari mihi placet. 30 Hoc natali. 31 Ne anno sequenti sim in Ponto. 32 Ultima. 33 Maris illius, quod Pontum alluit.



## ELEGIA XIV.

## ARGUMENTUM.

*A* Mici colligentis ejus scripta, fidem, & amorem laudat Poëta, hortatur, ut, quoad potest, ejus nomen in urbe retineat, simulque exponit Metamorphosis opus in-mendatum è manibus exisse. Postremo dicit, quicquid exsilii tempore compositum à se fuit in Scythia, excusandum esse.

**C**ultor, & <sup>1</sup> antistes doctorum sancte virorum,  
 Qui facis <sup>2</sup> ingenio semper amice meo?  
 Ecquid, ut <sup>3</sup> incolumem quondam <sup>4</sup> celebrare solebas,  
 Nunc quoque, ne videar <sup>5</sup> totus abesse, <sup>6</sup> caves?  
<sup>7</sup> Colligis <sup>8</sup> exceptis ecquid mea carmina solis  
 Artibus, <sup>9</sup> artifici quæ nocuere suo?  
 Immo <sup>10</sup> ita fac, <sup>11</sup> vaturn, quæso, studiose novorum:  
<sup>12</sup> Quaque potest, retine corpus in <sup>13</sup> Urbe meum.  
<sup>14</sup> Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,  
 Qui <sup>15</sup> domini poenam non meruere sui. 10  
 Sæpe per extremas profugus pater exsultat oras;  
 Urbe tamen <sup>16</sup> natis exsulis esse licet.  
<sup>17</sup> Pallidis exemplo, de me <sup>18</sup> sine matre <sup>19</sup> creata  
 Carmina sunt, stirps hæc, progeniesque mea est.  
<sup>20</sup> Hanc tibi commendo: quæ <sup>21</sup> quo magis orba parente,  
15  
 Hoc tibi <sup>22</sup> tutori <sup>23</sup> sarcina major erit.  
<sup>24</sup> Tres mihi sunt nati <sup>25</sup> contagia nostra secuti:  
<sup>26</sup> Cætera fac curæ sit tibi turba palam.

<sup>1</sup> Primus, qui alios omnes antecessis. <sup>2</sup> Quem semper amavi. <sup>3</sup> Nondum exsulem. <sup>4</sup> Laudare. <sup>5</sup> Non esse Romæ. <sup>6</sup> Provides. <sup>7</sup> An legis? <sup>8</sup> Præter libros de Arte amandi. <sup>9</sup> Mihi eos componenti. <sup>10</sup> Sic collige omnia mea carmina, exceptis amatoris. <sup>11</sup> Poëtarum. <sup>12</sup> Et quantum. <sup>13</sup> Roma. <sup>14</sup> Mihi, non libris meis indictum est exsilium. <sup>15</sup> Auctoris. <sup>16</sup> Liberis ejusdem.

<sup>17</sup> E Jovis cerebro nata, ut fabula dicit. <sup>18</sup> A me solo producta. <sup>19</sup> Facta. <sup>20</sup> Progeniem, & stirpem, hoc est, carmina mea. <sup>21</sup> Quo ego amplius relegatus sum. <sup>22</sup> Defensori. <sup>23</sup> Quia carentes parentibus majori auxilio opus habent. <sup>24</sup> Tres libri de Arte amandi. <sup>25</sup> Nostra mala: nam & ipsi ex urbe ejecti sunt. <sup>26</sup> Reliquos libros palam defende.

Sunt



27 Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,

28 Carmina de domini funere rapta sui. 20

Illud opus potuit, 29 si non prius ipse perissem,

30 Certius 31 à summâ nomen habere manu.

Nunc incorruptum 32 populi pervenit in ora:

33 In populi quicquam si tamen ore meum est.

34 Hoc quoque nescio quid nostris 35 appone libellis, 25

36 Diverso missum quod tibi 37 ab orbe venit.

Quod quicumque leget, (si quis leget) æstimet ante

Compositum 38 quo sit tempore, quoque loco.

39 Æquus erit scriptis, quorum cognoverit esse

Exsiliu tempus, barbariemque locum. 30

Inque tot adversis carmen mirabitur ullum

40 Ducere me tristi 41 sustinuisse manu.

Ingenium 42 fregere meum mala: 43 cujus & ante

Fons infœcundus, parvaque 44 vena fuit.

Sed quæcunque fuit, nullo exercente refugit, 35

Et longo periit 45 arida facta situ.

Non hic librorum, per quos 46 inviter, 47 alarque,

Copia: pro libris 48 arcus, & arma sonant.

Nullus in hac terrâ, 49 recitem si carmina, cujus

Intellecturis auribus utar, adest. 40

Nec, quo 50 secedam, locus est: 51 custodia muri

Submovet infestos, clausaque porta Getas.

(Sæpè aliquod verbum quæro, nomenque, locumque:

27 Sunt etiam quindecim libri 40 Scribere. 41 Potuisse. 42 Metamorphoseon. 18 Inopinato enim exsilio libri illi inemendati mansere. 29 Si non antea in exsiliu missus fuisset. 30 Certiorem titulum, aut clariorem famam. 31 Post ultimam emendationem. 32 Vulgus de eo loquitur. 33 Si modo populus Romanus scripta mea legit. 34 Carmen substitutum. 35 Ad scribere. 36 A Scythia. 37 Tristiti. 38 In Scythia. 39 Iudex

40 Corruptum. 43 Quod & ante parvum fuit. 44 Ars. 45 Quia diu non est adhibita adversus. 46 Ad studia. 47 Et sustenter. 48 Scytharum, hoc est, hic bellum est continuum. 49 Subjiciam amici iudicio carmina mea. 50 Ut sim solus in loco quodam ameno. 51 Vigiles in muris, & portæ clausæ hostes arcent.

Nec



Nec quisquam est, <sup>52</sup>, à quo certior esse queam.)  
 Dicere sæpè aliquid conanti (turpe fateri) 45  
 Verba mihi desunt; <sup>53</sup> dedidicique loqui.  
 Threicio, Scythicoque ferè <sup>54</sup> circumsonor <sup>55</sup> ore:  
 Et videor <sup>56</sup> Geticis scribere posse modis.  
 Crede mihi, timeo ne sint <sup>57</sup> immista Latinis,  
 Inque meis scriptis Pontica verba legas. 50  
 Qualemcumque igitur venia <sup>58</sup> dignare libellum:  
 Sortis & <sup>60</sup> excusa <sup>61</sup> conditione meæ.

<sup>52</sup> A quo noscar. <sup>53</sup> Oblitus sum facultatis loquendi. <sup>54</sup> Quia singuli circa me utuntur sermone Threicio, & Getico. <sup>55</sup> Verbis. <sup>56</sup> Quia linguam Geticam didici. <sup>57</sup> Getica verba. <sup>58</sup> Ornatum vel minus. <sup>59</sup> Dignum iudicia, & excusa. <sup>60</sup> Aliis. <sup>61</sup> Quoniam ut exsul in perpetuo luctu, & calamitate vivo.





PUBLII OVIDII NASONIS

## TRISTIUM

LIBER QUARTUS.

## ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

*Excusandos esse dicit Poëta suos libellos, si quid fuerit in his reprehendendum: siquidem exsul hæc scribebat, non gloriæ cupiditate, sed ut requiem peteret; & dolorem exsiliî carminibus consolaretur. Enumerat postremo mala, quæ in Scythia patitur.*

**S**I qua <sup>1</sup> meis fuerint, ut erunt, <sup>2</sup> vitiosa libellis,  
 Excusata <sup>3</sup> suo tempore, lector, habe.  
 Exsul eram, requiesque mihi, non <sup>4</sup> fama petita est:  
 Mens <sup>5</sup> intenta suis ne foret usque malis.  
<sup>6</sup> Hoc est cur cantet <sup>7</sup> vinctus quoque compede fossor,  
<sup>8</sup> Indocili numero <sup>9</sup> cum grave mollit opus:  
 Cantet & innitens <sup>10</sup> limosæ pronus arenæ  
 Adverso <sup>11</sup> tardam qui trahit æmne ratem.  
<sup>12</sup> Quique refert pariter lentos ad pectora remos,  
<sup>13</sup> In numerum pulsâ brachia versat aquâ.  
 Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit  
 Pastor; <sup>14</sup> arundineo carmine mulcet oves.  
 Cantantis pariter, pariter <sup>15</sup> data pensa trahentis  
<sup>16</sup> Fallitur ancillæ, decipiturque labor.

<sup>1</sup> In. <sup>2</sup> Vitia. <sup>3</sup> Quia in exsilio scripsi. <sup>4</sup> Nominis celebris. <sup>5</sup> Semper sollicita. <sup>6</sup> Hæc est causa. <sup>7</sup> Qui in ergastulis vinctus tenetur, & agros fodit. <sup>8</sup> Cantu rudi. <sup>9</sup> Cum molestiam fodiendi laborem mollem, & levem facit. <sup>10</sup> Nautas innuit, in ripa stantes, & gravissimas na- ves per flumina ita trahentes, ut

toto corpore proni incedant. <sup>11</sup> Navem gravem, indeque tardam. <sup>12</sup> Et ille cantat, qui assidue remigat. <sup>13</sup> Cantat, ut & cantu cognoscat, quando remi in aquam sint mittendi. <sup>14</sup> Fistulæ ex arundine factæ cantu. <sup>15</sup> Lanam ad pondus datam ex colo deducentis. <sup>16</sup> Non ita sentitur, quod sit difficilis.

Fer-



<sup>17</sup> Fertur & <sup>18</sup> abductâ <sup>19</sup> Lyrnesside tristis Achilles <sup>15</sup>  
<sup>20</sup> Hæmoniâ curas <sup>21</sup> attenuasse lyrâ.  
 Cum <sup>22</sup> traheret silvas Orpheus, & dura canendo  
 Saxa, bis amissa <sup>23</sup> conjuge <sup>24</sup> mœstus erat.  
 Me quoque <sup>25</sup> Musa levat, <sup>26</sup> Ponti loca jussa petentem.  
<sup>27</sup> Sola comes nostræ perstitit illa fugæ. <sup>20</sup>  
 Sola nec <sup>28</sup> insidias, Threci nec militis ensem,  
 Nec mare, nec ventos, barbariemque timet.  
 Scit quoque, cum perii, <sup>29</sup> quis me deceperit error:  
 Et <sup>30</sup> culpam in facto, non scelus, esse meo.  
 Scilicet hoc <sup>31</sup> ipso nunc æqua, quod obfuit ante. <sup>25</sup>  
 Cum mecum juncti criminis <sup>32</sup> acta rea est.  
 Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,  
<sup>33</sup> Piëridum sacris imposuisse manum.  
 Sed nunc quid faciam? <sup>34</sup> vis me tenet ipsa sororum:  
 Ec carmen demens carmine læsus amo. <sup>30</sup>  
 Sic nova <sup>35</sup> Dulichio <sup>36</sup> lotos gustata <sup>37</sup> palato,  
 Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.  
 Sentit <sup>38</sup> amans sua damna ferè; tamen hæret in illis,  
<sup>39</sup> Materiam culpæ persequiturque suæ.  
 Nos quoque delectant, quamvis nocuere, <sup>40</sup> libelli: <sup>35</sup>  
 Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.  
 Forsitan hoc studium possit <sup>41</sup> furor esse videri:  
 Sed quiddam furor hic utilitatis habet.  
 Semper <sup>42</sup> in obtutu mentem vetat esse malorum;

<sup>17</sup> Narratur. <sup>18</sup> Ab Agamemnone Achilli erepra. Vide Ovid. Heroid. Epist. 3. <sup>16</sup> Hyppodamia, Brisei filia, à Lyrnesso Trojæ oppido, Lyrnesia dicta. <sup>20</sup> Al. Æmonia, hoc est, Lyra Achillis Æmonii, seu Thessali, Thessalia autem dicta est Æmonia ab Æmone Rege Thessaliæ. <sup>21</sup> Diminuisse. <sup>22</sup> Cantu alliceret ad se arbores, & saxa. <sup>23</sup> Eurydice. <sup>24</sup> Tristis, sed cantu dolorem leniebat. <sup>25</sup> Carmen quod compono, ut dolorem levem. <sup>26</sup> Urbs Tomos mihi mandata. <sup>27</sup> Sola me non reliquit. <sup>28</sup> Cum-

cta pericula. <sup>29</sup> Cur relegatus sim. <sup>30</sup> Errorem. <sup>31</sup> Carmine. <sup>32</sup> Denotat carmina amatoria, quæ cum Ovidio damnata sunt. <sup>33</sup> Musarum Poësin tractasse. <sup>34</sup> Poësis suavitas me delectat. <sup>35</sup> Ulyssi, ab Insula Dulichio ita vocato. <sup>36</sup> Arbor, cujus dulcedine Ulyssis socii ita capiebantur, ut feditum in patriam obliviscerentur. <sup>37</sup> Instrumento gustus. <sup>38</sup> Amator. <sup>39</sup> Amorem, cujus amator ipse est culpa. <sup>40</sup> Versus. <sup>41</sup> Rabies, insania. <sup>42</sup> In contemplatione malorum, quibus premor.

Præ-



Præsentis <sup>43</sup> casûs immemoremque facit. 40  
 Utque suum <sup>44</sup> Bacchis non sentit <sup>45</sup> saucia <sup>46</sup> vulnus,  
 Dum <sup>47</sup> stupet <sup>48</sup> Edonis exululata jugis;  
 Sic ubi <sup>49</sup> mota calent viridi mea pectora <sup>50</sup> thyrsos,  
 Altior humano <sup>51</sup> spiritus ille malo est.  
 (Ille nec exsilium, <sup>52</sup> Scythici nec litora Ponti, 45  
 Ille nec iratos sentit habere <sup>53</sup> Deos.)  
 Utque <sup>54</sup> soporiferæ biberem si pocula Lethes,  
<sup>55</sup> Temporis adversi sic mihi sensus habet.  
 Jure <sup>56</sup> Deas igitur <sup>57</sup> veneror mala nostra levantes;  
 Sollicitæ comites ex <sup>58</sup> Helicone fugæ: 50  
 Et partim pelago, partim <sup>59</sup> vestigia terræ,  
 Vel ratè dignatas, vel pede nostra sequi.  
 Sint præcor hæ saltem <sup>60</sup> faciles mihi: <sup>61</sup> namque Deo-  
 rum

Cætera cum magno Cæsare turba facit.  
 Meque <sup>62</sup> tot adversis cumulant, quot litus arenas, 55  
 Quotque fretum piscès, ovaque piscis habet.  
 Vere prius flores, æstu numerabis aristas,  
 Poma per autumnum, frigoribusque nives;  
<sup>63</sup> Quam mala, quæ <sup>64</sup> toto patior jactatus in orbe,  
<sup>65</sup> Dum miser Euxini litora læva peto. 60  
 Nec tamen, <sup>66</sup> ut veni, <sup>67</sup> levior fortuna malorum est:  
 Huc quoque sunt nostras <sup>68</sup> fata secuta vias.  
<sup>69</sup> Hic quoque cognosco natalis <sup>70</sup> stamina nostri;

43 Exsilii. 44 Phebas vates Apollinis, quæ Baccho Orgia celebrat, furore correpta. Vide 5. Metam. 45 Deo plena. 46 Furor. 47 In furore est. 48 Al. Idæis. Ululatum edens, quo Bacchi sacerdotes in Ida Phrygiæ monte, & Cretæ utuntur, dum Cybeles sacra celebrant. 49 Agitata. 50 Hasta pampinis circumdata, quam Bacchi sacerdotes in ejus sacris gestabant, denotat spiritum poeticum. 51 Furor ille Apollineus. 52 Ponti Euxini. 53 Augustum iratum. 54 Lethe flumen apud inferos soporem, & oblivionem in bibentibus producebat. 55 Consideratio temporis mei infelicitis me stupidum reddit. 56 Musas. 57 Honoro. 58 Monte Bæotiae, Musarum sede. 59 Vias nostras. 60 Favente. 61 Cæteri enim Dii, ut Cæsar mihi irati sunt. 62 Innumerabilibus. 63 Numerabis. 64 In variis orbis partibus. 65 Antequam Tomum perveni. 66 Cum in Scythiam perveni. 67 Minora mala patior. 68 Eadem infortunia, quæ Romæ mihi obsuere. 69 In Scythia. 70 Fila, quæ mihi nent paræ.

Sta-



Stamina <sup>71</sup> de nigro vellere facta mihi.  
 Utque nec <sup>72</sup> insidias, capitisque periculz narrem, <sup>65</sup>  
 Vera quidem, ~~vera~~ sed graviora <sup>73</sup> fide; <sup>1781</sup>  
 Vivere quam miserum est inter Bessosque, Getasque  
 Illi, <sup>74</sup> qui populi semper in ore fuit!  
 Quam miserum, <sup>75</sup> portâ vitam, <sup>76</sup> muroque tueri,  
 Vixque sui tutum <sup>77</sup> viribus esse loci! <sup>70</sup>  
 Aspera militiæ <sup>78</sup> juvenis <sup>79</sup> certamina fugi,  
<sup>80</sup> Nec nisi lusurâ movimus arma manu.  
 Nunc senior gladioque latus, scutoque sinistram,  
<sup>81</sup> Canitiem galeæ <sup>82</sup> subjicioque meam.  
 Nam dedit <sup>83</sup> è specula custos ubi signa <sup>84</sup> tumultûs, <sup>75</sup>  
 Induimur <sup>85</sup> trepidâ protinus arma manu.  
 Hostis, habens arcus, imbutaque tela veneno,  
 Sævus <sup>86</sup> anhelanti mœnia <sup>87</sup> lustrat equo.  
 Utque rapax <sup>88</sup> pecudem, <sup>89</sup> quæ se non texit ovili,  
 Per sata, per silvas, fertque, trahitque lupus, <sup>80</sup>  
 Sic, si quem nondum portarum sepe receptum  
 Barbarus in campis repperit hostis, <sup>90</sup> agit.  
 Aut sequitur caprus, conjectaque vincula collo  
 Accipit, <sup>91</sup> aut telo virus habente cadit.  
 Hic ego <sup>92</sup> sollicitæ jaceo novus incolâ sedis. <sup>85</sup>  
 Heu nimium <sup>93</sup> fati tempora longa mei!  
 Et tamen ad <sup>94</sup> numeros, antiquaque sacra reverti  
<sup>95</sup> Sustinet in tantis hospita Musa malis.  
 Sed neque cui recitem, quisquam est, mea carmina; nec qui  
<sup>96</sup> Auribus accipiat verba Latina suis. <sup>90</sup>  
<sup>97</sup> Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque, legoque:

<sup>71</sup> Infelicitatis plena. <sup>72</sup> Mihi structas. <sup>73</sup> Quam ut credi queat. <sup>74</sup> Qui semper fuit celeberrimus. <sup>75</sup> Tomi urbis. <sup>76</sup> Ab hostibus defendere. <sup>77</sup> Munimentis. <sup>78</sup> Nam Ovidius in juventute sua miles in Asia fuit. <sup>79</sup> Bella odio habuit. <sup>80</sup> Et tantum ludendi causâ arma tractavi. <sup>81</sup> Canos meos. <sup>82</sup> Tego. <sup>83</sup> E loco elevato. <sup>84</sup> Timoris. <sup>85</sup> Getas advenire. <sup>86</sup> Tremens

ob timorem, & senium. <sup>86</sup> De-fesso præ mimio cursu. <sup>87</sup> Circum equitat lustrandi ergo. <sup>88</sup> Ovem. <sup>89</sup> Quæ se non continuit in ovili. <sup>90</sup> Al. habet scilicet captivum. <sup>91</sup> Venenata sagittâ interficitur. <sup>92</sup> Periculosi loci. <sup>93</sup> Mortis. <sup>94</sup> Versus. <sup>95</sup> Audet. <sup>96</sup> Capiat, intelligat. <sup>97</sup> Ipse, quod composui, mihi perlego, deque eo judico.

Tu-



98 Tutaque iudicio littera nostra suo est.  
 Sæpè tamen dixi: 99 Cui nunc hæc cura laborat?  
 An mea 1 Sauromatæ scripta, Getæque legent?  
 Sæpè etiam lacrymæ me sunt scribe profusa, 95  
 Humidaque est fletu 2 littera facta meo.  
 3 Corque vetusta meum tanquam 4 nova vulnera sentit;  
 Inque sinum 5 mœstæ labitur imber aquæ:  
 Cum 6 vice mutata quid sim, fuerimque recordor,  
 Et tulerit 7 quo me casus, & 8 unde, 9 subit; 100  
 Sæpè manus demens 10 studiis irata malignis  
 Misit in arsueros carmina nostra 11 focos.  
 Atque ita de multis, quoniam non multa supersunt,  
 12 Cum veniâ facito; quisquis es, ista legas.  
 Tu quoque non melius, quam sunt mea tempora; car-  
 men 105  
 Interdicta mihi 13 consule, Roma, boni.

98 Ne mihi iterum noceat. 99 Nempè in Scythiam. 8 Scil.  
 Cui bono carmina scribo? 1 Ea Roma. 9 Incidit. 10 Poëti is.  
 non intelligentes. 2 Charta. 3 ignes. 11 Mihi ignoscens,  
 Mens mea. 4 Novam pœnam. si forte erravero. 13 Bene in-  
 5 Lacrymarum ex tristitia instar terpretare.  
 imbris manantium. 6 Vicissim.

## ELEGIA II.

## ARGUMENTUM.

Tiberium Germanicam expeditionem suscepisse, in Scythiam ad Poëtam  
 fama pertulerat. Dicit ergo victoriam fortasse ab eo partam fuisse, cum  
 hæc scriberet. Ejus autem triumpho icti se mente interesse, quando-  
 quidem corpore non possit. Quid si quis ei triumphi formam retulerit,  
 quavis vero, tamen ostendit, se auditurum tanta lætitia, ut proprium  
 incommodum sit posthabiturus publicæ lætitiæ.

J Am 1 fera 2 Cæsaribus Germania, 3 totus ut orbis,  
 Victa potes flexo 4 succubuisse genu;  
 5 Altaque velentur fortasse Palatia sertis,

1 Pertinax. 2 De Tiberii, non 4 Domita esse à Tiberio. 5 Et  
 Drusi, expeditione est intelligen- celsæ Augusti ædes in monte Pa-  
 dum. Drusus enim aliquot annis latino extructæ, forsân vestian-  
 ante exsilium Ovidii in Germa- tur coronis ob victoriam Germa-  
 nia perierat. 3 Scil. est victus. nicam.

H

Thu-



6 Thuraque in igne sonent, 7 inficiantque diem;  
 8 Candidaque 9 adducta collum percussa securi  
 Victima purpureo sanguine 10 tingat humum:  
 11 Donaque amicorum templis promissa Deorum  
 Reddere victores 12 Cæsar uterque parent:  
 Et qui Cæsareo 13 juvenes 14 sub nomine crescunt,  
 Perpetuo terras ut 15 domus ista regat: 10  
 Cumque bonis 16 nurbus pro 17 sospite 18 Livia 19 nato  
 Munera det meritis, 20 sæpè datura, Deis:  
 Et pariter 21 matres, & 22 quæ sine crimine castos  
 Perpetuâ servant virginitate focos.  
 Plebs 23 pia, cumque piâ lætentur plebe 24 Senatus; 15  
 25 Parvaque cujus eram pars ego nuper, Eques.  
 26 Nos procul expulsos communia gaudia fallunt:  
 27 Famaque tam longè non nisi parva venit.  
 Ergo omnis poterit populus spectare triumphos;  
 Cumque 28 ducum titulis 29 oppida capta leget; 20  
 Vinclaque captivâ Reges cervice gerentes  
 30 Ante coronatos ire videbit equos:  
 Et cernet vultus aliis 31 pro tempore 32 versos,  
 Terribiles aliis, immemoresque sui.  
 Quorum pars 33 causas, & 34 res, & nomina quæret: 25  
 Pars 35 referet, quamvis noverit ipsa parum:  
 36 Is, qui 37 Sidonio fulget sublimis in ostro,

6 Sacrificia fiant. 7 Fumo obs-  
 curent. 8 Qualis post obtentam  
 victoriam sacrificari solebat. 9  
 Elevata securi, ut fit in icu.  
 10 Conspingat. 11. Votiva, ab  
 Imperatoribus Deorum sibi fa-  
 ventium templis promissa. 12 Au-  
 gustus, & Tiberius. 13 Germa-  
 nicus Drusi, & Drusus Tiberii  
 ex Agrippina filius. 14 Quia &  
 hi Cæsares dicuntur. 15 Fami-  
 lia Cæsarum. 16 Uxoribus Ger-  
 manici, & Drusi junioris, Agrip-  
 pina, & Livia. 17 Incolumi.  
 18 Augusti uxor. 19 Tiberio.  
 20 Dii enim post sæpè dabant  
 victorias. 21 Nuptæ ob alios in-  
 columes. 22 Virgines Vestales.  
 23 Principes amans. 24 Scilicet.

Romanus. 25 Et equites lætan-  
 tur, inter quos & ego, licet mi-  
 nimus, fui. 26 Me patria pul-  
 sum fugit communis sententia. 27  
 Et pauca de illa læticia percipio.  
 28 Captorum, qui in triumphis  
 circumducere solebant. 29 Quo-  
 rum imagines circum ferebantur.  
 30 Ante currus triumphales. 31  
 Pro ratione temporis, exigentis,  
 ne victi sint feroces. 32 Mu-  
 tatos. 33 Quare sint terribiles,  
 & in triumphum ducantur. 34 Ab  
 iis gestas. 35 Narrabit. 36 Qua-  
 si digito a populo monstratus,  
 est hostium Imperator summus.  
 37 Purpurea veste, qui color  
 apud Sidonios optimus tingitur.

Dux



Dux fuerat belli : <sup>38</sup> proximus ille duci.  
 Hic, <sup>39</sup> qui nunc in humo lumen miserabile figit,  
 Non isto vultu, <sup>40</sup> cum tulit arma, fuit. 30  
 Ille ferox, oculis & adhuc hostilibus <sup>41</sup> ardens,  
 Hortator pugnae, <sup>42</sup> consiliumque fuit.  
 Perfidus hic nostros <sup>43</sup> inclusit fraude locorum,  
 Squallida <sup>44</sup> promissis qui tegit ora comis.  
 Illo, qui sequitur, dicunt mactata <sup>45</sup> ministro 35  
 Sæpè <sup>46</sup> recusanti <sup>47</sup> corpora capta Deo.  
<sup>48</sup> Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes,  
 Plena feræ cædis, plena cruoris erant.  
 Drusus in his quondam meruit <sup>49</sup> cognomina terris,  
 Quæ bona progenies digna <sup>50</sup> parente fuit. 40  
<sup>51</sup> Cornibus hic fractis viridi <sup>52</sup> malè tectus ab ulvâ,  
<sup>53</sup> Decolor ipse <sup>54</sup> suo sanguine Rhenus erit.  
 Crinibus en etiam <sup>55</sup> fertur <sup>56</sup> Germania <sup>57</sup> passis,  
 Et Ducis <sup>58</sup> invicti sub pede mœsta sedet.  
 Collaque Romanæ præbens <sup>59</sup> animosa <sup>60</sup> securi 45  
 Vincula fert illâ, qua tulit arma, manu.  
 Hos super in curru, Cæsar, victore vehêris  
<sup>61</sup> Purpureus populi <sup>62</sup> ritè <sup>63</sup> per ora tui:  
 Quaque ibis <sup>64</sup> manibus circumplaudêre tuorum;  
 Undique <sup>65</sup> jactato flore tegente vias. 50  
<sup>66</sup> Tempora Phœbeâ lauro cingetur ; Iôque,

<sup>38</sup> Secundus à duce. <sup>39</sup> Qui nunc terram modo miserabili in-  
 tuetur. <sup>40</sup> In prælio. <sup>41</sup> Mi-  
 cans. <sup>42</sup> Duci hostium fuit à  
 consiliis. <sup>43</sup> Al. *Illust.* in hos-  
 tium insidias, ut transfuga, Ro-  
 manos præcipitavit, aut in loca  
 iniqua duxit. <sup>44</sup> Al. *demissis*,  
 longis crinibus, quales Germa-  
 nis in usu erant. <sup>45</sup> Sacrorum.  
<sup>46</sup> Tot corpora mactari. <sup>47</sup> Bel-  
 lo captos sacrificatos. <sup>48</sup> De-  
 picta loca in triumphis circum-  
 ferri solita. <sup>49</sup> Ut, victis Ger-  
 manis, diceretur Germanicus.  
<sup>50</sup> Patre Tiberio Claudio Nero-  
 ne, matre Livia. <sup>51</sup> Viribus.  
<sup>52</sup> Præ timore, ut victus, latens

sub herba palustri. <sup>53</sup> Habens  
 colorem deformem. <sup>54</sup> Acco-  
 larum. <sup>55</sup> Circumfertur. <sup>56</sup> I-  
 mago ejus. <sup>57</sup> Sparsis, ut tris-  
 tem decet. <sup>58</sup> Triumphantis.  
<sup>59</sup> Fortia, qualia sunt Germa-  
 norum. <sup>60</sup> Ut feriantur. <sup>61</sup> In  
 purpurea veste, ut triumphator.  
<sup>62</sup> Solemnissime. <sup>63</sup> Quia om-  
 nes de te loquuntur. <sup>64</sup> A Ro-  
 manis manuum collisione hono-  
 raberis. <sup>65</sup> Sparsis floribus. <sup>66</sup>  
 Imperatores, & duces triumphan-  
 tes caput lauro, Apollini sacra,  
 ornabant, militibus, currum  
 triumphalem cingentibus, *70*  
*triumphe*, canentibus.



- Miles, iō, magnâ voce, Triumphe, <sup>67</sup> canet.  
 Ipse <sup>68</sup> sono, plausuque simul, fremituque <sup>69</sup> canentum  
<sup>70</sup> Quâdrijugos cernes sæpè <sup>71</sup> resistere equos.  
 Inde petes <sup>72</sup> arcem & <sup>73</sup> delubra faventia votis: 55  
 Et dabitur merito laurea <sup>74</sup> vota Jovi.  
 Hæc ego <sup>75</sup> submotus, qua possum: <sup>76</sup> mente videbo:  
<sup>77</sup> Erepti nobis jus habet illa loci.  
 Illa per immensas spatiat libera terras:  
<sup>78</sup> In cœlum celeri pervenit illa viâ. 60  
<sup>79</sup> Illa meos oculos mediam deducit in urbem;  
<sup>80</sup> Immunes tanti nec sinit esse boni.  
 Invenietque viam, qua currus spectet <sup>81</sup> eburnos.  
<sup>82</sup> Sic certè <sup>83</sup> in patriâ per breve tempus ero.  
<sup>84</sup> Vera tamen populus capiet spectacula felix: 65  
 Lætaque erit præsens cum Duce <sup>85</sup> turba suo.  
 At mihi <sup>86</sup> fingenti tantum longèque remoto  
<sup>87</sup> Auribus hic fructus percipiendus erit.  
 Atque procul <sup>88</sup> Latio <sup>89</sup> diversum missus in orbem  
 Qui narrat <sup>90</sup> cupido, vix <sup>91</sup> erit, ista mihi. 70  
 Is quoque jam <sup>92</sup> serum referet, <sup>93</sup> veteremque trium-  
 phum.  
<sup>94</sup> Quo tamen audiero tempore, lætus ero.  
<sup>95</sup> Illa dies veniet, mea qua lugubria <sup>96</sup> ponam;  
<sup>97</sup> Causaque privatâ publica major erit. 75

67 Clamabit. 68 Tubarum, aliorumque instrumentorum Musicorum. 69 Clamantium. Al. *calentes*, sive animosos equos. 70 Quatuor equos albos, qui imperatoris triumphantis currum deauratum trahebant. 71 Vel aurigæ præ nimio strepitu, vel multitudini obstanti. 72 Capitolium. 73 Templum Jovis Capitolini votis tuis faventis. 74 Promissa. 75 Absens. 76 Animo perpendam. 77 Mens nostra jure intrare potest Romam, & cuncta perpendere. 78 Et cœlum illa subito cogitatione ascendit. 79 Mea mens oculis meis cuncta representat, quasi ipsi Romæ essent. 80 Nec cir-

câ tantum bonum eos sinit esse otiosos. 81 Triumphales. 82 Hac ratione, scilicet mente. 83 Romæ. 84 Non imaginaria, ut ego. 85 Multitudo. 86 Imaginanti, me ea videre. 87 Hæc utilitas tanti triumphus est audienda, quia eadem interesse non licet. 88 Ea parte Italiæ, ubi Roma, & Tiberina ostia sunt. 89 In Scythiam, quasi alterum orbem. 90 Audiendi. 91 Reperietur. 92 Quia jam dudum susceptus fuit. 93 Dudum præteritum. 94 Quocumque. 95 Qua illa audiam. 96 Qua tristitiam meam deponam. 97 Et publica lætitia huius triumphus plus valebit, quam propria tristitia.

ELE-



## ELEGIA III.

## ARGUMENTUM.

*U*tramque Ursam precatur Poëta, ut Romanam urbem, ac uxorem aspiciant, sibi que referant, sitne ea mariti memor, an non. Postmodum seipsum arguit, quod dubitet de uxoris fide, à qua se amari intelligat. Tum eam laudat, doletque, quod sua causa in perpetuo luctu versatur. Denum eam hortatur, ut in fide permaneat.

**M**agna, minorque <sup>1</sup> feræ; quarum regis <sup>2</sup> altera Grajas,

<sup>3</sup> Altera Sidonias, <sup>4</sup> utraque sicca, <sup>5</sup> rates:  
Omnia cum summo positæ videatis <sup>6</sup> in axe,

Et maris occiduas <sup>7</sup> non subeatis aquas,

<sup>8</sup> Ætheriamque suis <sup>9</sup> cinges <sup>10</sup> amplexibus arcem <sup>5</sup>  
Vester <sup>11</sup> ab intactâ circulus exstet humo;

Aspicite <sup>12</sup> illa, præcor, quæ <sup>13</sup> non bene mœnia quon-  
dam

Dicitur <sup>14</sup> Iliades transiluisse Remus.

Inque meam <sup>15</sup> nitidos <sup>16</sup> dominam convertite vultus:

Sitque memor nostri, necne, <sup>17</sup> referte mihi.

Hei mihi! cur, <sup>18</sup> nimium quæ sint manifesta, requiro? <sup>10</sup>

Cur <sup>19</sup> labat ambiguo spes mihi mista metu?

<sup>20</sup> Crede quod est, quod vis; ac desine <sup>21</sup> tuta vereri:

Deque <sup>22</sup> fide certâ sit tibi certa <sup>23</sup> fides.

<sup>24</sup> Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ, <sup>15</sup>

Non mentiturâ tu tibi voce refer:

<sup>1</sup> Ursæ: minor dicitur Cynosura: major Helice. <sup>2</sup> Major Græcos, quam hi in navigando sequebantur. <sup>3</sup> Minor Phœnicum ab urbe Sidone dictorum. <sup>4</sup> Quia neutra unquam occidit, nec in Oceanum sub horizontem descendit. <sup>5</sup> Naves. <sup>6</sup> In summo cœlo, vel apud summum polum. <sup>7</sup> Non occidatis. <sup>8</sup> Polum Arcticum. <sup>9</sup> Amplectans. <sup>10</sup> Quia Ursæ videntur polum Arcticum amplecti. <sup>11</sup> Sit supra terram, quam non ambit

brevis circulus, ut reliqua. <sup>12</sup> Roman. <sup>13</sup> Infelicit. <sup>14</sup> Remus filius. <sup>15</sup> Lucidos. <sup>16</sup> Uxorem. <sup>17</sup> Annunciate. <sup>18</sup> Quæ sat clare scio. <sup>19</sup> Dubitat. <sup>20</sup> Ovidi crede, tuam uxorem, uti etiam revera est, tui esse memorem. <sup>21</sup> An illa sit tui memor. <sup>22</sup> Fidelitate constanti. <sup>23</sup> Credulitas. <sup>24</sup> Et quod utraque Ursa tibi de fide illius nunciare non potest, ipse tibi responde responsione verissima.

H 3

Es-



25 Esse tui memorem, de quâ tibi maxima cura est;  
 Quodque potes, secum 26 nomen habere tuum.  
 27 Vultibus illa tuis 28 tanquam præsentis inhæret,  
 Teque remota procul, si modo vivit, amat. 20  
 Ecquid 29 ut incubuit 30 justo 31 mens ægra dolori,  
 32 Lenis 33 ab admonito pectore somnus abit?  
 Tunc 34 subeunt 35 curæ, dum te lectusque, locusque  
 36 Tangit, & oblitam non sinit esse mei.  
 Et veniunt 37 æstus, & nox 38 immensa videtur; 25  
 39 Fessaque jactati corporis ossa dolent.  
 Non equidem dubito, quin hæc, & cætera fiant;  
 Derque tuus 40 casti signa doloris amor:  
 Nec 41 cruciari minus, quam cum 42 Thebana cruen-  
 tum  
 43 Hectora 44 Thessalico vidit ab axe 45 rapi. 30  
 Quid tamen ipse 46 precer dubito: nec dicere possum,  
 47 Affectum quem te mentis habere velim.  
 Tristis es? 48 indignor, quod sum tibi causa doloris:  
 Non 49 es? 50 ut amisso conjuge digna fores.  
 Tu vero tua 51 damna dole, mitissima conjux; 35  
 52 Tempus 53 & à nostris exige triste malis:  
 54 Fleque meus casus: 55 est quædam flere voluptas;  
 56 Expletur lacrymis, 57 egeriturque dolor.  
 58 Atque utinam lugenda tibi non vita, sed 59 esset

25 Uxorem tuam. 26 Quia te ipsum habere nequit. 27 Imagini tuæ. 28 Ac si tu ipse esses. 29 Postquam inhæsit. 30 Quo ex justa causa afficeris. 31 Mens tua, ò uxor, nimio mei dolore fatigata. 32 Non profundus ob nimium dolorem. 33 A mente, quæ ipsam admonet, quid mihi contigerit. 34 Tibi occurrunt. 35 Tuæ de me sollicitudines. 36 Sic afficit, ac si tangeret. 37 Vehementiores sollicitudines, vel amores mei. 38 Desiderio mei. 39 Lassa nimia jactatione, cum dormire nequit. 40 Al. *maxi*. 41 Dolo afficiaris. 42 Andromache Etionis, Thebarum in Sicilia regis, filia,

& Hectoris uxor. 43 Suum maritum. 44 A curru Achilles Thessali. 45 Trahi circa moenia Trojana. 46 De amore tuo. 47 Amorem, an tristitiam. 48 Egredere. 49 Scilicet tristis. 50 Hoc est: Velim, te, tanquam maritum amiseris, tristem esse. 51 Detrimenda, quæ mea causa patieris. 52 Per reliquum temporis spatium tristis vive. 53 Post meum exilium. 54 Deplora infortunium meum. 55 Dulce est flere. 56 Lacrymæ sunt solatium doloris. 57 Evacuatur. 58 Et oh non hanc infelicem meam vitam, sed mortem lugere congereris! 59 Lugenda.

Mors



Mors mea, <sup>60</sup> morte fores <sup>61</sup> sola relicta meâ! 40  
<sup>62</sup> Spiritus hic <sup>63</sup> per te patrias exisset in auras |  
 Sparsissent <sup>64</sup> lacrymæ pectora nostra pia!  
<sup>65</sup> Supremoque die <sup>66</sup> notum spectantia cœlum  
<sup>67</sup> Texissent digiti <sup>68</sup> lumina nostra tui!  
 Et <sup>69</sup> cinis in <sup>70</sup> tumultu positus jacuisset avito! 45  
<sup>71</sup> Tactaque nascenti <sup>72</sup> corpus haberet humus!  
 Denique &, ut vixi, sine crimine mortuus essem!  
 Nunc mea <sup>73</sup> supplicio vita <sup>74</sup> pudenda suo est.  
 Me miserum, si tu, cum diceris exsulis uxor,  
<sup>75</sup> Avertis vultus, & subit ora rubor! 50  
 Me miserum, si turpe putas <sup>76</sup> mihi nupta videri!  
 Me miserum, si te jam pudet esse <sup>77</sup> meam!  
 Tempus ubi est illud, quo <sup>78</sup> me jactare solebas  
 Conjuge, nec nomen <sup>79</sup> dissimulare viri?  
 Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis <sup>80</sup> illa referre) 55  
 Et dici memini, <sup>81</sup> juvit & esse meam?  
 Utque <sup>82</sup> probæ dignum est, <sup>83</sup> omni tibi dote placebam.  
 Addebat <sup>84</sup> veris multa <sup>85</sup> faventis amor.  
 Nec <sup>86</sup> quem præferres, <sup>87</sup> (ita res tibi magna videbar)  
<sup>88</sup> Quemve tuum malles esse, vir alter erat. 60  
 Nunc quoque ne <sup>89</sup> pudeat, quod sis <sup>90</sup> mihi nupta:  
 tuusque  
<sup>91</sup> Non dolor <sup>92</sup> hinc debet, debet abesse pudor.  
 Cum <sup>93</sup> cecidit <sup>94</sup> Capaneus <sup>95</sup> subito <sup>96</sup> temerarius ictus;

60 Utinam mortuus fuisset te  
 superstiti. 61 Sine me. 62 Hæc  
 mea vita. 63 Per tuas manus.  
 64 Lacrymæ tuæ de me, pieta-  
 tem spirantes. 65 Ultimo. 66  
 In quo sum natus, & educatus.  
 67 Clausissent. 68 Oculos nos-  
 tros. 69 Busta mea. Cadavera  
 enim apud Romanos combure-  
 bantur, cinere in urna servato.  
 70 Sepulcro majorum meorum.  
 71 Tacta à me recens nato. 72  
 Cadaver meum. 73 Exsilio. 74  
 Ignominiosa. 75 Præ pudore.  
 76 Exsuli. 77 Uxorem 78 Tuum  
 esse maritum. 79 Prædicare.

80 Quæ subsequuntur. 81 De-  
 lectavit. 82 Probam uxorem de-  
 cet. 83 Omnibus ingenii viribus.  
 84 Bonis, quæ revera in me e-  
 rant. 85 Tuus in me favor amo-  
 re plenissimus. 86 Maritum mi-  
 hi præferres. 87 Tanti à te æs-  
 timabar. 88 Omnibus me præ-  
 ferebas. 89 Te. 90 Mea uxor.  
 91 Dolere debes, non erubescere.  
 92 Quod mea uxor facta sis.  
 93 Mortuus est. 94 Unus sep-  
 tem regum Thebas obsidentium.  
 95 Fulminis ictu. 96 Impius,  
 quia se, invito Jove, Thebas  
 capturum dixerat.



Num legis <sup>27</sup> Evadnen <sup>28</sup> erubuisse viro?  
Nec quia <sup>29</sup> Rex mundi compescuit ignibus ignes, 65

Ipse <sup>1</sup> tuus, Phaëton, <sup>2</sup> inficiandus eras.

<sup>3</sup> Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti;

<sup>4</sup> Quod precibus periiit ambitiosa suis.

Nec tibi, quod <sup>5</sup> sævis ego sum Jovis ignibus ictus,

<sup>6</sup> Purpureus molli fiat in ore rubor: 70

Sed magis in nostri curam consurge <sup>7</sup> tuendi,

Exemplumque mihi conjugis esto <sup>8</sup> bonæ:

<sup>9</sup> Materiamque tuis tristem <sup>10</sup> virtutibus imple.

Ardua per <sup>11</sup> præceps gloria vadat iter.

<sup>12</sup> Hæctora quis nosset, si <sup>13</sup> felix Troja fuisset? 75

Publica <sup>14</sup> Virtutis per mala facta via est.

<sup>15</sup> Ars tua, <sup>16</sup> Tiphys, <sup>17</sup> vacet, <sup>18</sup> si non sit in æquore fluctus:

<sup>19</sup> Si valeant homines, <sup>20</sup> ars tua, Phœbe, vacet.

Quæ <sup>21</sup> latet, <sup>22</sup> inque bonis cessat non cognita rebus,

<sup>23</sup> Apparet virtus, <sup>24</sup> arguiturque malis. 80

<sup>25</sup> Dæ tibi nostra locum tituli Fortuna, caputque

Conspicuum pietas qua tua tollat habet.

Utere <sup>26</sup> temporibus, quorum nunc munere <sup>27</sup> freta es.

<sup>28</sup> En patet in laudes area lata tuas. 83

<sup>27</sup> Capanei uxorem. <sup>28</sup> Propter mariti sui casum. <sup>29</sup> Jupiter sedans Phaëthontis incendium fulmine. <sup>1</sup> A tuis, scilicet, Sole, Clymene matre, & Heliadibus sororibus. <sup>2</sup> Negandus esse ab illis ortus, quod a Jove ictus esset fulmine. <sup>3</sup> Nec Semelem Cadmus pater odio est persecutus. <sup>4</sup> Nam Jovem, cum qui ipsi erat res, rogabat, ut ad se veniret eo modo, quo se Junoni spectandum dabat; quo facto, statim eum domo sua confagravit. <sup>6</sup> Pudor. <sup>7</sup> Ut nos tueatur. <sup>8</sup> Maritum defendentis. <sup>9</sup> Infortunium meum tristitia plenum. <sup>10</sup> Fide, & pietate in maritum. <sup>11</sup> Iter difficile.

<sup>12</sup> Hæctoris virtutem. <sup>13</sup> In perpetua pace. <sup>14</sup> Via, qua itur ad virtutem. <sup>15</sup> Scil gubernandi. <sup>16</sup> Tiphys erat primæ navis, Argo dictæ, gubernator, & Jasonis socius. <sup>17</sup> Al. *facet*, nulla est. <sup>18</sup> Si non sit in mari tempestas. <sup>19</sup> Si hominēs semper sani sunt. <sup>20</sup> Medendi, cujus es inventor. <sup>21</sup> Non habet quo exerceat. <sup>22</sup> In secundis rebus. <sup>23</sup> Videtur. <sup>24</sup> Et comprobatur in adversis rebus. <sup>25</sup> Mea calamitas suppeditat tibi occasionem magnam laudem acquirendi. <sup>26</sup> Dæta laudis consequendæ occasione. <sup>27</sup> Adjuta es. <sup>28</sup> En magna tibi datur famæ adipiscende occasio.

ELE-



## ELEGIA IV.

## ARGUMENTUM.

*P*oëta laudat amicum, & exponit Tomitani exsilii incommoda, precaturque eum latenter, ut ab Augusto mitius, & paulo propinquius exsilium petat, quod facile impetrari posse docet, cum magna sit ipsius clementia. Postremò narrat quemadmodum à locis non nimium longinquis fugerit Orestes cum Iphigenia sorore, ablata etiam inde Diana ad meliora loca.

**O** Qui, nominibus cum sis <sup>1</sup> generosus <sup>2</sup> avitis,  
<sup>3</sup> Exsuperas morum nobilitate genus:  
 Cujus inest animo <sup>4</sup> patri candoris imago,  
 Non careat <sup>5</sup> nervis candor ut iste suis:  
 Cujus in ingenio <sup>6</sup> patriæ facundia linguæ est,  
<sup>7</sup> Qua prior in <sup>8</sup> Latio non fuit ulla Foro:  
<sup>9</sup> <sup>10</sup> <sup>11</sup> Quod minime volui, positis pro nomine signis,  
 Dictus es: <sup>12</sup> ignoscas laudibus ista tuis.  
 Nil ego peccavi: <sup>13</sup> tua te bona cognita produnt.  
 Si, quod es, appares; <sup>14</sup> culpa soluta mea est. <sup>10</sup>  
 Nec tamen <sup>15</sup> officium nostro tibi carmine factum,  
<sup>16</sup> Principe tan justo, posse <sup>17</sup> nocere puta.  
 Ipse <sup>18</sup> Pater patriæ, <sup>19</sup> (quid enim civilius illo?)  
<sup>20</sup> Sustinet in nostro carmine sæpè legi.  
 Nec <sup>21</sup> prohibere potest, <sup>22</sup> quia res est publica, Cæsar;  
<sup>23</sup> Et de communi pars quoque nostra bono est. <sup>16</sup>  
 Jupiter <sup>24</sup> ingeniis præbet sua numina vatum;

<sup>1</sup> Nobilis. <sup>2</sup> Majorum scilicet. <sup>3</sup> Superas majores tuos virtute. <sup>4</sup> Paternæ sinceritatis. <sup>5</sup> Al. numeris, hoc est, sit perfectus candor. <sup>6</sup> Paternæ. <sup>7</sup> Ut sis eloquentia Romana primus. <sup>8</sup> Romano. <sup>9</sup> <sup>10</sup> <sup>11</sup> Maluisssem te tuo nomine vocare; sed cogor te signis indicare. <sup>12</sup> Adscribe laudibus tuis, si ex istis signis cognoscaris. <sup>13</sup> Tuae dotes animi, & fortunæ te manifestant. <sup>14</sup> A me culpa abest. <sup>15</sup> Laudem, quam te affeci. <sup>16</sup> Quia Augustus æquior est, quam ut id alicui imputer. <sup>17</sup> Tibi. <sup>18</sup> Augustus. <sup>19</sup> Quid enim est Augusto humanius? <sup>20</sup> Patitur nostra carmina legi. <sup>21</sup> Quia ego, & alii de ipso scribamus. <sup>22</sup> Quia Cæsar est persona publica, & omnibus imperat. <sup>23</sup> Et pars etiam ad me pertinet. <sup>24</sup> Præbet nomen suum Poëtis in materiam.

Se-



<sup>25</sup> Seque celebrari <sup>26</sup> quolibet ore sinit.  
 Causa tuo exemplo <sup>27</sup> Superiorum tuta duorum est:  
 Quorum <sup>28</sup> hic aspicitur, <sup>29</sup> creditur <sup>30</sup> ille Deus. <sup>20</sup>  
<sup>31</sup> Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen amabo:  
<sup>32</sup> Non fuit arbitrii littera nostra tui.  
<sup>33</sup> (Nec nova, quod tecum loquor, <sup>34</sup> injuria nostra.)  
<sup>35</sup> Incolumis cum quo sæpè locutus eram.  
<sup>36</sup> Quo vereare minus, ne sim tibi <sup>37</sup> crimen amicus; <sup>25</sup>  
<sup>38</sup> Invidiam, si qua est, auctor habere potest.  
 Nam tuus es <sup>39</sup> primis cultus mihi semper ab annis  
<sup>40</sup> (Hoc noli certè dissimulare) pater:  
 Ingeniumque meum (potest hæc meminisse) <sup>41</sup> probabat:  
<sup>42</sup> Plus etiam, <sup>43</sup> quam me iudice dignus eram. <sup>30</sup>  
<sup>44</sup> Denique meis illo referebat versibus ore,  
<sup>45</sup> In quo pars altæ nobilitatis erat.  
 Non igitur tibi <sup>46</sup> nunc, quod me <sup>47</sup> domus ista rece-  
 pit,  
 Sed prius <sup>48</sup> auctori sunt data verba tuo.  
<sup>49</sup> Nec data sunt, mihi crede, tamen; <sup>50</sup> sed in omni-  
 bus actis,  
<sup>51</sup> Ultima si demas, vita <sup>52</sup> tuenda mea est.  
 Hanc quoque, qua perii, culpam scelus esse negabis,  
 Si tanti <sup>53</sup> series sit tibi nota <sup>54</sup> mali.

<sup>25</sup> Laudes suas. <sup>26</sup> Cujusli-  
 bet <sup>27</sup> Maximorum Jovis, &  
 Augusti. <sup>28</sup> Augustus. <sup>29</sup> Quia  
 non videtur. <sup>30</sup> Jupiter. <sup>31</sup> Li-  
 cet non debuerim te meo car-  
 mine nominare, tamen hoc cri-  
 men mihi, non tibi imputabitur.  
<sup>32</sup> Non habuisti potestatem in  
 mea carmina. <sup>33</sup> Nec nuper  
 contigit. <sup>34</sup> Qua te versibus  
 meis afficio, cum id propter  
 Augustum fieri nolles. <sup>35</sup> Cum  
 nondum essem relegatus. <sup>36</sup>  
 Quapropter noli timere, ne ami-  
 citia mea tibi vitio detur. <sup>37</sup> Cri-  
 minatio. <sup>38</sup> Ego Ovidius ero  
 criminis causa, si qua tibi con-  
 trahitur invidia. <sup>39</sup> A pueritia  
 mihi semper fuit amicus. <sup>40</sup> A-  
 micitiæ paternæ. <sup>41</sup> Lauda-

bat tuus pater. <sup>42</sup> Scil. proba-  
 bat ingenium meum. <sup>43</sup> Quam  
 merebat. <sup>44</sup> Et illa gravitate  
 orationis suæ, quæ ipsum nobi-  
 litabat, suum de versibus meis  
 pronunciabat judicium. <sup>45</sup> E-  
 loquentia. <sup>46</sup> Notus sum. <sup>47</sup>  
 Familia vestra fovit. <sup>48</sup> Pater  
 tuus honorificè de meis studiis  
 locutus est. <sup>49</sup> Non tamen de-  
 ceptus est pater tuus, celebran-  
 do meum ingenium. <sup>50</sup> Sed in-  
 telliges, me non dedisse verba,  
 si potius totam meam vitam,  
 quam ejus finem, considerave-  
 ris. <sup>51</sup> Si causam exsilli mei  
 excipias. <sup>52</sup> Defendi potest,  
 quia fuit sine culpa. <sup>53</sup> Ordo,  
 & circumstantiæ. <sup>54</sup> Erroris.

Aut



Aut <sup>55</sup> timor, aut error nobis, prius obfuit error.  
 Ah! <sup>56</sup> sine me fati non meminisse mei! 40  
 Neve <sup>57</sup> retractando, nondum <sup>58</sup> coëuntia rumpam  
 Vulnera; vix illis proderit ipsa <sup>59</sup> quies.  
 Ergo ut <sup>60</sup> jure damus pœnas; sic abfuit omne  
 Peccato facinus, <sup>61</sup> consiliumque meo.  
<sup>62</sup> Idque <sup>63</sup> Deus sentit: <sup>64</sup> pro quo nec lumen ademp-  
 tum est, 45  
<sup>65</sup> Nec mihi detractas possidet alter opes.  
 Forsitan hanc ipsam (vivat modo) <sup>66</sup> finiet olim,  
 Tempore cum fuerit <sup>67</sup> lenior ira, <sup>68</sup> fugam.  
 Nunc precor <sup>69</sup> hinc aliò jubeat discedere; si <sup>70</sup> non  
<sup>71</sup> Nostra verecundo vota pudore carent. 50  
 Mitius exsilium, pauloque <sup>72</sup> propinquius apto;  
<sup>73</sup> Quique sit à sævo longius hoste, locum.  
 Quantaque in Augusto clementia; <sup>74</sup> si quis ab illo  
 Hoc peteret pro me, forsitan ille daret.  
 Frigida me <sup>75</sup> cohibent Euxini litora Ponti: 55  
 Dictus ab antiquis <sup>76</sup> Axenus ille fuit.  
 Nam neque jactantur <sup>77</sup> moderatis æquora ventis:  
 Nec <sup>78</sup> placidos portus <sup>79</sup> hospita navis adit.  
 Sunt circa gentes, quæ prædam <sup>80</sup> sanguine quærant:  
 Nec minus <sup>81</sup> infidâ terra timetur aquâ.  
 Illi, quos audis <sup>82</sup> hominum gaudere cruore,  
 Pænè <sup>83</sup> sub ejusdem <sup>84</sup> sideris axe jacent.  
 Nec procul <sup>85</sup> à nobis <sup>86</sup> locus est, ubi <sup>87</sup> Taurica <sup>88</sup> dirâ

55 Quia me contra Augustum defendere non sum ausus. 56 Permitte, ut non enarrem exsilii mei causam. 57 Renovando. 58 Consolidata. 59 Silentium. 60 Non sine culpa. 61 Animus lædendi. 62 Quod culpâ caream. 63 Augustus. 64 Quod culpâ careo, nec vita mihi ablata est. 65 Nec confiscatæ sunt res meæ, quod alias in exsilium missis accidere solet. 66 Revocabit aliquando. 67 Sedator. 68 Relegationem. 69 Ex hoc loco in alium. 70 Nisi libere

nimis quid peto. 71 Nostra vota non sunt impudica. 72 Vicinus Romæ. 73 Locum tutiorem. 74 Scilicet, ut. 75 Habent. 76 Inhospitalis. 77 Lenioribus. 78 Securos. 79 Peregrina. 80 Homicidiis. 81 Tempestatibus obnoxii. 82 Vesci humanis carnibus. 83 Sub eodem climate, quo ego sum. 84 Al. frigoris. 85 Ab urbe Tomo. 86 Apud Scythas Tauros. 87 Regio illa crudelis. 88 Crudeli, utpote humana.

Cæ-



<sup>89</sup> Cæde <sup>90</sup> pharetrata pascitur ara Deæ.  
 Hæc prius, ut memorant, non <sup>91</sup> invidiosa nefandis, <sup>65</sup>  
 Nec <sup>92</sup> cupienda bonis, regna <sup>93</sup> Thoantis erant.  
<sup>94</sup> Hic <sup>95</sup> pro suppositâ <sup>96</sup> virgo Pelopeia cervâ  
 Sacra <sup>97</sup> Deæ coluit <sup>98</sup> qualiacunque suâ.  
 Quo postquam, dubium <sup>99</sup> pius, an sceleratus, Orestes  
<sup>1</sup> Exactus furiis venerat ipse suis, 70  
 Et <sup>2</sup> comes exemplum veri <sup>3</sup> Phocæus amoris;  
<sup>4</sup> Qui duo corporibus, <sup>5</sup> mentibus unus erant;  
 Protinus evincti Triviæ ducuntur <sup>6</sup> ad aram,  
 Quæ stabat <sup>7</sup> geminas ante cruenta <sup>8</sup> fores.  
 Nec tamen hunc <sup>9</sup> sua mors, nec mors sua terruit il-  
 lum: 75  
<sup>10</sup> Alter ob alterius funera mœstus erat.  
 Et jam constiterat stricto <sup>11</sup> mucrone <sup>12</sup> sacerdos;  
 Cinxerat & <sup>13</sup> Grajas <sup>14</sup> barbara <sup>15</sup> vitta <sup>16</sup> comas:  
 Cum <sup>17</sup> vice sermonis <sup>18</sup> fratrem <sup>19</sup> cognovit, & illi  
 Pro nece complexus Iphigenia dedit. 80  
 Lata <sup>20</sup> Deæ signum <sup>21</sup> crudelia sacra perosa  
 Transtulit ex illis <sup>22</sup> in meliora locis.

<sup>89</sup> Morte hospitum. <sup>90</sup> Deæ  
 Dianæ, quæ, ceu Dea venationis sagittis utitur. <sup>91</sup> Odiosa scelestis hominibus. <sup>92</sup> Appetenda ab hominibus probis. <sup>93</sup> Thoas fuit Rex regionis Tauricæ, ad quem delata est Iphigenia, Agamemnonis filia, & ab eo Dianæ Tauricæ sacris præfecta. Hunc postmodum interfecit Orestes, à sorore adjutus, cum illum etiam Thoas aræ Dianæ destinasset. <sup>94</sup> In Taurica regione. <sup>95</sup> Pro cerva, quam loco Iphigeniæ, cum immolaretur, Diana subiecit. <sup>96</sup> Iphigenia, proneptis Pelopis. <sup>97</sup> Dianæ, cujus victima foret. <sup>98</sup> Si modo nominanda sint sacra. <sup>99</sup> Quia & patrem ultus est, & matrem, cædis auctorem, occidit. <sup>1</sup> Vexatus post cædem matris. <sup>2</sup> Scilicet venerat. <sup>3</sup> Pylades, ex Phocide regione, filius Strophii, co-

mes ejus fidissimus. <sup>4</sup> Pylades, & Orestes. <sup>5</sup> Voluntate. <sup>6</sup> Dianæ Tauricæ, ut illi sacrificarentur. <sup>7</sup> Bipatentes. <sup>8</sup> Delubri. <sup>9</sup> Propria. <sup>10</sup> Neuter suam, sed uterque alterius mortem dolebat. <sup>11</sup> Gladio. <sup>12</sup> Iphigenia, ad sacrificium parata. <sup>13</sup> Græcas. <sup>14</sup> Barbarorum, quorum mos erat homines immolare. <sup>15</sup> Qua vinciebantur eorum capta, qui Deo alicui immolabantur. <sup>16</sup> Grines Pyladis, & Orestis, Græci erant. <sup>17</sup> Mutuo sermone. <sup>18</sup> Orestem. <sup>19</sup> Ipsa Iphigenia. <sup>20</sup> Dianæ statuam. <sup>21</sup> Nolebat Diana, sibi hujusmodi hostias offerri: sed Thoantis crudelitas postulabat, ut ei hospites macerarentur. <sup>22</sup> Aufugiens cum fratre Iphigenia, abstulit secum Dianæ statuam in meliora loca, qua humanitate, & moribus, nempe in Ariciam.

Hæc



Hæc igitur regio, magni penetralia mundi,  
 Quam<sup>23</sup> fugere homines, <sup>24</sup> Dique, propinqua mihi est.  
 Atque<sup>25</sup> meam terram prope sunt <sup>26</sup> funebria sacra, 85  
<sup>27</sup> Si modo Nasoni barbara terra sua est.  
 O utinam venti, <sup>28</sup> quibus est ablati Orestes,  
 Placato referant & <sup>29</sup> mea vela Deo! 88

<sup>23</sup> Pylades, Orestes, & Iphigenia. <sup>24</sup> Et ipsa Diana. <sup>25</sup> Prope Tomon. <sup>26</sup> Sacrificia lætitem fugeret. <sup>29</sup> Me. <sup>30</sup> Augusta. <sup>27</sup> Si modo perpetuo illam incolam. <sup>28</sup> Quibus ex illis locis navigavit Orestes, cum Thoan-tem fugeret. <sup>29</sup> Me. <sup>30</sup> Augusto reconciliato.

## ELEGIA V.

## ARGUMENTUM.

*A*micum laudat Poëta, eumque monet, ut constanter amicitia munus exequatur, eique apud Augustum opem ferat. Ostendit deinde multis exemplis, tempore omnia molliri præter ejus curam, & dicit, se ita deficere, ut non credat, se diu supervidendum tantis malis, quam rem ait sibi solatio relictam esse.

**O**<sup>1</sup> Mihi dilectos <sup>2</sup> inter sors prima sodales,  
 Unica fortunis <sup>3</sup> ara reperta meis:  
 Cujus ab <sup>4</sup> alloquiis anima hæc moribunda revixit,  
 Ut vigil <sup>5</sup> infusa Pallade <sup>6</sup> flamma solet:  
 Qui veritus non est <sup>7</sup> portus aperire fideles, 5  
<sup>8</sup> Fulmine percussæ confugiumque rati:  
 Cujus eram <sup>9</sup> censu <sup>10</sup> non me censurus egentem,  
 Si Cæsar <sup>11</sup> patrias eripuisset opes:  
<sup>12</sup> Temporis oblitum dum me rapit <sup>13</sup> impetus hujus,  
 Excidit heu nomen quam mihi pæne tuum! 10  
 Te tamen <sup>14</sup> agnoscis: tactusque cupidine laudis,  
 Ille ego sum, cuperes dicere posse pallam.

<sup>1</sup> A me. <sup>2</sup> Præcipue inter amicos meos. <sup>3</sup> Refugium unicum. Veteres enim in periculo ad aras, seu locum tutum, refugiebant, & erant immunes, si aras amplecterentur. <sup>4</sup> Solatiis. <sup>5</sup> Infuso oleo, cujus inventrix Pallas fuit. <sup>6</sup> Lampas. <sup>7</sup> Amicitia refugium, & patrocini-um. <sup>8</sup> Cæsar's ira mihi prostrato. <sup>9</sup> Opibus. <sup>10</sup> Quod subministrasses mihi. <sup>11</sup> Patrimonium meum. <sup>12</sup> Hujus mei exsilii. <sup>13</sup> Ardor quidam scribendi. <sup>14</sup> Nomen.

Cer-



Certè ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,

Et <sup>15</sup> raram Famæ conciliare fidem.

Ne noceam grato vereor tibi carmine; neve 15

Intempestivi <sup>16</sup> nominis obstat <sup>17</sup> honos.

Quod licet & tutum est, <sup>18</sup> intra tua pectora gaude,

Meque tui memorem, teque fuisse mei.

Ut facis, remis ad opem <sup>19</sup> luctare ferendam,

<sup>20</sup> Dum veniat placido molior <sup>21</sup> ira <sup>22</sup> Deo: 20

Et tutare caput <sup>23</sup> nulli servabile; si non

<sup>24</sup> Qui mersit Stygiâ, sublevet illud, aquâ.

Teque, quod est raram, præsta constanter ad omne

<sup>25</sup> Indeclinatæ munus amicitia.

Sic tua <sup>26</sup> processus habeat Fortuna perennes: 25

Sic <sup>27</sup> ope non egeas ipse, jubesque tuos.

<sup>28</sup> Sic æquet tua nupta <sup>29</sup> virum bonitate perenni;

Incidat & vestro rara quærella <sup>30</sup> toro.

Diligat & semper <sup>31</sup> socius te sanguinis illo,

Quo pius affectu Castora <sup>32</sup> frater amat. 30

Sic juvenis, similisque tibi sit natus, & illum

Moribus agnoscat quilibet esse tuum.

Sic socerum faciat <sup>33</sup> tædâ de nata jugalis;

<sup>34</sup> Nec tardum juveni det tibi nomen avi. 34

<sup>15</sup> Fidem tuam erga me, quæ raro in aliis reperitur, immortalē reddere. <sup>16</sup> Ut ne nomen. <sup>17</sup> Quod in exilio meo esset intempestivum. <sup>18</sup> Solus tacite. <sup>19</sup> Summam nava operam. <sup>20</sup> Donec. <sup>21</sup> Al. *aura*, hoc est, favor. <sup>22</sup> Augusto mitigato. <sup>23</sup> Cui à nullo succurri potest, nisi ab Augusto solo. <sup>24</sup> Qui in exilium misit,

revocet. <sup>25</sup> Firmæ. <sup>26</sup> Successus felices. <sup>27</sup> Cujusquam auxilio. <sup>28</sup> Sic uxor tua moribus tuis respondeat, teque probitate æquet. <sup>29</sup> Te maritum. <sup>30</sup> Conjugio. <sup>31</sup> Frater tuus, vel alius quidam consanguineus. <sup>32</sup> Pollux, vitam cum fratre partitus. <sup>33</sup> Face in nuptiis præferri solita, seu conjugio. <sup>34</sup> Et brevi faciat te avum.



## ELEGIA VI.

## ARGUMENTUM.

*Tractatur hic locus communis de vi temporis, seu consuetudinis, qua, cum mitigentur, & tolerabilia evadant omnia, non tamen mitigari curas, & angores suos. Mala sua ipsa mora ingravescere, & exasperari.*

**T**empore <sup>1</sup> ruriculæ <sup>2</sup> patiens fit taurus aratri,  
 Præbet & <sup>3</sup> incurvo colla premeunda jugo.  
 Tempore paret equus <sup>4</sup> lentis animosus habenis,  
 Et <sup>5</sup> placido duos accipit ore <sup>6</sup> lupos.  
 Tempore <sup>7</sup> Poenorum compescitur ira leonum;  
 Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.  
 Quæque sui monitis obtemperat <sup>8</sup> Inda magistrî,  
 Bellua, servitium tempore <sup>9</sup> victa subit.  
 Tempus, ut <sup>10</sup> extentis <sup>11</sup> tumeat facit uva <sup>12</sup> racemis,  
<sup>13</sup> Vixitque merum capiant grana, quod intus habent.  
<sup>14</sup> Tempus & in <sup>15</sup> canas semen producit aristas;  
 Et ne sint <sup>16</sup> tristi poma sapore facit.  
<sup>17</sup> Hoc <sup>18</sup> tenuat dentem terras renovantis aratri,  
 Hoc rigidas silices, hoc adamanta <sup>19</sup> terit.  
<sup>20</sup> Hoc etiam sævas paulatim mitigat iras:  
 Hoc minuit luctus, <sup>21</sup> mœstaque corda levat.  
 Cuncta potest <sup>22</sup> igitur <sup>23</sup> tacito pede lapsa vetustas  
 Præterquam curas <sup>24</sup> attenuare meas.  
<sup>25</sup> Ut patriâ careo; bis frugibus area trita est:  
<sup>26</sup> Dissiluit nudo pressa bis uva pede.  
 Nec <sup>27</sup> quæsita tamen <sup>28</sup> spatio <sup>29</sup> patientia longo est;

<sup>1</sup> Colentis rus. <sup>2</sup> Discit aratrum ferre. <sup>3</sup> Rotundo. <sup>4</sup> Flexibilibus. <sup>5</sup> Miti, non resistente. <sup>6</sup> Fræna dura. <sup>7</sup> Maximi, & ferocissimi leones dantur in Africa. <sup>8</sup> Elephas. <sup>9</sup> Mansuefacta. <sup>10</sup> De vite pendentibus. <sup>11</sup> Maturescat. <sup>12</sup> Granis minoribus. <sup>13</sup> Vix teneant vinum, quod in granis continetur. <sup>14</sup> Tempore etiam frumenta maturescunt. <sup>15</sup> Maturas. <sup>16</sup> Ama-

ro. <sup>17</sup> Tempus. <sup>18</sup> Attenuat vomerem. <sup>19</sup> Minuit. <sup>20</sup> Tempus etiam iram mitigat. <sup>21</sup> Tristitiam. <sup>22</sup> Omnia tempore fiunt mitiora. <sup>23</sup> Sensim labens. <sup>24</sup> Minuere. <sup>25</sup> Ex quo relegatus sum duo anni præterfluxere. <sup>26</sup> Saliendo egressum est vinum ex acinis tumentibus. <sup>27</sup> Acquisita. <sup>28</sup> Tempore. <sup>29</sup> Ferendi exsilium.

Mens-



<sup>30</sup> Mensque mali sensum nostra recentis habet.  
Scilicet & veteres fugiunt juga curva juveni:

Et <sup>31</sup> domitus frater sarpè repugnat equus.

Tristior est etiam præsens <sup>32</sup> ærumna <sup>33</sup> priore: <sup>25</sup>

<sup>34</sup> Ut sit epim sibi par, crevit, & aucta <sup>35</sup> morâ est.  
Nec tam nota mihi, <sup>36</sup> quam sunt, mala nostra fuerunt:

Sed <sup>37</sup> magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.

<sup>38</sup> Est quoque non minimum, <sup>39</sup> vires afferre recentes;

Nec <sup>40</sup> præconsumptum <sup>41</sup> temporis esse malis. <sup>30</sup>

Fortior in fulvâ <sup>42</sup> novus est <sup>43</sup> luctator arenâ

<sup>44</sup> Quam cui sunt tardâ brachia fessa morâ.

<sup>45</sup> Integer est nitidis melior gladiator in armis,

<sup>46</sup> Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.

<sup>47</sup> Fert bene <sup>48</sup> præcípites navis <sup>49</sup> modo facta procellas;

Quamlibet exiguo <sup>50</sup> solvitur imbre vetus. <sup>36</sup>

Nos quoque, quæ ferimus, tulimus patientius ante;

Et mala sunt longo <sup>51</sup> multiplicata <sup>52</sup> die.

(Credite, deficio, <sup>53</sup> nostroque à corpore, quantum

<sup>54</sup> Auguror, accedunt tempora parva malis.) <sup>40</sup>

Nam neque sunt <sup>55</sup> vires, neque qui color esse solebat:

<sup>56</sup> Vixque habeo tenuem, quæ regat ossa, cutem.

Corpore sed mens est ægro magis ægra, malique

<sup>57</sup> In circumspectu stat sine fine sui.

<sup>58</sup> Urbis abest <sup>59</sup> facies, absunt <sup>60</sup> mea cura <sup>61</sup> sodales: <sup>45</sup>

Et, qua nulla mihi carior, uxor abest.

<sup>30</sup> Et mens nostra sentit mala duorum annorum æquæ ac recentia. <sup>31</sup> Jam mansuefactus. <sup>32</sup> Infortunium. <sup>33</sup> Ubi mono relegatus fuit. <sup>34</sup> Quamvis præsens, & prior ærumna sibi sint pares. <sup>35</sup> Longo tempore. <sup>36</sup> Scil. nota. <sup>37</sup> Eo molestiora mihi sunt, quo notiora sunt. <sup>38</sup> Et hoc multum prodest in ferendis malis. <sup>39</sup> Aliquem non prius læsum affligi. <sup>40</sup> Antea consumptum, & debilitatum. <sup>41</sup> Verustus malis. <sup>42</sup> Non antea defatigatus. <sup>43</sup> Athleta.

<sup>44</sup> Quam cujus brachia longo certamine debilitata sunt. <sup>45</sup> Recens nondum vulneratus. <sup>46</sup> Quam vulneratus. <sup>47</sup> Perfert, sustinet. <sup>48</sup> Celeres, & naves quandoque præcipientes. <sup>49</sup> Recens. <sup>50</sup> Dissolvitur, rumpitur, perit. <sup>51</sup> Cumulata. <sup>52</sup> Tempore longo. <sup>53</sup> Brevi moriar. <sup>54</sup> Conjicio ex infirmitate mei corporis. <sup>55</sup> Mihi. <sup>56</sup> Tam sum macer. <sup>57</sup> Considerat se perpetuo. <sup>58</sup> Romæ. <sup>59</sup> Conspectus. <sup>60</sup> Qui mihi curæ erant. <sup>61</sup> Amici.

Vul-



Vulgus adest Scythicum, <sup>62</sup> braccataque turba Getarum.

Sic <sup>63</sup> male <sup>64</sup> quæ video, <sup>65</sup> non videoque, <sup>66</sup> nocent.

Una tamen spes est, quæ me soletur in istis;

<sup>67</sup> Hæc fore morte meâ non diuturna mala.

50

62 Habitu apud Romanos rem. 66 Al. movent, hoc est, ignoto. 63 Al. mala. 64 Bar- sollicitum me reddunt. 67 Hæc baros puta, & Scythas. 65 Nem- mala mortem meam esse finitu- pe urbem, sodales, & uxo- ram.

## ELEGIA VII.

## ARGUMENTUM.

*Mratur Poëta, quod præterlapso jam biennio, nullas ab amico acceperit litteras, cum hi præsertim ad eum scripserint, quibuscum amicitia usus non fuerat tam probatus. Subjungit tamen, malle se omnia credere, quam illam nullas ad se dedisse litteras, quas interceptas fuisse existimat. Postremo admonet, ut ad se scribat, ne semper excusandus sit.*

<sup>1</sup> **B**Is me sol adiit gelidæ post frigora <sup>2</sup> brumæ,  
Bisque suum, <sup>3</sup> tacto Pisce, <sup>4</sup> peregit iter.

<sup>5</sup> Tempore tam longo <sup>6</sup> cur non tua dextera versus  
Quamlibet in paucos <sup>7</sup> officiosa fuit?

Cur tua cessavit <sup>8</sup> pietas scribentibus illis,

<sup>9</sup> Exiguus nobis cum quibus usus erat?

Cur, <sup>10</sup> quoties alicui chartæ sua vincula dempsi,

Illam speravi <sup>11</sup> nomen habere tuum?

Dî faciant, ut sæpè tuâ sit epistola <sup>12</sup> dextrâ

Scripta, <sup>13</sup> sed è multis reddita nulla mihi!

<sup>14</sup> Quod precor, <sup>15</sup> esse liquet: credam <sup>16</sup> prius <sup>17</sup> ora

Medusæ

<sup>1</sup> Biennium jam elapsus est. <sup>2</sup> Hiemis. Bruma dicitur à brevitate dierum. <sup>3</sup> Postquam Sol ad Pisces, ultimum Zodiaci signum rediit. <sup>4</sup> Annum cursum absolvit. <sup>5</sup> Integris duobus annis. <sup>6</sup> Cur non scripsisti, pro explendo officio, paucos saltem ad me versus. <sup>7</sup> Officium exhibuit aliquot versus scribendo. <sup>8</sup> Amicitia. <sup>9</sup> Parva consuetudo. <sup>10</sup> Quoties epistolam ali-

quam aperui. <sup>11</sup> Epistolam illam à te esse scriptam. <sup>12</sup> Manu. <sup>13</sup> Sed è multis epistolis nulla mihi est tradita. <sup>14</sup> Ut sæpius ad me scripseris. <sup>15</sup> Manifestum est, te ad me scripsisse. <sup>16</sup> Potius, quam te non scripsisse. <sup>17</sup> Medusæ crines in serpentes mutavit Minerva, quod cum Neptuno in ejus templo concubuit, ejusque caput ad terendos hostes ægidi suæ imposuit.

I

Gor-



- Gorgonis anguinis cincta fuisse comis:  
 Esse canes utero sub <sup>18</sup> virginis: esse <sup>19</sup> Chimæram,  
<sup>20</sup> A truce quæ flammis separet angue legem:  
<sup>21</sup> Quadrupesque hominum <sup>22</sup> cum pectore pectora  
 junctos: 15  
<sup>23</sup> Tergeminumque virum, <sup>24</sup> tergeminumque canem:  
<sup>25</sup> Sphingaque, & <sup>26</sup> Harpyias, <sup>27</sup> serpentipedesque Gi-  
 gantes:  
<sup>28</sup> Centimanumque Gygen, <sup>29</sup> semibovemque virum.  
 Hæc ego <sup>30</sup> cuncta prius, quam te, carissime, cre-  
 dam  
 Mutatum <sup>31</sup> curam deposuisse mei. 20  
<sup>32</sup> Innumeri montes inter me, teque, viæque,  
 Fluminaque, & campi, nec fræta pauca, jacent.  
<sup>33</sup> Mille potest causis, à te quæ littera sæpè  
 Missa sit, in nostras nulla venire manus.  
 Mille tamen causas scribendo vince frequenter: 25  
<sup>34</sup> Excusem ne te semper, amice, mihi.

<sup>18</sup> Scyllæ, Phorci filiæ, quam cum Glaucus amaret. Circe, eundem Glaucum amans, indignata, Scyllam sibi ab illo præferri, fontem, in quo illa lavari solebat, veneficis herbis infectit. Scylla, hujus rei ignara, fontemque lavandi ergo ingressa, vidit inferiorem corporis partem in canes esse mutatam; quam deformitatem ita exhorruit, ut sese statim in Siculum fretum præcipitavit, ubi & in saxum versa narratur, Charybdi ex adverso objectum, & præternavigantibus valde periculosum. <sup>19</sup> Monstrum caput, & pectus leonis, ventrem autem capræ, & caudam draconis habens. <sup>20</sup> Igneam in se vim continens, indeque ignem vomens. <sup>21</sup> Centauros, media parte homines,

media equos. <sup>22</sup> Humana equino. <sup>23</sup> Geryonem tricorporum. <sup>24</sup> Cerberum tricipitem. <sup>25</sup> Sphinx bellua est pilo fusco, geminis mammis in pectore, muliebri facie, pedibus, ac caudâ leonis, pennis autem volucris. Ferunt Sphingem juxta Thebas ænigma hospitibus proposuisse, idque solvere non valentes, occidisse. <sup>26</sup> Harpyiæ erant monstra, Neptuni, & Terræ filiæ. <sup>27</sup> Gigantes, quorum pedes in serpentum volumina desinebant. <sup>28</sup> Centum manus, & quinquaginta capita habentem. <sup>29</sup> Minotaurum, qui usque ad humeros taurus, cætera homo erat. <sup>30</sup> Fabulosa. <sup>31</sup> Memoriam sollicitam. <sup>32</sup> Maximum spatium, <sup>33</sup> Multis. <sup>34</sup> Quod ad me non scripseris.



## ELEGIA VIII.

## ARGUMENTUM.

*Quinquagenarius Poëta queritur, se jam canescere in regione infelici-  
sima eo tempore, quo frui debuisset patriâ, conjuge, amicis, &c. Quæ  
si olim à Delphico oraculo, aut Dodonea columba futura accepisset, va-  
na dici se ea responsa æstimaturum fuisse, clarissimæque sententiæ do-  
cet, nihil tam validum esse, quod non subiaceat voluntati, & potentia  
divinæ. Postremò ceteros admonet, ut suis casibus moniti, Augustum,  
cujus potentia par esset Diis immortalibus, demereantur.*

**J**Am mea <sup>1</sup> cygnæas imitantur <sup>2</sup> tempora plumas,  
<sup>3</sup> Inficit & nigras <sup>4</sup> alba senecta comas;  
Jam subeunt anni <sup>5</sup> fragiles, & <sup>6</sup> inertior ætas:  
<sup>7</sup> Jamque parum firmo me mihi ferre grave est.  
Nunc <sup>8</sup> erat, ut <sup>9</sup> posito deberem fine laborum  
Vivere, <sup>10</sup> me nullo sollicitante metu:  
Quæque meæ semper placuerunt otia menti,  
Carpere; & in studiis <sup>11</sup> molliter esse meis:  
Et <sup>12</sup> parvam celebrare domum, veteresque Penates;  
Et quæ nunc <sup>13</sup> domino <sup>14</sup> rura paterna carent: 10  
(Inque sinu <sup>15</sup> dominæ, <sup>16</sup> carisque nepotibus, inque  
Securus patriâ consenuisse meâ.)  
Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas:  
Hos ego sic annos <sup>17</sup> ponere dignus eram.  
Non ita Dis visum; qui me terraque, marique 15  
<sup>18</sup> Actum <sup>19</sup> Sarmaticis exposuere locis.  
In <sup>20</sup> cava ducuntur <sup>21</sup> quassæ navalia puppes,  
Ne temerè in mediis <sup>22</sup> dissoluantur aquis.

<sup>1</sup> Candidas, quales cygnorum sunt, hoc est, canesco. <sup>2</sup> Caput. <sup>3</sup> Tingit. <sup>4</sup> Canos faciens homines. <sup>5</sup> Infirmi. <sup>6</sup> Inepta ad res agendas. <sup>7</sup> Et jam propter ætatem, & mala, quibus perpetuò affligor, debilitatus, vix pedes mei me sustinent. <sup>8</sup> Tempus. <sup>9</sup> Facto. <sup>10</sup> Quietus esse. <sup>11</sup> Dulce vivere. <sup>12</sup> Do-

mi vivere. <sup>13</sup> Me possessore. <sup>14</sup> Quæ erant in Pelignis. <sup>15</sup> Uxor. <sup>16</sup> Et inter caros nepotes. <sup>17</sup> Degere. <sup>18</sup> Intactum. <sup>19</sup> In Sarmatica loca transtulerunt. <sup>20</sup> Quorum alveus concavus est. <sup>21</sup> Naves tempestatibus agitatæ. <sup>22</sup> Per Diæresin Rimas accipiant.



(Ne <sup>23</sup> cadat, & multas <sup>24</sup> palmas inhonestet adeptas.

<sup>25</sup> Languidus in pratis gramina carpit equus, 20

Miles, ut <sup>26</sup> emeritis non est satis utilis annis,

*ponit* <sup>28</sup> ~~Donat~~ antiquos, quæ tulit, arma <sup>29</sup> Lares.

Sic igitur: <sup>30</sup> tardæ vires minuente senectâ,

Me quoque donari jam <sup>31</sup> rude, tempus erat.

Tempus erat, nec me <sup>32</sup> peregrinum ducere cœlum, 25

Nec <sup>33</sup> siccam Getico <sup>34</sup> fonte <sup>35</sup> levare sitim:

Sed modo, <sup>36</sup> quos habui, <sup>37</sup> vacuum secedere in hortos,

Nunc hominum visu rursus, & <sup>38</sup> Urbe frui.

Sic animo quondam non <sup>39</sup> divinante futura,

Optavam placidè vivere posse senex. 30

<sup>40</sup> Fata repugnarunt; quæ cum mihi tempora prima

<sup>41</sup> Mollia præbuerint, <sup>42</sup> posteriora gravant.

Jamque, <sup>43</sup> decem lustris omni sine <sup>44</sup> labe peractis,

<sup>45</sup> Parte præmor vitæ deteriore meæ.

Nec procul à <sup>46</sup> metis, quas pæne tenere videbar, 35

<sup>47</sup> Curriculo gravis est facta ruina meo.

Ergo <sup>48</sup> illum <sup>49</sup> demens in me <sup>50</sup> sævire cœgi,

<sup>51</sup> Mitius immensus quo nihil orbis habet?

<sup>52</sup> Ipsaque delictis victa est clementia nostris:

Nec tamen <sup>53</sup> errori vita <sup>54</sup> negata meo? 40

Vita procul patriâ peragenda <sup>55</sup> sub axe Borœo,

<sup>23</sup> In cursu. <sup>24</sup> Victorias certamine cursus acquisitas dedecore afficiat. <sup>25</sup> Senex factus. <sup>26</sup> Illis, cum quis militiæ valedixit. <sup>27</sup> Al. armis. <sup>28</sup> Deponit. <sup>29</sup> Deos, Milites enim à militia discedentes, arma alicui Deo suspendere solebant. <sup>30</sup> Faciente tardos homines ob vires imminutas. <sup>31</sup> Virga, qua donabantur gladiatores à certamine cessantes, ob ingravescentem ætatem. <sup>32</sup> In peregrina terra degere. <sup>33</sup> Sitientes siccos facientes. <sup>34</sup> Aqua frigidissima. <sup>35</sup> Extinguere. <sup>36</sup> Romæ vivens. <sup>37</sup> Otiosum. Al. vacuus, hoc est, tumultu caren-

tes. <sup>38</sup> Roma. <sup>39</sup> Prævidente hoc exsilium. <sup>40</sup> Dii noluerunt, ut senex quiescerem. <sup>41</sup> Dulcia concesserint. <sup>42</sup> Gravia faciunt subsequencia. <sup>43</sup> Quinquaginta annis. Lustrum enim est tempus quinque annorum. <sup>44</sup> Vita nostra. <sup>45</sup> Senio pejore. <sup>46</sup> Senectute mea, in qua mihi quietem promittebam. <sup>47</sup> Cursu meo ad metas. <sup>48</sup> Augustum. <sup>49</sup> Stultus. <sup>50</sup> Mihi irasci. <sup>51</sup> Qui alias est mitissimus. <sup>52</sup> Mea delicta non sinere Augustum clementem esse. <sup>53</sup> Ob errorem meum. <sup>54</sup> Adempta. <sup>55</sup> Sub plaga septentrionali.

Quæ



<sup>56</sup> Quae maris Euxini <sup>57</sup> terra sinistra jacet.  
 Nec mihi si <sup>58</sup> Delphi, <sup>59</sup> Dodonaque diceret ipsa,  
 Esse viderentur <sup>60</sup> vanus uterque locus.  
 (Nil adeo validum est, <sup>61</sup> adamas licet alliget illud, <sup>45</sup>  
<sup>62</sup> Ut maneat rapido firmitus igne Jovis.)  
 Nil ita sublime est, <sup>63</sup> supraque pericula tendit,  
 Non sit ut inferius <sup>64</sup> suppositumque Deo.  
 Nam quamquam <sup>65</sup> vitio pars est <sup>66</sup> contracta malorum,  
 Plus tamen exitii <sup>67</sup> numinis ira dedit. 50  
 At <sup>68</sup> vos admoniti nostris quoque casibus este,  
<sup>69</sup> Aequantem Superos emeruisse virum.

<sup>56</sup> Ubi. <sup>57</sup> Ad sinistram. <sup>58</sup> tet fulmini, hoc est, irae Augusti. <sup>63</sup> Extra periculum, & securum est. <sup>64</sup> Deoque subit.  
<sup>59</sup> Columba vaticata in templo Jovis Dodonaei in nemore prope urbem Dodonam in Chaonia. <sup>65</sup> Culpa nostra. <sup>66</sup> Acquisita.  
<sup>60</sup> Erroneus mendax. <sup>61</sup> Etsi adamantina catena, tanquam firmissima, vinciret. <sup>62</sup> Ut obs-  
 ciliasse.

## ELEGIA IX.

## ARGUMENTUM.

*Posta minatur inimico, se contra eum scripturum esse, nisi ipsum poenituerit inimicitiarum.*

<sup>1</sup> Si licet, & <sup>2</sup> pateris, <sup>3</sup> nomen, <sup>4</sup> facinusque tacebo,  
 Et tua <sup>5</sup> Lethæis <sup>6</sup> acta dabuntur aquis:  
 Nostraque vincetur <sup>7</sup> lacrymis <sup>8</sup> clementia seris.  
 Fac modo te <sup>9</sup> pateat <sup>10</sup> poenituisse tui.  
 Fac modo te damnes, cupiasque <sup>11</sup> eradere vitæ 5  
 Tempora, si possis, <sup>12</sup> Tisiphonæ tuæ.

<sup>1</sup> Si per te fas est. <sup>2</sup> Permittis tacere, deponendo inimicitias. <sup>3</sup> Tuum, à quo læsus sum. <sup>4</sup> Scelus, quo me læsisti. <sup>5</sup> Oblivioni tradentur. Lethe enim est fluvius oblivionis apud inferos. <sup>6</sup> Facta. <sup>7</sup> Poenitentia tua; licet sit sera. <sup>8</sup> Mansue-  
 tudo. <sup>9</sup> Ut appareat. <sup>10</sup> Te poenituisse ejus facinoris, quod in me admisisti. <sup>11</sup> Dolore, ne pateat, & in memoria hominum conservetur. <sup>12</sup> Furiosa, & scelestas, qualia fuere Tisiphonis, unius Furiarum.



- 13 Sin minus & flagrant odio tua pectora 14 nostro.  
 15 Induet infelix arma coacta dolor.  
 16 Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem;  
 17 Nostra suas istuc porriget ira manus. 10  
 18 Omnia, si nescis, Cæsar mihi jura reliquit:  
 Et sola est patriâ pœna carere meâ.  
 Et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo.  
 Sæpè Jovis 19 telo quercus adusta 20 viret.  
 Denique 21 vindictæ si sit mihi nulla facultas, 15  
 22 Piærides vires, & sua tela dabunt.  
 23 Ut Scythicis habitem longe 24 submotus in oris,  
 25 Siccaque sint oculis proxima signa meis:  
 Nostra per inmensas ibunt 26 præconia gentes;  
 Quodque querar, notum, qua patet orbis, erit. 20  
 27 Ibit ad occasum, quidquid dicemus, ab ortu:  
 28 Testis & Hesperia vocis Eous erit.  
 Trans ego tellurem, trans 29 latas 30 audiar undas:  
 Et 31 gemitus vox est magna futura mei.  
 Nec tua te 32 sontem tantummodo sæcula norint: 25  
 33 Perpetuæ crimen posteritatis eris.  
 Jam feror in pugnas, & nondum 34 cornua sumpsit:  
 Nec mihi sumendi causa sit ulla velim.  
 35 Circus adhuc cessat: spargit tamen acer arenam  
 36 Taurus, & infesto jam pede pulsat humum. 30  
 37 Hoc quoque, quam volui, plus est: 38 cane, Musa,  
 receptus,  
 39 Dum licet 40 huic nomen dissimulare suum.

13 Si te tui non poenituerit. 14 Contra nos. 15 Coactus me contra te defendam. 16 Licet sim exsul, uti etiam talis sum. 17 Non evades manus, vel vires meas, quia mea nihilominus ad te pervenient scripta. 18 Cæsar mihi reliquit jus civi in obrectatorem competens. 19 Fulmine. 20 Iterum. 21 Si mihi me contra te defendere non liceat. 22 Musæ. 23 Licet. 24 Remorus. 25 Ursa major, & minor, nunquam occidentes. 26 Insectationes. 27 Penetra-  
 bit. 28 Quærelæ in occidente prolatae testis erit oriens. 29 Al-  
 alias. 30 Legentur scripta mea. 31 Quærelæ. 32 Nocentem. 33 Perpetuo eris criminosus apud posteros. 34 Arma. 35 Nondum taurus in Circo, in quo feræ pugnabant, irritatur, accendit se tamen paulatim ad pugnam. 36 Ira mea. 37 Pluribus, quam volui, minatus sum. 38 Desine scribere. Receptus enim est reductio pugnae. 39 Antequam ejus nomen prodo. 40 Male-  
 dicto.

ELE-



## ELEGIA X.

## ARGUMENTUM.

*LECTorem docet Poëta, qua patria, & quibus consiliis natus sit. Deinde totam suam vitam paucis perscringit. Postremo exilii mala commemorat, quorum magnitudinem dicit se Musis leyare, & in illis acquiescere.*

**I**lle <sup>1</sup> ego, qui fuerim, tenerorum <sup>2</sup> lusor <sup>3</sup> amorum,  
 Quem legis, ut noris, <sup>4</sup> accipe, Posteritas.  
<sup>5</sup> Sulmo mihi patria est <sup>6</sup> gelidis uberrimus undis,  
<sup>7</sup> Millia qui novies distat ab Urbe decem.  
<sup>8</sup> Editus hîc ego sum: <sup>9</sup> necnon, ut tempora noris; <sup>5</sup>  
<sup>10</sup> Cum cecidit fato <sup>11</sup> Consul uterque pari.  
<sup>12</sup> Si quid & à proavis usque est vetus <sup>13</sup> ordinis hæres;  
 Non modo <sup>14</sup> Fortunæ munere factus eques.  
 Nec <sup>15</sup> stirps prima fui; <sup>16</sup> genito jam fratre <sup>17</sup> creatus;  
 Qui <sup>18</sup> tribus ante quater mensibus ortus erat. <sup>10</sup>  
<sup>19</sup> Lucifer amborum natalibus adfuit idem:  
<sup>20</sup> Una celebrata est <sup>21</sup> per duo liba dies.  
<sup>22</sup> Hæc est <sup>23</sup> armiferæ <sup>24</sup> festis de quinque Minervæ,  
 Quæ fieri pugnâ prima cruenta solet.  
 Protinus <sup>25</sup> excolimur teneri, curâque parentis <sup>15</sup>  
 Imus ad <sup>26</sup> insignes Urbis ab arte viros.  
<sup>27</sup> Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,

<sup>1</sup> Scil. sum. <sup>2</sup> Scriptor. <sup>3</sup> Innuit libros de Arte amandi. <sup>4</sup> Intellige, qualis sim. <sup>5</sup> Civitas Pelignæ regionis in Italia ad mare Adriaticum sita. <sup>6</sup> Frigidis fontibus. <sup>7</sup> Nonaginta millia passuum. <sup>8</sup> Natus. <sup>9</sup> Præterea scil. natus sum. <sup>10</sup> Cum mortuus est. <sup>11</sup> Hircius, & Pansa, qui prope Mutinam contra Antonium, quem Senatus Romanus hostem declararat, pugnantes occisi sunt. <sup>12</sup> Si qua dignitas est, ex equestri ordine natum esse. <sup>13</sup> Equestris. <sup>14</sup> Divitiis meis. <sup>15</sup> Filius natu primus. <sup>16</sup> Ante me nato. <sup>17</sup> Natus sum. <sup>18</sup> Duodecim mensi-

bus, sive anno, ante me. <sup>19</sup> Dies. <sup>20</sup> Idem dies natalis utrique fuit. <sup>21</sup> Per duos natalitios dies: his enim diebus liba Diis offerebant. <sup>22</sup> Dies. <sup>23</sup> Nam Minerva pingebatur in capite galeam gerens, in manu dextra clypeum, sinistra vero lanceam: ita è Jovis cerebro nata fuisse fingitur. <sup>24</sup> De quinquatribus, sc. secundo Quinquatriorum, hoc est, festorum Minervæ, die nempe, 20 Martii. <sup>25</sup> Instituihur ego, & frater in studiis puerilibus. <sup>26</sup> Celebres, aptosque Doctores Romæ. <sup>27</sup> Frater ab adolescentia incubuit studio oratorio.



<sup>28</sup> Fortia <sup>29</sup> verborum natus ad arma Fori.  
 At mihi jam puero <sup>30</sup> coelestia sacra placebat;  
 Inque suum <sup>31</sup> furtim Musa trahebat opus.  
 Sæpe pater dixit: Studium quid <sup>32</sup> inutile tentas?  
<sup>33</sup> Mæonides nullas ipse reliquit opes.  
 Motus eram dictis: totoque <sup>34</sup> Helicone relicto,  
 Scribere conabar <sup>35</sup> verba soluta <sup>36</sup> modis.  
 Sponte suâ carmen <sup>37</sup> numeros veniebat ad aptos: 29  
 Et, quod tentabam dicere, versus erat.  
 Interea, <sup>38</sup> tacito passu, labentibus annis,  
<sup>39</sup> Liberior fratri sumpta, mihiq; toga est:  
 Induiturque humeris cum <sup>40</sup> lato purpura clavo:  
 Et <sup>41</sup> studium nobis, quod fuit ante, manet. 30  
 Jamque <sup>42</sup> decem vitæ frater geminaverat annos,  
 Cum <sup>43</sup> perit; & cœpi <sup>44</sup> parte carere mei,  
 Cœpimus & teneræ <sup>45</sup> primos ætatis honores;  
<sup>46</sup> Eque viris quondam pars tribus una fui.  
 Curia <sup>47</sup> restabat: <sup>48</sup> clavi mensura coacta est. 31  
 Majus erat nostris viribus illud onus.  
<sup>49</sup> Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,  
<sup>50</sup> Sollicitæque fugax ambitionis eram:

<sup>28</sup> Aptus ad magnas causarum  
 judicialium disceptationes. <sup>29</sup>  
 Ob garrulitatem quorundam Cau-  
 sidicorum. <sup>30</sup> Poësis. <sup>31</sup> Quia  
 pater me Poëtam fieri volebat,  
 ergo clam versus à me compo-  
 nendi fuerunt. <sup>32</sup> Quia Poësis  
 non affert magnas divitias. <sup>33</sup>  
 Homerus. <sup>34</sup> Poësi relicta. He-  
 licon mons erat Musis sacer.  
<sup>35</sup> Orationes in prosa. <sup>36</sup> Pe-  
 dibus. <sup>37</sup> Ad rythmos carminis  
 convenientes. <sup>38</sup> Sensim ætate  
 crescente. <sup>39</sup> Toga vestis erat,  
 quam nobiles adolescentes apud  
 Romanos, deposita prætexta,  
 sumebant in festo Liberti patris,  
<sup>40</sup> Kal. Aprilis celebrari solito,  
 indeque *Liberalia* dicto. <sup>41</sup> Lato  
 clavo usi sunt & nobiliores,  
 & senatores, inde *Laticlavi* vo-  
 cati, Latus clavus autem dictus

est à textura, tanquam quibus-  
 dam clavis distinctus. <sup>42</sup> Mihi  
 Poëticum, fratri oratorium. <sup>43</sup>  
 Viginti annorum erat. <sup>44</sup> Mori-  
 tur. <sup>45</sup> Fratre carissimo. <sup>46</sup> Ma-  
 gistratus adolescentibus primo  
 dari solitos, quales erant ædili-  
 tas, quæstura, triumviratus, &  
 nonnulli alii. <sup>47</sup> Triumvir fac-  
 tus sum, quibus carceris custo-  
 dia erat commissa, ut cum ani-  
 madvertendum esset, id ipso-  
 rum intervntu fieret. <sup>48</sup> Ut se-  
 nator fierem. <sup>49</sup> Latitudo vestis,  
 hoc est, senatoriæ dignita-  
 tis, quasi occisa, & restricta  
 est, quod viderent, onus illud  
 supra vires meas esse. <sup>50</sup> Nec  
 corpore, nec mente illas moles-  
 tias perferre poteram. *Et* fu-  
 gebam ambitionem, homines  
 reddentem sollicitos.

Et



Et <sup>51</sup> petere <sup>52</sup> Aonia suadebant tuta sorores

<sup>53</sup> Oia iudicio semper amata meo.

Temporis illius edui, fovique Poetas,

Quotque aderant <sup>54</sup> vates, <sup>55</sup> rebar adesse Deos.

<sup>56</sup> Sapè suas volucres legit mihi grandior ævo.

Quaque necet serpens, quæ jubet herba, <sup>57</sup> Macer.

Sapè suos solitus recitare Propertius <sup>58</sup> ignes,

<sup>59</sup> Jure sodalitiæ qui mihi junctus erat.

<sup>60</sup> Ponticus <sup>61</sup> Heroo, <sup>62</sup> Bassus quoque <sup>63</sup> clarus Iambo

<sup>64</sup> Dulcia convictus membra fuere mei.

Et tenuit nostras <sup>65</sup> numerosus Horatius aures,

Dum <sup>66</sup> ferit Ausoniæ carmina culta lyrâ.

Virgilium vidi <sup>67</sup> tantum: nec <sup>68</sup> avara Tibullo

Tempus amicitiae <sup>69</sup> fata <sup>70</sup> dedere meæ.

Successor fuit <sup>71</sup> hic tibi, Galle, <sup>72</sup> Propertius illi.

Quartus <sup>73</sup> ab his serie temporis ipse fui.

Utque <sup>74</sup> ego <sup>75</sup> majores, sic me coluere <sup>76</sup> minores: <sup>55</sup>

<sup>77</sup> Notaque non tardè facta Thalia mea est.

<sup>78</sup> Carmina cum primum populo juvenilia legi,

<sup>79</sup> Barba resecta mihi bisve, semelve fuit.

<sup>80</sup> Moverat ingenium totam cantata per Urbem

<sup>81</sup> Nomine non vero dicta <sup>82</sup> Corinna mihi.

Multa quidem scripsi: sed quæ vitiosa putavi,

<sup>83</sup> Emendaturis ignibus ipse dedi.

<sup>51</sup> Querere. <sup>52</sup> Musæ sic dicte ab Aonia, Bæotiæ regione montosa, Musis sacra. <sup>53</sup> Tranquillitatem securam. <sup>54</sup> Poetæ. <sup>55</sup> Tanquam numina eos venerabar. <sup>56</sup> Enarrat egregios sui temporis Poetas. <sup>57</sup> Emilius Macer, qui de avibus, serpentibus, & herbis versus conscripsit. <sup>58</sup> Amores carmine à se descriptos. <sup>59</sup> Qui mihi sodalis erat. <sup>60</sup> Poëta, bellum Thebanum versibus describens. <sup>61</sup> Hexametro carmine. <sup>62</sup> Al. Batius. <sup>63</sup> Celebris genere Jambico. <sup>64</sup> Convinctores mei fuerunt. <sup>65</sup> Fluens ob varia genera carminum, quibus utitur. <sup>66</sup> Lyrica carmina scribit. <sup>67</sup> So-

lum. <sup>68</sup> Quia mors nimis celeriter Tibullum rapuit. <sup>69</sup> Mors. <sup>70</sup> Quia, me puero, mortuus est. <sup>71</sup> Tibullus. <sup>72</sup> Tibullo successit. <sup>73</sup> Post hos. <sup>74</sup> Colui. <sup>75</sup> Natu. <sup>76</sup> Posterior es. <sup>77</sup> Mea carmina, quorum Thalia, Musarum una, causa est, omnibus innotuerunt. <sup>78</sup> Libros de Arte amandi, & de Amoribus à me jam juvene editos. <sup>79</sup> Vix barbam habui. <sup>80</sup> Excitaverat. <sup>81</sup> Dux fuerunt Corinnæ: altera, præter hoc loco allegatam, Thebana, à quibusdam Corinthia dicta, quæ scripsit Epigrammata, & Lyrica poemata. <sup>82</sup> Anica Ovidii. <sup>83</sup> Purgaturæ combustioni.

Tum



Tum quoque, cum <sup>84</sup> fugerem, quædam placitura cre-  
mavi,

Iratus studio, carminibusque meis.

<sup>85</sup> Molle, Cupidineis <sup>86</sup> nec inexpugnabile teis 65

Cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.

Cum tamen <sup>87</sup> hoc essem, minimoque accenderet igni;

Nomine sub nostro fabula nulla fuit.

<sup>88</sup> Pæne mihi puero nec digna, nec utilis uxor <sup>89</sup>

Est data: quæ tempus <sup>90</sup> perbreve nupta fuit. 70

<sup>91</sup> Illi successit, quamvis sine crimine, conjux;

Non tamen in nostro firma futura <sup>92</sup> toro.

<sup>93</sup> Ultima, quæ mecum <sup>94</sup> seros permansit in annos,

<sup>95</sup> Sustinuit conjux exsulis esse viri.

<sup>96</sup> Filia bis primâ mea me <sup>97</sup> foecunda juventâ, 75

Sed non ex <sup>98</sup> uno conjuge, fecit avum.

Et jam <sup>99</sup> complêrat genitor <sup>1</sup> sua fata, <sup>2</sup> novemque

Addiderat lustris altera lustra novem.

Non aliter <sup>3</sup> fleui, quam me fleturus <sup>4</sup> ademptum

Ille fuit: <sup>5</sup> matri proxima justa tuli. 80

Felices <sup>6</sup> ambo, <sup>7</sup> tempestiveque sepulti,

Ante diem <sup>8</sup> pœnæ quod periêre meâ!

Me quoque felicem, quod non viventibus illis

Sum miser; <sup>8</sup> de me quod dolêre nihil!

Si tamen <sup>9</sup> extinctis <sup>10</sup> aliquid, <sup>11</sup> nisi nomina, <sup>12</sup> res-  
tat, 85

Et <sup>13</sup> gracilis <sup>14</sup> structos effugit umbra rogos;

<sup>84</sup> In exilium profiscicerer.

<sup>85</sup> Amori deditum. <sup>86</sup> Quod a-

more facile vinci potest. <sup>87</sup> Al-

hic nempe talis, ut cor haberem

molle. <sup>88</sup> Nulla unquam de me

infamia, ut fabula, narrata est.

<sup>89</sup> Cum essem annorum circi-

ter sexdecim, primam uxorem

duxi, post hanc, & duas alias.

Cum duabus prioribus fecit di-

vortium, cum tertia vixit diu,

quam nec exsulis puduit. <sup>90</sup> Di-

vortio facto. <sup>91</sup> Priori uxori.

<sup>92</sup> Conjugio. <sup>93</sup> Tertia uxor.

<sup>94</sup> Ad seniles annos. <sup>95</sup> Non

puduit eam. <sup>96</sup> Perilla. <sup>97</sup> Bis

gravida, hoc est, bis pariens.

<sup>98</sup> Quia duos maritos habuit.

<sup>99</sup> Peter meus jam erat mortuus.

<sup>1</sup> Tempus à fatiis constitutum.

<sup>2</sup> Ad nonagesimum ætatis an-

num pervenerat. <sup>3</sup> Deploravi

defunctum patrem. <sup>4</sup> Mortuum.

<sup>5</sup> Post patrem etiam matrem ex-

tuli. <sup>6</sup> Uterque parens. <sup>7</sup> Op-

portuno tempore. <sup>8</sup> Exsilii mel-

<sup>9</sup> Demortuis. <sup>10</sup> Anima scilli-

cet immortalis. <sup>11</sup> Præter. <sup>12</sup>

Superstes est. <sup>13</sup> Tenuis, sive

immaterialis anima. <sup>14</sup> Ignem

ad cremandum cadaver paratum.



Fama <sup>15</sup> parentales si vos mea contigit umbræ,  
 Et sunt in Stygio crimina nostra foro;  
 Scite, precor, <sup>17</sup> causam (nec vos mihi fallere fas est)  
 Errorē jussæ, non scelus, esse fugæ. <sup>90</sup>  
<sup>18</sup> Manibus id satis est: ad vos <sup>19</sup> studiosa revertor  
 Pectora, qui vitæ quæritis acta meæ.  
 Jam mihi canities, pulsus <sup>20</sup> melioribus annis,  
 Venerat, <sup>21</sup> antiquas miscueratque comas:  
 Postque <sup>22</sup> meos ortus <sup>23</sup> Pisæâ vinctus olivâ <sup>91</sup>  
<sup>24</sup> Abstulerat decies præmia <sup>25</sup> victor eques;  
 Cum maris Euxini positos <sup>26</sup> ad læva Tomitas  
 Quærere me læsi <sup>27</sup> Principis ira jubet.  
 Causa meæ cunctis nimium quoque nota <sup>28</sup> ruinæ  
 Indicio non est <sup>29</sup> testificanda meo. <sup>100</sup>  
 Quid referam <sup>30</sup> comitumque nefas, famulosque nocen-  
 tes?  
 Ipsâ <sup>31</sup> multa tuli non leviora <sup>32</sup> fugâ.  
<sup>33</sup> Indignata malis mens est succumbere; seque  
 Præstitit invictam viribus usa suis:  
 Oblitusque <sup>34</sup> mei, ductæque per otia vitæ, <sup>105</sup>  
<sup>35</sup> Insolitâ cepi temporis <sup>36</sup> arma manu.  
 Totque tuli terrâ <sup>37</sup> casus, pelagoque; quot inter  
<sup>38</sup> Occultum stellæ, <sup>39</sup> conspicuumque polum.

<sup>15</sup> O animæ parentum meorum defunctorum, si vobis meum exsilium notum est. <sup>16</sup> Et accursor a iudicibus inferni, qui sunt Æacus, Minos, & Rhadamantus. <sup>17</sup> Originem mei exsilii. <sup>18</sup> Animabus parentum meorum, quas hic alloquor. <sup>19</sup> Studiosi lectores. <sup>20</sup> Juvenilibus. <sup>21</sup> Et nigris capillis albos insperserat. <sup>22</sup> Meam nativitatem. <sup>23</sup> Qua apud Pisas coronati sunt victores in ludis Olympicis, qui fuere celeberrima totius Græciæ spectacula. <sup>24</sup> Cum in exsilium abire juberet, natus eram annos quinquaginta. Per decem enim præmia significat decem Olimpiadas, sive annos quinquaginta: quia ludi Olimpici quinto quoque anno celebrabantur. <sup>25</sup> Olympiciones dictus, hoc est, qui Olympia vicerat. <sup>26</sup> Ad sinistram partem ingredientibus. <sup>27</sup> Augusti. <sup>28</sup> Exsilii mei. <sup>29</sup> Declaranda. <sup>30</sup> Quos ejus Augustus adjunxerat, ut ipsum custodirent, & in exilii locum deferrent. <sup>31</sup> Multa mala passus Tomon abiens. <sup>32</sup> Exsilio. <sup>33</sup> Animus malis vinci noluit. <sup>34</sup> Pristinæ meæ tranquillitatis. <sup>35</sup> Dum nunquam assuevi contra adversa pugnare. <sup>36</sup> Patientiam, & magnitudinem animi. <sup>37</sup> Mala. <sup>38</sup> Australem. <sup>39</sup> Septentrionalem.



Tacta mihi tandem <sup>40</sup> longis erroribus acto,  
 Juncta <sup>41</sup> pharetratis <sup>42</sup> Sarmatis ora *Genis*. 170  
 Hic ego, <sup>43</sup> finitimis quamvis circumsoner armis,  
 Tristia, <sup>44</sup> quo possum, carmine <sup>45</sup> facta levo.  
 Quod, quamvis nemo est, <sup>46</sup> cujus referatur ad aures;  
 Sic tamen <sup>47</sup> absumo, decipioque diem.  
 Ergo, quod vivo, durisque laboribus <sup>48</sup> obsto, 115  
 Nec me <sup>49</sup> sollicitæ tædia lucis habent,  
<sup>50</sup> Gratia, <sup>51</sup> Musa, tibi: nam tu solatia præbes;  
 Tu curæ <sup>52</sup> requies, tu <sup>53</sup> medicina mali:  
 Tu dux, tu comes es: tu <sup>54</sup> nos abducis ab Istro;  
 In <sup>55</sup> medioque mihi das Helicone locum. 120  
 Tu mihi <sup>56</sup> (quod rarum) <sup>57</sup> vivo sublime dedisti  
 Nomen, <sup>58</sup> ab exsequiis quod dare Fama solet.  
 Nec, <sup>59</sup> qui detrectat præsentia: Livor <sup>60</sup> iniquo  
 Ullum de nostris dente momordit opus.  
 Nam tulerit magnos cum sæcula nostra Poëtas, 125  
 Non fuit ingenio Fama <sup>61</sup> maligna meo.  
 Cumque ego <sup>62</sup> præponam multos mihi; non minor illis  
 Dicor: & in toto <sup>63</sup> plurimus orbe legor.  
 Si quid habent igitur <sup>64</sup> vaturn præsentia <sup>65</sup> veri;  
 Protinus ut moriar, <sup>66</sup> non ero, terra, tuus. 130  
 Sive <sup>67</sup> favore tuli, sive hanc ego carmine famam  
<sup>68</sup> Jure; tibi grates, candide lector, ago.

<sup>40</sup> Cum diu fuisset jactatus.  
<sup>41</sup> Sagittiferis. <sup>42</sup> Sarmatica regio. <sup>43</sup> Licet verser in mediis bellis. <sup>44</sup> Carmina tristia faciendo. <sup>45</sup> Exsilium tolerabilius reddo. <sup>46</sup> Cui carmina mea perlegam. <sup>47</sup> Tempus consumo. <sup>48</sup> Resisto patientia mea. <sup>49</sup> Vitæ me sollicitum reddentis. <sup>50</sup> Acceptum refero. <sup>51</sup> Poësis. <sup>52</sup> Levamen. <sup>53</sup> Remedium contra malum. <sup>54</sup> Cogitationes meas ab urbe Tomo, Istro flumini finitima, removes. <sup>55</sup> Loco Musis sacro, & grato. <sup>56</sup> Quod

raro contingere solet. <sup>57</sup> Dum adhuc vivo, celebre nomen dedisti. <sup>58</sup> Post mortem. <sup>59</sup> Invidia viventium adhuc opera lacerans. <sup>60</sup> Injusta obreccatione. <sup>61</sup> Invidia. <sup>62</sup> Me æstimem præstantiores, Tibullum, Propertium, Cornelium Gallum, Marcum. <sup>63</sup> Quam diligentissime. <sup>64</sup> Poëtarum prædictiones. <sup>65</sup> Veritatis. <sup>66</sup> Non totus sepe liat, aut oblivioni tradat. <sup>67</sup> Quod mihi famam dederis. <sup>68</sup> Merito, & ex animo.



PUBLII OVIDII NASONIS

## TRISTIUM

LIBER QUINTUS.

## ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

*M*ittens Romam à Scythia hunc ultimum librum Ovidius, sui studiosos monet, ut quatuor prioribus libellis illinc quoque à se missis, & hunc addant: excusatque se non potuisse materiam aliam, quam tristem, suisque rebus miseris, & perditis convenientem sumere. Quod si in patriam revocetur, scripturum se jocosa, & læta promittit; simulque veniam petit: si quid sit quod lectorem offendant.

**H**unc quoque de <sup>1</sup> Getico, <sup>2</sup> nostri studiose, libellum Litore, <sup>3</sup> præmissis quatuor adde meis. Hic quoque talis erit, <sup>4</sup> qualis Fortuna Poëtæ.

Invenies toto carmine <sup>5</sup> dulce nihil.

<sup>6</sup> Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen;

<sup>7</sup> Materix scripto conveniente suæ.

<sup>8</sup> Integer, & lætus <sup>9</sup> læta, & juvenilia <sup>10</sup> lusi:

Illam tamen nunc me composuisse piget.

<sup>11</sup> Ut cecidi, subiti <sup>12</sup> perago præconia casus;

Sumque <sup>13</sup> argumenti <sup>14</sup> conditor ipse mei.

Utque jacens <sup>15</sup> ripâ deflere <sup>16</sup> Caystrius ales

Dicitur <sup>17</sup> ore suam deficiente necem:

Sic ego Sarmaticas longe <sup>18</sup> projectus in oras

Efficio, <sup>19</sup> tacitum ne mihi funus eat.

<sup>1</sup> Tomitanæ urbis, fitori Getico adjacentis, litore. <sup>2</sup> Librorum nostrorum amans. <sup>3</sup> Quatuor prioribus meis libris Tristium, antea hinc Romam missis. <sup>4</sup> Admodum adversa. <sup>5</sup> Jucundum, lætum. <sup>6</sup> Tristis. <sup>7</sup> Poëtæ, quæ tristis est. <sup>8</sup> Nondum exsul, sed liber, & felix. <sup>9</sup> Amato-

ria, hoc est, libros de Arte amandi. <sup>10</sup> Composui. <sup>11</sup> Cum in exsilium missus sum. <sup>12</sup> Describo subitam relegationem. <sup>13</sup> Materix de me ipso agentis. <sup>14</sup> Auctor. <sup>15</sup> In ripa. <sup>16</sup> Cignus ad Caystrum, Lydiæ fluv. pervolans. <sup>17</sup> Voce infirma. <sup>18</sup> Relegatus. <sup>19</sup> Ne tacens moriar.

De-



Delicias si quis, lascivaque carmina <sup>20</sup> quærit; 15  
 (Præmoneo nunquam scripta <sup>21</sup> quod ista legat.)  
 Aptior <sup>22</sup> huic <sup>23</sup> Gallus, blandique Propertius oris,  
 Aptior, ingenium come, Tibullus erit.  
 Atque utinam <sup>24</sup> numero ne nos essemus in isto!  
 Hei mihi, cur unquam <sup>25</sup> Musa jocata mea est! 20  
 Sed dedimus pœnas: Scythicique <sup>26</sup> in finibus Istri  
<sup>27</sup> Ille <sup>28</sup> pharetrati lusor Amoris abest.  
 Quod superest, <sup>29</sup> animos ad publica carmina flexi;  
 Et memores jussi nominis esse sui.  
 Si tamen è vobis aliquis tam multa requirer, 25  
<sup>30</sup> Unde dolenda canam: <sup>31</sup> multa dolenda tuli.  
<sup>32</sup> Non hæc ingenio, non hæc componimus arte.  
<sup>33</sup> Materia est propriis ingeniosa malis.  
 Et <sup>34</sup> quota Fortunæ pars est in carmine nostræ?  
 Felix, <sup>35</sup> qui patitur, quæ numerare valet! 30  
 Quot frutices silvæ, quot flavas Tybris arenas,  
 Mollia quot <sup>36</sup> Martis <sup>37</sup> gramina campus habet;  
 Tot mala pertulimus, quorum medicina, quiesque  
 Nulla, nisi in <sup>38</sup> studio, <sup>39</sup> Pieridumque mora est.  
 Quis tibi, Naso, <sup>40</sup> modus <sup>41</sup> lacrymosi carminis? inquit.  
<sup>42</sup> Idem, <sup>43</sup> Fortunæ qui modus hujus erit. 36  
 Quod querar, <sup>44</sup> illa mihi pleno de fonte ministrat:  
<sup>45</sup> Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.

20 Legere cupit. 21 Ut. 22 Lasciva legere volenti. 23 Qui amatoria, & jocosa carmina composuere. 24 In eorum, qui amatoria, & jocosa carmina confecerunt, numero essemus. 25 Poëtica. 26 Prope Istrum. 27 Ille scriptor, scil. ego Ovidius ipse. 28 Cupidinis, Dei amoris, qui pharetram, vel arcum sagittis refertum gerit. 29 Quia nihil habui aliud, quod scriberem, flexi amicorum animos ad legendos hos meos de Tristibus libros, quos eis publicè legendos mitto; quibus eos, ut mei recordentur, rogo. 30 Cur tristia. 31 Et respondeo, quod mul-

ta tristia pertulerim. 32 Hic non opus est ingenio, vel arte. 33 Ipsa mala suppeditant dicendi materiam. 34 Pauca tantum scripsimus eorum, quæ passi sumus. 35 Qui pauca patitur. 36 Campus Martius. 37 Quæ certè innumerabilia sunt. 38 Poëtico. 39 Et Musarum cultu. 40 Finis. 41 Tristissimi. 42 Desinam tristia scribere, cum causa tristitiæ meæ cessabit. 43 Exsili. 44 Exsilium meum abundè mihi suppeditat. 45 Nec verba ista mea sunt, sed fortunæ meæ, querentis, & proferentis hæc infortunii mei verba.



- At mihi si carâ patriam cum conjuge reddas,  
 Sint vultus hilares, <sup>46</sup> sinque quod ante fui: 40  
 Lenior inuicti si sit mihi Cæsaris ira,  
 Carmina lætitiæ jam tibi plena dabo.  
 Nec tamē, <sup>47</sup> ut lusit, rursus mea littera ludet:  
 Sit semel illa joco luxuriata suo.  
<sup>48</sup> Quod probet ipse, canam: <sup>49</sup> pœnæ modo parte levatâ,  
 Barbariem, rigidos effugiamque Getas. 46  
 Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?  
 \* Tibia funeribus convenit ista meis.  
 At poteras, inquis, <sup>50</sup> melius mala ferre silendo,  
 Et tacitus casus dissimulare tuos. 50  
<sup>51</sup> Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur,  
 Acceptoque gravi vulnere flere vetas.  
 Ipse <sup>52</sup> Perillêo Phalaris permisit in ære  
 Edere mugitus, & vobis ore queri.  
 Cum Priami lacrymis <sup>53</sup> offensus non sit Achilles; 55  
 Tu <sup>54</sup> fletus inhibes, durior <sup>55</sup> hoste, meos.  
<sup>56</sup> Cum faceret Nioben orbam Latonia proles,  
<sup>57</sup> Non tamen & siccas jussit habere genas.  
 Est aliquid, <sup>58</sup> fatale malum per verba levâri:  
<sup>59</sup> Hoc querulam Prognen, <sup>60</sup> Halcyonenque facit. 60  
 Hoc erat, in gelido quare <sup>61</sup> Pœantius antro  
<sup>62</sup> Voce fatigaret <sup>63</sup> Lemnia saxa suâ.  
<sup>64</sup> Strangulat <sup>65</sup> inclusus dolor, atque <sup>66</sup> exæstuat intus:

<sup>46</sup> Scil. hilaris. <sup>47</sup> Ut olim tres libros de Arte amandi scripsit. <sup>48</sup> Quod ipse Cæsar laudet. <sup>49</sup> Si modo locus exsilii, non totum exsilium, mutetur \* Somnus iste funebris; nempe hoc triste scribendi genus. Majores efferebant funera ad tibiam. <sup>50</sup> Moderatius. <sup>51</sup> Postulas aliquid quod fieri nequit, ut scil. is qui affligitur, non gemat. <sup>52</sup> In Aeneo tauro Perilli, inventoris ejusdem. <sup>53</sup> Sed potius ita victus, ut illico Hectorem redderet. <sup>54</sup> Me flere non vis. <sup>55</sup> Achille, Priami hoste. <sup>56</sup> Cum Apollo, & Diana, Latonæ filii,

Niobem, Tantali filiam, liberis privarent. <sup>57</sup> Non tamen vetuit plorare. <sup>58</sup> Inevitabilem malum per lamentationes imminuere. <sup>59</sup> Hoc malum fecit Prognem querulo cantu dolorem levare. Vid. Ovidii Metam. 6. fabul. 6. <sup>60</sup> Cum mortem mariti sui lugeret. Vid. Ovidii Metam. 11 fab. 10. <sup>61</sup> Philoctetes Pœantis filius. Vid. Ovidii Metam. 13. fab. 1. v. 45. <sup>62</sup> Lamentationibus suis. <sup>63</sup> Lemnum insulam, Vulcano sacram. <sup>64</sup> Torquet. <sup>65</sup> Internus, nemini notus. <sup>66</sup> Ferret.

Co-



<sup>67</sup> Cogitur & vires <sup>68</sup> multiplicare suas.  
<sup>69</sup> Da veniam potius; vel totos <sup>70</sup> tolle libellos; 6;  
 Si mihi <sup>71</sup> quod prodest, hoc tibi, lector, <sup>72</sup> obest,  
 Sed neque obesse potest: ulli nec scripta fuerunt  
 Nostra, nisi <sup>73</sup> auctori perniciosa suo.  
<sup>74</sup> At <sup>75</sup> mala sunt fateor: <sup>76</sup> quis te mala sumere co-  
 git?  
 Aut quis <sup>77</sup> deceptum <sup>78</sup> ponere sumpta vetat? 70  
 Ipse nec <sup>79</sup> emendo; sed ut <sup>80</sup> hic deducta legantur.  
<sup>81</sup> Non sunt illa suo barbariora loco.  
 Nec me Roma suis debet <sup>82</sup> conferre Poëtis.  
 Inter Sauromatas ingeniosus ero.  
 Denique <sup>83</sup> nulla mihi captatur gloria, quæque 71  
<sup>84</sup> Ingenio stimulos subdere Fama solet.  
<sup>85</sup> Nolumus assiduis animum <sup>86</sup> tabescere curis:  
<sup>87</sup> Quæ tamen irrumpunt, <sup>88</sup> quoque vetantur, eunt.  
<sup>89</sup> Cur scribam docui: cur <sup>90</sup> mittam, quæritis, <sup>91</sup> is-  
 tos?  
 Vobiscum cupiam <sup>92</sup> quolibet esse modo. 80

67 Dolor. 68 Augere. 69 Ig-  
 nosce mihi ideo tristia scriben-  
 ti potius, quam damna. 70 Re-  
 move Libros hos Tristium, nec  
 lege. 71 Scilicet tristia scribere.  
 72 Nocet. 73 Mihi Ovidio, qui  
 propter scripta amatoria sum in  
 exilium missus. 74 Concedit  
 hic aliquid adversariis. 75 Non  
 culta. 76 Respondet: Nemo te  
 cogit ad eorum lectionem. 77  
 Credentem ea esse bona, cum  
 sint mala. 78 Iterum è manu.  
 79 Corrigo hæc. 80 In Scythia  
 apud Barbaros composita. 81 Lec-  
 tu tamen sunt digna pro loci ra-  
 tione. 82 Componere, vel æqui-  
 parare. 83 Non scribo hæc, ut  
 mihi gloriam pariant. 84 Inge-  
 nium stimulare, vel excitare.  
 85 Exaro aliquid, ne in perpetu-  
 is ærumnis verser, de infortu-  
 nio meo cogitando. 86 Consu-  
 mi. 87 Quæ tamen nihilominus  
 semper recurrunt. 88 Et me  
 contra voluntatem meam adeunt.  
 89 Cur tristia componere duxi.  
 90 Ad vos. 91 Libellos. 92 Quo-  
 cunque modo possum, scilicet,  
 scriptis, quia corpore non li-  
 cet.



## ELEGIA II.

## ARGUMENTUM.

*AD uxorem scribens, dicit, se corpore bene valere, quamvis mente languat; ostenditque, dolorem eundem esse, qui primo fuit, cum relegatus sit ab Augusto. Postea commemorat incommoda, quibus sine fine conficitur. Et quandoquidem levis sit exilii causa, & magna Caesaris clementia, pro marito roget, hortatur, nec ullam sibi spem relictam, quam Augusti clementiam.*

**E**Cquid, ut è Ponto <sup>1</sup> nova venit epistola, <sup>2</sup> palles;  
Et tibi <sup>3</sup> sollicità <sup>4</sup> solvitur illa manu?  
Pone metum, valeo: corpusque, quod ante laborum  
Impatiens nobis, invalidumque fuit,  
<sup>5</sup> Sufficit; atque ipso vexatum <sup>6</sup> induruit usu.  
<sup>7</sup> An magis infirmo non <sup>8</sup> vacat esse mihi?  
Mens tamen ægra jacet, nec tempore <sup>9</sup> robora sumpsit  
<sup>10</sup> Affectusque animi, qui fuit ante, manet.  
Quæque morâ spatioque suo <sup>11</sup> cœtura putavi  
Vulnera; non aliter, quam <sup>12</sup> modo facta, dolent. <sup>10</sup>  
Scilicet <sup>13</sup> exiguis <sup>14</sup> prodest <sup>15</sup> annosa vetustas,  
<sup>16</sup> Grandibus accedunt <sup>17</sup> tempora damna malis.  
Pæne decem totis aluit <sup>18</sup> Præantius <sup>19</sup> annis  
<sup>20</sup> Pestiferum tumido vulnus ab <sup>21</sup> angue datum.  
Telephus <sup>22</sup> æternâ consumptus tabe perisset,  
Si non, quæ nocuit, <sup>23</sup> dextra tulisset opem.  
Et mea, <sup>24</sup> si facinus nullum commissimus, opto  
Vulnera <sup>25</sup> qui fecit, facta levare velit.

<sup>1</sup> Nuper missa. <sup>2</sup> Metuis.  
<sup>3</sup> Te ipsa sollicita. <sup>4</sup> Resignatur, aperitur. <sup>5</sup> Satis adhuc virium habet ad perferendas miseriae. <sup>6</sup> Ut mala ferere non amplius sentiat. <sup>7</sup> An ideo firmum habeo corpus, quia amplius nihil est unde infirmum sit? <sup>8</sup> Licet. <sup>9</sup> Firmior facta est. <sup>10</sup> Dolor antiquus adhuc durat. <sup>11</sup> Consolidatum iri. <sup>12</sup> Recentissima. <sup>13</sup> Parvis malis. <sup>14</sup> Quia

tempore minuuntur. <sup>15</sup> Mora. <sup>16</sup> Magna mala ab annis incrementum capiunt, & animum magis turbant. <sup>17</sup> Diuturnitate temporis. <sup>18</sup> Philoctetes Præantius filius. <sup>19</sup> Quibus Troja à Græcis obsessa, & tandem capta erat. <sup>20</sup> Venenatum. <sup>21</sup> Hydra, cujus veneno sagittæ Herculis infectæ erant. <sup>22</sup> Incurabili vulnere. <sup>23</sup> Achillis. <sup>24</sup> Quia. <sup>25</sup> Augustus.

K

Con-



Contentusque mei jam tandem parte laboris,  
<sup>26</sup> Exiguum pleno de <sup>27</sup> mare demat aquæ. 20  
 Detrahat <sup>28</sup> ut multum, multum <sup>29</sup> restabit <sup>30</sup> acerbi:  
 Parsque meæ poenæ totius instar erit.  
 Littora quot conchas, quot amœna <sup>31</sup> rosaria flores,  
 Quotve soporiferum <sup>32</sup> grana papaver habet;  
 Silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur; 25  
<sup>33</sup> Quot tenerum pennis aëra pulsat avis;  
<sup>34</sup> Tot premor adversis; quæ si <sup>35</sup> comprehendere coner,  
<sup>36</sup> Icarix numerum dicere coner aquæ.  
 Utque viæ <sup>37</sup> casus, ut <sup>38</sup> amara pericula Ponti,  
 Ut taceam <sup>39</sup> strictas in mea fata <sup>40</sup> manus; 30  
 Barbara me tellus, orbisque <sup>41</sup> novissima magni  
 Sustinet, & sævo cinctus ab hoste <sup>42</sup> locus.  
<sup>43</sup> Hinc ego trajicerer (neque enim mea culpa <sup>44</sup> cruenta est)  
 Esset, quæ debet, si tibi cura mei.  
 Ille <sup>45</sup> Deus, bene quo Romana potentia <sup>46</sup> nixa est, 35  
 Sæpe suo victor lenis in hoste fuit.  
 Quid <sup>47</sup> dubitas? quid tuta times? accede, rogaque.  
 Cæsare nil ingens mitius orbis habet.  
 Me miserum! quid agam, si <sup>48</sup> proxima quæque relinquunt?  
<sup>49</sup> Subtrahis effrato tu quoque colla jugo? 40  
 Quo ferar; unde <sup>50</sup> petam <sup>51</sup> lapsis solatia rebus?  
<sup>52</sup> Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.  
<sup>53</sup> Viderit: ipse sacram quamvis <sup>54</sup> invisus ad <sup>55</sup> aram

<sup>26</sup> De multis doloribus aliquos  
 demat. <sup>27</sup> Antiqua pro mari. <sup>28</sup>  
 Licet. <sup>29</sup> Remanebit. <sup>30</sup> Ad-  
 versi. <sup>31</sup> Rosarum horti. <sup>32</sup> Se-  
 mina. <sup>33</sup> Quot pennis avis per  
 liquidum aërem volat. <sup>34</sup> In-  
 numeris. <sup>35</sup> Verbis complecti.  
<sup>36</sup> Guttas maris numerare sta-  
 derem. <sup>37</sup> Infortunia. <sup>38</sup> Tris-  
 tia. <sup>39</sup> Mortem mihi in via à  
 comitibus paratam. <sup>40</sup> Gladios.  
<sup>41</sup> Ultima. <sup>42</sup> Urbs Tomitana.  
<sup>43</sup> Ex hoc loco in alium ab Au-  
 gusto relegarer. <sup>44</sup> Capitalis,  
 ac si aliquem occiderim. <sup>45</sup> Au-  
 gustus. <sup>46</sup> Fulta, sustentata.  
<sup>47</sup> Illum pro me interpellare.  
<sup>48</sup> Mei propinqui. <sup>49</sup> Et tu me  
 miserum relinquis. <sup>50</sup> Desu-  
 mam. <sup>51</sup> Perditis. <sup>52</sup> Ego ut  
 navis sine anchora, jam nullum  
 amicum habeo. <sup>53</sup> Provideris  
 ipse Cæsar, dum ab hominibus  
 relictus sum. <sup>54</sup> Odiosus. <sup>55</sup>  
 Ad ipsum Cæsarem, tanquam  
 ad ultimum refugium accedam.



Confugiam, nullas submovet ara <sup>56</sup> manus.  
 Alloquor en' absens <sup>57</sup> præsencia numina supplex: <sup>45</sup>  
 Si fas est <sup>58</sup> homini cum <sup>59</sup> Jove posse loqui.  
<sup>60</sup> Arbitr' imperii, quo certum est <sup>61</sup> sospite cunctos  
<sup>62</sup> Ausoniæ curam gentis habere Deos:  
 O decus, ò patriæ per te florentis imago!  
 O vir, <sup>63</sup> non ipso, quem regis, orbe minor! <sup>50</sup>  
 Sic <sup>64</sup> habites terras, & te <sup>65</sup> desideret æther:  
 Sic ad <sup>66</sup> pacta tibi sidera <sup>67</sup> tardus eas.  
 Parce, precor, minimamque <sup>68</sup> tuo de fulmine partem  
 Deme; satis pœnæ, quod <sup>69</sup> superabit, erit.  
 Ira quidem moderata tua est, vitamque <sup>70</sup> dedisti: <sup>55</sup>  
 Nec mihi jus <sup>71</sup> civis, <sup>72</sup> nec mihi nomen abest.  
<sup>73</sup> Nec mea concessa est aliis Fortuna: <sup>74</sup> nec exsul  
 Ediçti verbis nominor ipse tui.  
<sup>75</sup> Omniaque hæc timui, quia me meruisse videbam:  
 Sed tua peccato lenior ira meo est. <sup>60</sup>  
<sup>76</sup> Arva relegatum jussisti visere Ponti,  
 Et Scythicum profugâ <sup>77</sup> findere <sup>78</sup> puppe fretum.  
 Jussu ad Euxini <sup>79</sup> deformia litora veni  
 Æquoris: hæc <sup>80</sup> gelido terra sub axe jacer.  
 Nec me tam cruciat <sup>81</sup> nunquam sine frigore cœlum <sup>65</sup>  
 Glebaque <sup>82</sup> canenti semper <sup>83</sup> obusta gelu;  
 Nesciaque est vocis quod barbara lingua <sup>84</sup> Latinæ,  
<sup>85</sup> Grajaque quod Getico victa loquela sono est;  
 Quam quod finitimo cinctus premor undique <sup>86</sup> Marte,

<sup>56</sup> Supplicis preces. <sup>57</sup> Præ-  
 sentem Augustum. Al. *absentia*.  
<sup>58</sup> Privato. <sup>59</sup> Principe, tan-  
 quam Jove, vel Deo in terris.  
<sup>60</sup> Moderator orbis, & urbis.  
<sup>61</sup> Vivo, & felice. <sup>62</sup> Italo-  
 rum, Romanorum. <sup>63</sup> Orbis  
 par. <sup>64</sup> Diu vivas in terris. <sup>65</sup>  
 Expectet. <sup>66</sup> Cœlum tibi pro-  
 missum. <sup>67</sup> Sero moriaris. <sup>68</sup>  
 De tua in me ira. <sup>69</sup> Super-  
 erit. <sup>70</sup> Non abstulisti. <sup>71</sup> Quo  
 civis Romanus gaudet. <sup>72</sup> Quia  
 adhuc civis Romanus vocor.

<sup>73</sup> Nec mea bona mihi crepta,  
 aliisque data, quod exsulis  
 accidere solebat. <sup>74</sup> Sed rele-  
 gatus. <sup>75</sup> Exsilium, privatio-  
 nem juris civitatis, nominis ci-  
 vis, bonorum, &c. <sup>76</sup> Loca  
 Ponto vicina. <sup>77</sup> Navigare. Al.  
*scindere*. <sup>78</sup> Navem. <sup>79</sup> Incul-  
 ta. <sup>80</sup> Sub polo septentriona-  
 li. <sup>81</sup> Regio frigidissima. <sup>82</sup>  
 Albo, quia frigus canitiem ter-  
 ræ inducit. <sup>83</sup> Dura. <sup>84</sup> Lin-  
 guæ. <sup>85</sup> Quia coloni è Græcia  
 eo translati sunt. <sup>86</sup> Bello.



Vixque <sup>87</sup> brevis <sup>88</sup> tutum muris ab hoste facit. 70  
<sup>89</sup> Pax tamen interdum, <sup>90</sup> pacis fiducia nunquam est.  
 Sic hic nunc patitur, nunc timet <sup>91</sup> arma, <sup>92</sup> locus.  
 Hinc ego dum <sup>93</sup> muter, <sup>94</sup> vel me <sup>95</sup> Zancleæ Cha-  
 rybdis

<sup>97</sup> Devoret, atque suis <sup>98</sup> ad Styga mittat aquis:  
 Vel rapidæ flammis urar patienter in <sup>99</sup> Ætnæ: 75  
 1 Vel freta <sup>2</sup> Leucadii mittat in alta Dei.

Quod <sup>3</sup> petitur, poena est: neque enim miser esse re-  
 cuso;

Sed precor, ut possim <sup>4</sup> tutius esse miser.

87 Non altus. 88 Me. 89 In-  
 terdum cessant prælia, 90 Nun-  
 quam certa est pax, quia ad-  
 ventus hostium semper timen-  
 dus est. 91 Hostes. 92 Hæc  
 regio, vel urbs. 93 Avocer, in  
 alium locum mittat. 94 Si mo-  
 do sit loco tutiori, etiam in as-  
 perriimis esse non recuso. 95  
 Zancie, urbe Siciliæ proxima.

96 Saxum in freto Siculo, nau-  
 fragiis promovendis aptum. 97  
 Absorbeat. 98 In profundum.  
 99 Montis in Sicilia perpetuo ar-  
 dentis. 1 Vel ab altissimis sa-  
 xis in mare Leucadium demittat.  
 2 Apollinis, quem in Leucade  
 colebant. 3 Ut ita peream  
 in loco tutiori.

## ELEGIA III.

### ARGUMENTUM.

*Queritur Poëta, quod cum Bacchi festum celebretur, sibi una cum cæ-  
 teris Poëtis Roma esse non liceat, ut antea solebat; miraturque illum  
 sibi uni ex ejus cultoribus non opem tulisse. Demum illum, studiisque con-  
 sortes Poëtæ precatur, ut à Cesare pro se reditum impetrent.*

<sup>1</sup> Illa dies hæc est, qua te celebrare Poëtæ,  
<sup>2</sup> (Si modo non fallunt tempora) Bacche, solent:  
 Festaque <sup>3</sup> odoratis innectunt tempora sertis,

Et dicunt <sup>4</sup> laudes ad <sup>5</sup> tua vina tuas.

Inter <sup>6</sup> quos memini, <sup>7</sup> dum me mea fata sinebant, 5

1 Bacchi festum, seu Baccha-  
 nalia intelligit, quæ 15 Kalend.  
 Aprilis, hoc est, 16. die Martii  
 celebrabantur. 2 Si modo in  
 temporibus non erro. 3 Poëtæ,  
 quo festum tuum eo solemniori  
 modo celebrent, cingunt caput  
 bene olentibus coronis. 4 Hym-  
 nos tuos. 5 Quæ tu invenisti,  
 hoc est, inter potandum. 6 Poë-  
 tas. 7 Dum nondum in exilium  
 missus eram.

Non



8 Non invisa tibi pars egò sæpe fui.  
 Quem nunc suppositum stellis 9 Cynosuridòs Ursæ  
 Juncta tenet 10 crudis Sarmatis ora Getis.  
 Quique prius 11 mollem, 12 vacuumque laboribus egi  
 In studiis vitam, 13 Piëridumque choro; 10  
 Nunc procul à patrià Geticis circumsonor armis,  
 14 Multa prius 15 pelago, multaue passus 16 humo.  
 17 Sive mihi casus, sive hoc dedit ira Deorum;  
 18 Nubila nascenti seu mihi 19 Parca fuit:  
 20 Tu tamen è 21 sacris hederæ cultoribus 22 unum, 15  
 23 Numine 24 debueras 25 sustinuisse tuo.  
 An 26 dominæ fati quidquid 27 cecinère sorores,  
 Omne sub 28 arbitrio desinit esse Deûm?  
 29 Ipse quoque æthereas meritis invecus es arces;  
 30 Qua non exiguo 31 facta labore via est. 20  
 32 Nec patria est habitata tibi: sed ad usque nivosum  
 33 Strymona venisti, 34 Marticolamque Geten:  
 35 Persidaque, & lato 36 spatiantem flumine 37 Gangen,  
 Et quascunque bibit 38 discolor Indus 39 aquas.  
 Scilicet hanc legem nentes 40 fatalia Parcæ 25  
 Stamina 41 bis genito 42 bis cecinere tibi.  
 Me quoque, si fas est 43 exemplis ire Deorum,  
 44 Ferrea sors vitæ, difficilisque premit.

8 Gratus fui. 9 Al. *Erymanthidos*, hoc est, Arcadicæ, ab Erimantheo Arcadiæ monte, dictæ. 10 Torvis, & crudelibus Getis. 11 Dulcem. 13 Musarum. 14 Mala. 15 In mari. 16 In terra. 17 Sive fortuito, sive ira Deorum mihi tot mala acciderunt. 18 Irata. 19 Parcæ tres sunt Dææ, quæ imperium in vitam hominum exercent. 20 Bacche. 21 Piis. 22 Me. 23 Potentia tua. 24 Debuisses. 25 Defendisse. 26 Tres Parcæ Clotho, Lachesis, & Atropos, quæ fati præsumt, & vitam hominum libere dirigunt. 27 Disposuere. 28 Voluntate Dei. 29 Tu Bacche. 30 Ad quas arces.

31 Viam parasti. 32 Nec semper quietus in patria, Thebis, sedisti. 33 Strymon est flumen in finibus Thraciæ. 34 Getas Martem colentes, hoc est, bellicosos. 35 Persis est regio quædam in Asia. 36 Fluentem. 37 Ganges est maximus Indiæ fluvius. 38 Al. *decolor*, hoc est, populus Indiæ nigri, malique coloris, ob nimum Solis æstum. 39 Alios fluvios. 40 Fata hominibus, seu nendo fata disponentes. 41 Primum enim è ventre Semeles, deindè è femore Jovis natus fingitur Bacchus. 42 Bis fata tibi à Parcæ sunt disposita. 43 Me cum Diis comparare. 44 Dura vitæ conditio.

K;

Illo



Illo nec <sup>45</sup> levius cecidi, <sup>46</sup> quem <sup>47</sup> magna locutum  
 Reppulit à Thebis Jupiter <sup>48</sup> igne suo. 30  
 Ut tamen audistis percutsum <sup>49</sup> fulmine <sup>50</sup> vatem,  
 Admonitu <sup>51</sup> matris condoluisse potes.  
 Et potes, aspiciens circum tua sacra Poëtas,  
 Nescio <sup>52</sup> quis nostri, dicere, cultor abest.  
 Fer, bone <sup>53</sup> Liber, opem: sic <sup>54</sup> altam <sup>55</sup> degravet ul-  
 mum. 35  
 Vitis, & <sup>56</sup> incluso plena sit uva mero.  
 Sic tibi cum <sup>57</sup> Bacchis <sup>58</sup> Satyrorum gnava juvenus  
 Adsit, & <sup>59</sup> attonito <sup>60</sup> non taceare sono.  
 Ossa <sup>61</sup> bipenniferi sic sint male <sup>62</sup> pressa Lycurgi:  
 Impia nec poëna <sup>63</sup> Pentheos umbra vacet. 40  
 Sic <sup>64</sup> micet æternum, vicinaque sidera vincat  
<sup>65</sup> Conjugis in cœlo <sup>66</sup> Cressa Corona tuæ.  
 Huc ades, & casus <sup>67</sup> releves pulcherrime nostros,  
<sup>68</sup> Unum de numero me memor esse tuo.  
 Sunt Dis inter se <sup>69</sup> commercia: flectere tenta 45  
 Cæsareum <sup>70</sup> numen numine, Bacche, tuo.  
 Vos quoque, consortes studii <sup>71</sup> pia turba Poëtæ,  
 Hæc eadem sumpto quisque <sup>72</sup> rogate <sup>73</sup> mero,  
 Atque aliquis vestrum, Nasonis nomine dicto,

45 Al. melius. 46 Capaneum  
 significat. 47 Superba. 48 Ful-  
 mine. 49 Ira Augusti. 50 Me-  
 tum Poëtam. 51 Tuæ, scilicet.  
 Semeles, quæ Jovis fulmine con-  
 flagavit. Al. admonitis nostris.  
 52 Nempe Ovidius, cultor tuus,  
 abest. 53 Bacche. 54 Al. alte-  
 ra, hoc est, secunda, quia  
 quandoque[duæ, vel plures vi-  
 tes uni ulmo innituntur. 55 Val-  
 de gravet, vel deprimat ponde-  
 re suo. 56 Vitis intus latenti.  
 57 Mulieribus tuis, quas in exer-  
 citu armatas circumduxisse fer-  
 tur Bacchus, hastis pampinis in-  
 volutus. 58 Qui Bacchi comi-  
 tes erant, quorum opera in tra-  
 gædiis, atque saltationibus usu  
 est. 59 Furibundo. 60 Sacrifi-

ciis celebreris, in quibus homi-  
 num clamor, & strepitus cym-  
 balorum, tympanorumque au-  
 diebatur. 61 Lycurgus enim,  
 Thraciæ Rex, dum in Bacchi  
 contemptum vites securi inci-  
 dit, crura falce sibi amputavit.  
 62 Læsa. 63 Penthei anima,  
 quem Thebis Bacchi sacra sper-  
 nentem, & prohibentem Agave  
 mater interfecit. 64 Splendeat.  
 65 Ariadnes. 66 Al. clara, ejus  
 coronam sumptam Bacchus in  
 cælum transtulit. 67 Lenias.  
 68 Me unum esse Poëtarum. 69  
 Multa communia. 70 Potentiam  
 tua potentia. 71 Quia Poëtæ  
 sunt sacerdotes Musarum, adeo-  
 que sacri. 72 Bacchum. 73 Cum  
 libabitis.



74 Deponat lacrymis pocula mista suis:  
 Admonitusque mei, cum circumspexerit omnes,  
 Dicat: Ubi est nostri pars modo Naso chori?  
 Idque ita, si vestrum merui 75 candore favorem,  
 76 Nullaque iudicio littera læsa meo est.  
 Si, veterum dignè veneror cum scripta virorum, 55  
 77 Proxima non illis esse minora reor.  
 Sic igitur 78 dextro faciatis 79 Apolline carmen:  
 Quod licet, 80 inter vos nomen habete meum.

74 Libet Baccho. 75 Integritate mea. 76 Si nullius vestrum carmen unquam reprehendi. 77 Si iudicem, carmina à vobis edita non esse inferiora antiquis. 78 Propitio. 79 Poëtarum Deo. 80 Mei sitis memores, & sim vobiscum nomine, cum corpore id non liceat ob iram Augusti.

## ELEGIA IV.

## ARGUMENTUM.

*Epistolam ab Euxino litore Romam venisse, coramque laudare amici fidem, inducit Ovidius. Eum postremo precatur, ut se constanter defendat.*

**L**itore ab Euxino 1 Nasonis epistola 2 veni,  
 Lassaque facta mari, lassaque facta viâ.  
 3 Qui mihi flens dixit: Tu, 4 cui licet, aspice Romam.  
 Heu quanto melior 5 sors tua sorte meâ est!  
 Flens quoque me scripsit: ne qua signabar, 6 ad os  
 est 5

Ante, sed ad madidas gemma relata genas.  
 Tristitiæ causam si quis cognoscere quærit,  
 7 Ostendi solem postulat ille sibi.  
 Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato  
 Gramina, nec pleno flumine cernit aquas. 10

1 Ego, Ovidii epistola. 2 Romam. 3 Ovidius. 4 Quia non es exsul, ut ego. 5 Conditio. 6 Solebat gemma signatoria madefieri salivâ, ut aridæ chartæ eo facilius imprimi posset; sed quia Poëta flebat, madefecit gemmam lacrymis. 7 Quærit, que sunt Sole clariora, & manifestissima.



Quid <sup>8</sup> Priamus doleat, <sup>9</sup> mirabitur Hec-tore raptos;  
 Quidve Philoctetes ictus ab <sup>10</sup> angue gemat.  
 (Di facerent utinam, talis status esset in <sup>11</sup> illo,  
 Ut non tristitiæ causa dolenda <sup>12</sup> foret.).  
 Fer tamen, ut debet, casus patienter amarus;  
 More nec <sup>13</sup> indomiti fræna recusat equi.  
 Nec fore perpetuam sperat sibi <sup>14</sup> numinis iram,  
 Conscius, in culpâ non scelus esse suâ.  
 Sæpè <sup>15</sup> refert, sit quanta <sup>16</sup> Dei clementia; cuius  
<sup>17</sup> Se quoque in exemplis annumerare solet. 20  
 Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civis;  
 Denique quod vivat, <sup>18</sup> munus habere Dei.  
 Te tamen, ô <sup>19</sup> si quid credis mihi, carior <sup>20</sup> ille  
<sup>21</sup> Omnibus, <sup>22</sup> in toto pectore semper habet.  
 Teque <sup>23</sup> Menœtiaden, <sup>24</sup> te qui <sup>25</sup> comitavit Oresten, 25  
 Te vocat <sup>26</sup> Ægiden, <sup>27</sup> Buryalumque suum.  
 Nec patriam magis ille suam desiderat, & quæ  
<sup>28</sup> Plurima cum patriâ sentit abesse suâ;  
 Quam vultus, oculosque tuos, ô dulcior illo  
 Melle, <sup>29</sup> quod in ceris <sup>30</sup> Attica ponit apis! 30  
 Sæpè etiam mœrens <sup>31</sup> tempus reminiscitur illud,  
 Quod non præventum morte fuisse dolet.  
 Cumque <sup>32</sup> alii fugerent <sup>33</sup> subitæ contagia cladis,  
 Nec vellent <sup>34</sup> ictæ limen adire domûs;  
 Te sibi cum paucis meminît mansisse fidelem: 35  
 Si paucos aliquis tresve, duosque vocat.

8 Quare. 9 Qui Priamum Hec-toris mortem lugentem videt, & luctus illius causam quærit. 10 Serpente, vel sagitta, veneno hydræ illita, ictus. 11 Me Ovidio. 12 In me esse. 13 Refractari. 14 Augusti. 15 Nar-rat Ovidius. 16 Augusti. 17 Solet & se unum ex illis pro-ferri, erga quos Augusti cle-mentia se exseruit. 18 Scilicet. 19 Amice. 20 Ovidius. 21 Amicis. 22 Neminem æquè ac te diligit. 23 Amicissimum,

ut Patroclus, Menœti filius, Achilli fuit. 24 Te quoque illo amore prosequitur, quo Pylades Oresten. 25 Comitatus est. 26 Theseum, Ægei filium, Pirithoi amicum. 27 Te etiam eo amo-re complectitur, quo Nisus Euryalum. 28 Bona, ut uxorem, opes, & alia. 29 Scilicet. optimum. 30 In Monte Hymetto in Attica. 31 Quod una viximus. 32 Amici. 33 Consternatione inopinati exsili. 34 Domus meæ, Augusti ira percussæ.

Quam-



Quamvis <sup>35</sup> attonitus, <sup>36</sup> sensit tamen omnia: nec te

<sup>37</sup> Se minus adversis indoluisse suis,  
Verba solet, vultumque tuum, gemitusque referre:

Et te flente suos <sup>38</sup> emaduisse sinus. <sup>40</sup>

<sup>39</sup> Quam sibi præstiteris, qua consolatus amicum

Sis ope; <sup>40</sup> solandus cum simul ipse fores.

Pro quibus affirmat fore se memoremque, <sup>41</sup> piumpque;

<sup>42</sup> Sive diem videat, sive tegatur humo.

<sup>43</sup> Per caput ipse suum solitus jurare, tuumque, <sup>45</sup>

Quod scio non illi vilius esse suo.

Plena tot, ac tantis referatur gratia factis:

Nec sinet ille tuos <sup>44</sup> litus arare boves.

Fac modo constanter profugum tuare: quod ille,

<sup>45</sup> Qui bene te novit, non rogat, <sup>46</sup> ipsa rogo. <sup>50</sup>

<sup>35</sup> Consternatus. <sup>36</sup> Cognovit tamen omnes amicos. <sup>37</sup> Ipso Ovidio. <sup>38</sup> Valde maduisse lacrymis. <sup>39</sup> Scilicet opem. <sup>40</sup> Ipse solatii egens, quia æque ac Ovidius doluisti, illius infortunio tactus. <sup>41</sup> Et gratum. <sup>42</sup> Sive vivat, sive moriatur. <sup>43</sup> Tanquam rem pretiosissimam. <sup>44</sup> Operam perdidisse, & frustra laborasse. <sup>45</sup> Qui scit, te id satis agere. <sup>46</sup> Scilicet ego epistola.

## ELEGIA V.

## ARGUMENTUM.

SEipsum hortatur Ovidius ad celebrandum uxoris natalem, pro qua bene precatur, diemque laudat, qui eam elegantissimis moribus in lucem edidit. Et quamvis digna esset feliciori fortuna, eam tamen hortatur, ut omnia æquo animo ferat, siquidem ejus virtus non nisi in adversis perspicui possit. Denique Deos precatur, ut si nolint sibi parcere, saltem uxori innocenti ignoscant.

**A**nnuus assuetum <sup>1</sup> Dominae natalis honorem  
<sup>2</sup> Exigit: <sup>3</sup> ite manus ad <sup>4</sup> pia sacra mea.  
Sic quondam festum <sup>5</sup> Laërtius <sup>6</sup> egerit heros

Forsan in extremo conjugis orbe <sup>7</sup> diem.

Lingua <sup>8</sup> favens adsit, longorum oblita malorum: <sup>9</sup>

<sup>1</sup> Uxoris. <sup>2</sup> Postulat. <sup>3</sup> Parate sacrificium. <sup>4</sup> Poësin meam. <sup>5</sup> Ulysses, Laërtis filius. <sup>6</sup> Inter errandum celebraverit. <sup>7</sup> Natalem Penelopes, uxoris suae. <sup>8</sup> Verbis bonis intenta. <sup>9</sup> Quæ



Quæ (puto) <sup>9</sup> dedidicit jam <sup>10</sup> bona verba loqui.  
 Quæque <sup>11</sup> semel toto vestis <sup>12</sup> mihi sumitur anno,  
 Sumatur <sup>13</sup> fatis <sup>14</sup> discolor alba meis.  
<sup>15</sup> Araque gramineo viridis de cespite fiat;  
 Et <sup>16</sup> velet tepidos nexa corona focos. 10  
 Da mihi <sup>17</sup> thura, <sup>18</sup> puer, <sup>19</sup> pingues facientia flammæ,  
 Quodque pio <sup>20</sup> fusum stridat in igne merum.  
 Optime natalis, quamvis procul absumus, opto  
<sup>21</sup> Candidus huic venias, <sup>22</sup> dissimilisque meo.  
 Sique quod instabat dominæ <sup>23</sup> miserabile vulnus, 15  
<sup>24</sup> Sit perfuncta meis tempus in omne malis.  
<sup>25</sup> Quæque gravi nuper plus quam quassata procella est,  
 Quod superest, tutum per mare navis eat.  
 Illa domo, <sup>26</sup> natæque suæ, patriæque fruatur:  
 Erepta hæc <sup>27</sup> uni sit satis esse mihi. 20  
<sup>28</sup> Quatenus & non est <sup>29</sup> in caro conjuge felix,  
<sup>30</sup> Pars vitæ tristi cætera nube vacet.  
 Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens:  
 Consumatque annos, sed <sup>31</sup> diuturna, suos.  
 Adjicerem & <sup>32</sup> nostros: <sup>33</sup> sed ne contagia fati 25  
 Corruptant timeo, quos agit ipsa, mei.  
<sup>34</sup> Nil homini certum, fieri quis posse putaret,  
 Ut facerem in mediis hæc ego <sup>35</sup> sacra Getis?  
 Aspice ut <sup>36</sup> aura tamen fumos è thure coortos  
<sup>37</sup> In partes Italas, & loca dextra ferat. 30

<sup>9</sup> Propter desuetudinem Latine loquendi. <sup>10</sup> Læta, & votiva. <sup>11</sup> Meo tantum natali. <sup>12</sup> A me. <sup>13</sup> Quæ atra, & infelicia sunt. <sup>14</sup> Contrarii, & quasi mali coloris, & inconveniens, quia atra, & lugubris esse deberet. <sup>15</sup> Quia Genio natalem celebrabant, aram erigebant, quam floribus sertis ornabant: feminae autem Junoni sacrificabant. <sup>16</sup> Tegat. <sup>17</sup> Quæ cum aliis rebus odoriferis eo die urebantur. <sup>18</sup> Minister. <sup>19</sup> Oleaginas. <sup>20</sup> Libarum Genio. <sup>21</sup> Felix. <sup>22</sup> Felicior. <sup>23</sup> Dolor aliquis novus è nova mariti

calamitate. <sup>24</sup> Deposuerit in perpetuum hoc miserabile vulnus per meum casum, & sit in eo quasi perfuncta suo quodam fato. <sup>25</sup> Et quæ nuper fuit misera. <sup>26</sup> Filia Perilla. <sup>27</sup> Soli. <sup>28</sup> In quantum per me infelix est. <sup>29</sup> In me Ovidio. <sup>30</sup> Reliquum vitæ meæ uxoris tempus sit sine tristitia. <sup>31</sup> Longam vitam agat. <sup>32</sup> Annos. <sup>33</sup> Ast timeo, ne fata mea tristia corrumpant felicitatem annorum uxoris. <sup>34</sup> Nihil est in rebus humanis certum. <sup>35</sup> Natalitia. <sup>36</sup> Ventus. <sup>37</sup> Versus Italiam, à dexteris sitam.

Sen-



32 Sensus inest igitur nebulis, quas 39 exigit ignis:  
 40 Consilium fugiunt 41 cætera pæne meum.  
 42 Consilio, commune sacrum cum fiat in 43 arâ  
 44 Fratribus 45 alternâ qui periêre manu,  
 46 Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis, 35  
 Scinditur in partes 47 atra favilla duas.  
 48 Hoc (memini) quondam fieri non posse loquebar:  
 Et me 49 Battiaades iudice falsus erat.  
 Omnia nunc credo: cum tu 50 consultus 51 ab Arcto  
 52 Terga vapor dederis, Ausoniamque petas. 40  
 53 Hæc igitur lux est: quæ si non orta fuisset,  
 54 Nulla fuit misero festa 55 videnda mihi.  
 Edidit 56 hæc mores illis 57 heroïsin æquos,  
 Quis erat 58 Eëtion, 59 Icariusque pater.  
 Nata pudicitia est, 60 mores, probitasque, fidesque: 45  
 At non sunt istâ gaudia nata die.  
 Sed labor, & curæ, fortunaque moribus 61 impar:  
 62 Justaque de viduo pæne querela toro.  
 Scilicet adversis probitas 63 exercita rebus  
 Tristi 64 materiam tempore laudis habet. 50  
 Si nihil 65 infesti durus vidisset Ulysses;  
 Penelope felix, sed sine 66 laude, foret.  
 67 Victor 68 Echionias si vir penetrasset in arces,

38 Fumus gaudet intellectu. 53 Hic est ergo dies natalis. 54  
 39 Emittit. 40 Deliberationem. Nullus dies lætus. 55 Præter  
 meam: non fiunt ex voto meo. hunc enim diem nullum in hac  
 41 Signa. 42 Cum destinato regione celebrassem. 56 Dies.  
 consilio exequiæ fratribus fiant. 57 Al. heroïbus, hoc est, heroï-  
 43 Rogo. 44 Polynici, & Eteo- dibus, seu illis claris, & illus-  
 cli, Oedipi, Thebarum regis, tribus feminis. 58 Pater Andro-  
 filius. 45 Qui mutuis vulneribus maches. 59 Pater Penelopes.  
 perierunt. 46 Cum Polynicis ca- 60 Cum uxor mea nata est. 61  
 daver rogo Eteoclis fuisset im- Indigna. 62 Quia quasi juste  
 positum, fumus se in duas par- queritur, dum mei causa vidua  
 tes divisit. 47 Tristis. 48 Ut est. 63 Probat. 64 In se con-  
 flamma, velut sentiens, in va- tinet quod laudetur. 65 Adver-  
 rias partes scinditur. 49 Calli- si. 66 Incognita ejus esset cas-  
 machus Poëta, qui hoc de fumo titas, quam Ulysse, marito suo,  
 diviso scripserat. 50 Al. non integris viginti annis absente,  
 stultus, hoc est, prudenter, illæsam servavit. 67 Capaneus.  
 51 A septentrione. Al. ab alto, 68 Thebanas: nam Echion erat  
 scil. aëre. 52 Fugeris versus unus sociorum Cadmi, cum hoc  
 Italiam, ubi uxor mea degit. Thebas condens.

For-



Forsitan <sup>69</sup> Evadne vix sua nosset <sup>70</sup> humus.  
Cum Peliâ tot sint genitæ; cur nobilis <sup>71</sup> una est? 55

Nupta fuit misero nempe quod una <sup>72</sup> viro.

Effice, <sup>73</sup> ut Iliacas tangat prior alter arenas;  
Laodamia nihil <sup>74</sup> cur referatur erit.

Et tua, quod mallem, pietas ignota maneret,  
<sup>75</sup> Implessent venti si mea vela sui. 60

Dî tamen, & Cæsar <sup>76</sup> Dis accessure, sed olim,  
Æquarint <sup>77</sup> Pylios cum tu fata dies;

Non mihi, qui pœnam fateor meruisse, sed <sup>78</sup> illi  
Parcite, quæ, <sup>79</sup> nullo digna dolore, dolet. 64

<sup>69</sup> Capanei uxorem, quæ audiens, maritum suum in bello Thebano periisse, ex nimio amore conjugis sui, se in ejus rogum ardentem præcipitavit. <sup>70</sup> Patria. <sup>71</sup> Alceste, quæ se pro Admero, marito suo, morti obtulit. <sup>72</sup> Marito Admeti. <sup>73</sup> Ut alter prior, quam Protesilaus, in litus Trojanum descendat; cum autem hic primus navi in dictum

litus egressus esset, primus Grecorum est occissus, cujus uxor Laodamia præ mœrore mortua est. <sup>74</sup> Quare narretur in mariti amplexu periisse. <sup>75</sup> Si res meæ fuissent prosperæ. <sup>76</sup> Inter Deos referende. <sup>77</sup> Nestoris, vocati ita à patria Pylo, qui trecentos annos vixisse fertur. <sup>78</sup> Uxori meæ ignoscite. <sup>79</sup> Innocens.

## ELEGIA VI.

### ARGUMENTUM.

*Queritur Ovidius, se ab amico deserti, illumque hortatur, ut in amicitia constanter persistat, quam antea coluerat.*

<sup>1</sup> TU quoque nostrarum quondam fiducia rerum,  
<sup>2</sup> Qui mihi confugium, qui mihi portus eras;

Tu quoque <sup>3</sup> suscepti curam dimittis amici,

Officii que pium tam cito <sup>4</sup> ponis onus?

<sup>5</sup> Sarcina sum, fateor; quam si tu tempore duro 5

Depositurus eras, non <sup>6</sup> subeunda fuit.

Fluctibus in mediis navem, <sup>7</sup> Palinure, relinquis?

<sup>1</sup> Cui tuto fidere poteram.

<sup>2</sup> Ad quem confugere licebat.

<sup>3</sup> Cujus causam susceperas.

<sup>4</sup> Deponis. <sup>5</sup> Sunt tibi oneri.

<sup>6</sup> Suscipienda. <sup>7</sup> Amice amicum deserens, similis es Palinuro gubernatori navis, quam in medio cursu destituebat.

Ne



Ne <sup>8</sup> fuge; <sup>9</sup> neve tuâ sit minor arte fides.  
 Nunquid Achillêos inter fera prælia fidi  
 Deseruit <sup>10</sup> levitas Automedontis equos? <sup>10</sup>  
 Quem semel <sup>11</sup> excepit, nunquid <sup>12</sup> Podaliriûs ægro  
 Promissam medicæ non tulit artis opem?  
 Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes,  
 Quæ patuit, dextræ firma sit <sup>13</sup> ara meæ.  
<sup>14</sup> Nil, nisi me solum, primò tutatus es, at nunc <sup>15</sup>  
 Me pariter serva, <sup>15</sup> judiciumque tuum.  
 Si modo non aliqua est in me nova culpa, tuamque  
<sup>16</sup> Mutarunt subito crimina nostra fidem.  
 Spiritus hic, Scythicâ quem <sup>17</sup> non bene ducimus aurâ,  
 Quod cupio, <sup>18</sup> membris exeat ante meis; <sup>19</sup>  
 Quam tua delicto <sup>19</sup> stringantur pectora nostros;  
 Et videar <sup>20</sup> meritò <sup>21</sup> vilior esse tibi:  
<sup>22</sup> Non adeo toti fatis urgemur iniquis,  
 Ut mea sit <sup>23</sup> longis mens quoque <sup>24</sup> mota malis.  
 Finge tamen motam quoties <sup>25</sup> Agamemnone natum <sup>26</sup>  
 Dixisse in Pyladen <sup>26</sup> verba proterva putas?  
 Nec procul à vero est, quod vel <sup>27</sup> pulsarit amicum:  
 Mansit in <sup>28</sup> officiis non minus <sup>29</sup> ille suis.  
 (Hoc est cum miseris solum commune <sup>30</sup> beatis,  
<sup>31</sup> Ambobus tribui quod solet obsequium.) <sup>32</sup>  
<sup>32</sup> Ceditur & cæcis, <sup>33</sup> & quos <sup>34</sup> prætexta <sup>35</sup> verendos

<sup>8</sup> A me. <sup>9</sup> Noli deferre causam meam, licet possis. <sup>10</sup> Automedon levis sane fuisset, si in medio prælio Achillis curum, quem regebat, deseruisset. <sup>11</sup> Curandum. <sup>12</sup> Æsculapii filius, cum Agamemnone ad Trojanam urbem navigans, Græcos in bello curavit, inde magnam gloriam adeptus. <sup>13</sup> Præsidium, hoc est, tu, ad quem confugi, sis constans. <sup>14</sup> Initio me unice defendisti contra obrectatores. <sup>15</sup> Tuam de me opinionem. <sup>16</sup> Coegerunt te ab officio desistere. <sup>17</sup> Infeliciter. <sup>18</sup> Ut spiritus è membris meis

exeat. <sup>19</sup> Vulnerentur. <sup>20</sup> Juste, si te offendero. <sup>21</sup> Contemptu dignior, quam nunc, vel antea. <sup>22</sup> Non sic sumus ærumnis oppressi, ut stulti quid perpetremus. <sup>23</sup> Diuturnis. <sup>24</sup> Perturbata, & sede sua ejecta. <sup>25</sup> Orestem, Agamemnonis filium. <sup>26</sup> Conviciis eum lacerasse, more insanorum. <sup>27</sup> Offenderit Pyladen. <sup>28</sup> Amicitia sua. <sup>29</sup> Pylades. <sup>30</sup> Felicibus. <sup>31</sup> Utrique eorum. <sup>32</sup> De via. <sup>33</sup> Etiam magistratibus, & consultibus. <sup>34</sup> Vestis honorator. <sup>35</sup> Honorandos.

Vir-



<sup>36</sup> Virgaque cum verbis <sup>37</sup> imperiosa facit.  
 Si <sup>38</sup> mihi non parcis, <sup>39</sup> fortunæ parcere debes.  
<sup>40</sup> Non habet in nobis ullius ira locum.  
 Elige nostrorum minimum de parte <sup>41</sup> laborum:  
<sup>42</sup> Isto, quo <sup>43</sup> reris, grandius illud erit.  
 Quam multâ madidæ celebrantur arundine fosæ,  
 Florida quam multas <sup>44</sup> Hybla tuetur apes;  
 Quam multæ <sup>45</sup> gracili terrena <sup>46</sup> sub horrea ferre  
 Limite formicæ grana reperta solent;  
 Tam me circumstant densorum turba malorum.  
 Crede mihi; <sup>47</sup> vero est nostra querela minor.  
<sup>48</sup> His qui contentus non est; <sup>49</sup> in litus arenas,  
 In segetem spicas, in mare fundat aquas.  
 Intempestivos igitur compesce <sup>50</sup> timores;  
<sup>51</sup> Vela nec in medio desere nostra mari.

<sup>36</sup> Qua lictor obvius é via sub-  
 movebat. Erant fasces, & secu-  
 res signa dignitatis consularis.  
<sup>37</sup> Imperii plena. <sup>38</sup> Amico tuo.  
<sup>39</sup> Miseriæ meæ. <sup>40</sup> Dum con-  
 tempti sumus. <sup>41</sup> Al. malorum,  
 hoc est, miseriarum. <sup>42</sup> Mini-  
 mum de parte nostrorum labo-  
 rum erit majus illo malo, de quo  
 reris. <sup>43</sup> Al. queris. <sup>44</sup> Mons

Siciliæ, floribus abundans, é  
 quibus apes optima mella colli-  
 gebant. <sup>45</sup> Augusto. <sup>46</sup> In an-  
 tris. <sup>47</sup> Querella mea non est  
 tanta, ut veritas postulat. <sup>48</sup>  
 Excusationibus à me prolatis.  
<sup>49</sup> Impossibilia cupit. <sup>50</sup> Al.  
 futores, hoc est, odium imma-  
 turum. <sup>51</sup> Nec me in mediis pe-  
 riculis versantem desere.

## ELEGIA VII.

### ARGUMENTUM.

*Amico quærenti quid agat in Scythia, respondet breviter Ovidius, ut  
 esse miserum. Postmodum Tomitanæ regionis incolarum mores describit.  
 Denique dicit, studiis poetici animi detineri, ac pasci; & se carminibus  
 mala sua oblivisci.*

**Q**uam legis, ex illâ tibi venit epistola terrâ,  
 Latius ubi <sup>1</sup> æquoreis additur Ister aquis.  
<sup>2</sup> Si tibi contingit cum dulci vita salute;  
<sup>3</sup> Candida Fortunæ pars manet una meæ.

<sup>1</sup> In mari influit. <sup>2</sup> Si vivis,  
 & bene vales.

<sup>3</sup> Felix, te felice, & ego ali-  
 quantum felix sum.

Sci-



Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quæris: 5

Quamvis hoc vel me scire tacente potes.

Sum miser: hæc brevis est nostrorum + summa malorum:

(Quisquis est offenso Cæsare vivet, 5 erit.)

6 Turba Tomitanæ quæ sit regionis, & inter

Quos habitem mores, 7 discere cura tibi est? 10

8 Mista sit hæc quamvis inter Grajosque, Getasque;

A male 9 pacatis 10 plus trahit ora Getis.

11 Sarmaticæ major, Geticæque 12 frequentia gentis

Per medias in equis 13 itque, reditque vias.

In quibus est nemo, qui non 14 coryton, & arcum, 15

Telaque 15 vipereo 16 lurida felle gerat.

Vox fera, 17 trux vultus, verissima Martis imago:

Non coma, non ullâ barba resecta manu.

Dextera non segnis 18 fixo dare vulnera 19 cultro,

Quem 20 vinctum lateri barbarus omnis habet. 20

Vivit in his eheu tenerorum oblitus amorum;

Hos videt, hos vates audit, amice, tuus!

Atque utinam 21 vivas, & non moriaris in illis!

Absit ab invisis & tamen umbra locis!

Carmina quod 22 pleno saltari nostra Theatro, 25

23 Versibus & plaudi scribis, amice, meis:

24 Nil equidem feci (tu scis hoc ipse) 25 theatris:

26 Musa nec 27 in plausus ambitiosa mea est.

Nec tamen ingratum est, quodcumque 28 oblivia nostri

Impedit, & 29 profugi nomen 30 in ora refert. 30

4 Quia in exsilio vivo. 5 Scilicet miser. 6 Populus. 7 Scire cupis. 8 Licet sit Græco-Getica, dum Græcorum fuit colonia 9 Seditiosis. 10 Moribus similior est Getis, quam Græcis. 11 Regio illa plus habet barbariei, quam Græcitatis. 12 Copia. 13 Obequitat. 14 Thecam, cui arcus committitur. 15 Serpentis felle, quo Geræ sagittas suas inficiebant. 16 Admodum pallida ob aspersum fel.

17 Crudelis. 18 Al. *stricto*, hoc est, evaginato. 19 Pugione. 20 Alligatum. 21 Modo. 22 Magna hominum copia, qui cum carmina mea recito, adsunt. 23 Versus approbari. 24 Nulla re in theatro famam quæsi. 25 Scilicet dignum. 26 Carmine meo non quæro plausum. 27 In probationem, ut plaudant, cum versus recito. 28 Mei memoriam excitat. 29 Exsulis. 30 Per omnium ora volitare facit.

Quam-



Quamvis interdum, quæ me læsisse recordor,  
 31 Carmina devoveo, Pieridasque meas:  
 Cum 32 bene devovi; nequeo tamen esse sine illis:  
 33 Vulneribusque meis 34 tela cruenta sequor.  
 Quæque modo 35 Eboicis lacerata est fluctibus, au-  
 det 36  
 36 Graja 37 Capharæam currere 38 puppis aquam.  
 Nec tamen ut lauder, 39 vigilo, curamque futuri  
 Nominis, 40 utilius quod latuisset, ago.  
 Detineo studiis animum, 41 falloque dolores:  
 Exporior curis & 42 dare verba meis. 40  
 Quid potius faciam desertis 43 solus in oris,  
 Quamve 44 malis aliam quærere coner opem?  
 Sive locum specto, locus est 45 inamabilis; & quo  
 Esse nihil toto tristius orbe potest.  
 46 Sive homines, vix sunt homines hoc nomine 47 dig-  
 ni: 48  
 48 Quamque lupi, sævæ plus feritatis habent.  
 Non metuunt leges, sed 49 cedit viribus æquum;  
 50 Victaque pugnaci jura sub ense jacent.  
 51 Pellibus & laxis argenti male frigora braccis,  
 52 Oraque sunt longis horrida tecta comis. 50  
 In 53 paucis remanent Grajæ vestigia linguæ:  
 Hæc quoque jam 54 Getico barbara facta sono.  
 Ullus in hoc vix est populo, qui forte 55 Latine  
 56 Quælibet è medio reddere verba queat.  
 Ille ego Romanus vates 57 (ignoscite Musæ) 55

31 Carminibus, & Musis, eo-  
 rum auctoribus maledico. 32 Jus-  
 te. 33 Post accepta vulnera  
 nihilominus telis, me vulneran-  
 tibus objicio, dum iterum ver-  
 sus compono. 34 Id quod mi-  
 hi fuit noxium. 35 Undis ma-  
 ris Ægæi Euboicam insulam al-  
 luentis. 36 Græca. 37 Ejusdem  
 maris Ægæi aquam. 38 Navis.  
 39 Lucubro. 40 Quod utilius  
 non editum fuisset. 41 Et le-  
 nio. 42 Lenire curas meas.

43 Romanus. 44 Contra mala.  
 45 Ingratus. 46 Considero.  
 47 Quia non utuntur ratione.  
 48 Sæviores sunt lupis. 49 Jus  
 vi vincitur. 50 Jura à gladio  
 superantur. 51 Vestibus, & to-  
 gis pellitis. 52 Prolixas barbas  
 alunt. 53 Vocibus. 54 Getica  
 inflexione, & terminatione. 55  
 Esse possit interpret inter Lati-  
 num, & Tomitanum. 56 Vulga-  
 ria. 57 Quod evadam barbarus.

Sar-



58 Sarmatico cogor plurima more loqui.  
 En pudet, & fateor; jam desuetudine longâ  
 Vix 59 subeunt ipsi verba Latina mihi.  
 Nec dubito, quin sint & in hoc non pauca libello  
 Barbara; non 60 hominis culpa, sed ista loci. 60  
 Ne tamen 61 Ausoniæ perdam 62 commercia linguæ,  
 63 Et fiat patrio 64 vox mea muta 65 sono;  
 Ipse 66 loquor mecum, 67 desuetaque verba 68 retracto;  
 Et studii repeto signa 69 sinistra mei.  
 Sic 70 animum, tempusque traho, meque ipse 71 redu-  
 co, 65  
 A contemplatu submoveoque mali.  
 Carminibus quæro miserarum obliuia rerum:  
 72 Præmia si studio consequor ista, sat est.

58 Sarmatica lingua. 59 Occurrit. 60 Mea. 61 Italicæ, 62 Revoco, repe-  
 Latine. 62 Usui. 63 Non pa- to. 69 Infelicia. 70 Animum  
 ternæ linguæ penitus obliuiscar, fallo, tempusque produco. 71  
 64 Verba mea. 65 Sermonem Latino. 66 Scribo. 67 Jam diu a  
 me neglecta. 68 Revoco, repe-  
 72 Oblivionem meæ miseræ.

## ELEGIA VIII.

## ARGUMENTUM.

*Inimicum sibi insultantem monet Poëta, ut memor fortunæ variæ, mi-  
 nimè letetur ipsius exsilio, & ruinâ; quandoquidem possit continge-  
 re, ut in patriam redeat, illumque videat graviore quadam causâ fu-  
 gaturn.*

**N**on adeo 1 cecidi, quamvis 2 abjectus, ut infra  
 Te quoque sim; 3 inferius quo nihil esse potest.  
 Quæ tibi res 4 animos in me facit, improbe? curve  
 Casibus 5 insultas, quos potes ipse pati?  
 Nec mala 6 te reddunt mitem, placidumve jacenti;  
 Nostra, quibus possint 7 illacrymare feræ?  
 Nec metuis dubio Fortunæ stantis 8 in orbe

1 Infelix sum. 2 Contemp- in te excitant. 7 Condolere.  
 tus. 3 Vilis. 4 Te audacem. 8 In volubili globo, ubi cuncta  
 5 Irrides. 6 Committar. 7 In sunt incerta.

L

Nu-



Numen, & exosa<sup>9</sup> verba superba<sup>10</sup> Deæ?  
<sup>11</sup> Exiget ah dignas<sup>12</sup> ultrix Rhamnusia pœnas!  
<sup>13</sup> Imposito calcas quid<sup>14</sup> mea fata pede?  
 Vidi ego, navifragum qui riserat, æquore mergi:  
 Et, Nunquam, dixi, jüstior unda<sup>15</sup> fuit.  
<sup>16</sup> Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,  
 Nunc mendicato pascitur ipse cibo.  
<sup>17</sup> Passibus ambiguis Fortuna<sup>18</sup> volubilis errat,  
 Et manet in nullo certa,<sup>19</sup> tenaxque loco.  
 Sed modo<sup>20</sup> læta manet,<sup>21</sup> vultus modo sumit acer-  
 bos;  
<sup>22</sup> Et tantum constans in levitate suâ est.  
 Nos quoque<sup>23</sup> floruimus, sed<sup>24</sup> flos erat ille cadu-  
 cus;  
 Flammaque de stipula nostra brevisque fuit.  
 Neve tamen totâ<sup>25</sup> capias fera gaudia mente;  
<sup>26</sup> Non est placandi spes mihi nulla<sup>27</sup> Dei.  
 Vel<sup>28</sup> quia peccavi<sup>29</sup> citra scelus;<sup>30</sup> utque pudore  
 Non caret,<sup>31</sup> invidiâ sic mea culpa caret:  
 Vel quia nil ingens<sup>32</sup> ad finem Solis ab ortu,  
<sup>33</sup> Illo, cui<sup>34</sup> paret, mitius orbis habet.  
 Scilicet ut non est<sup>35</sup> per vim superabilis ulli,  
<sup>36</sup> Molle cor ad<sup>37</sup> timidas sic habet ille preces.  
 Exemploque Deûm,<sup>38</sup> quibus accessurus & ipse est,  
<sup>39</sup> Cum pœnæ veniâ plura<sup>40</sup> roganda petam.  
<sup>41</sup> Si numeres anno Soles, & nubila toto,  
 Invenies<sup>42</sup> nitidum sæpius îsse diem.

9 Imperium. 10 Fortunæ. 11 Inferet tibi pœnas promeritas. 12 Nemesis, vindictæ Dea. 13 Superbe. 14 Miserum. 15 Merito illorum illud fit. 16 Vidi divitem tam inopem factum, ut mendicaret. 17 Incerto gressu. 18 Inconstans. 19 Firma. 20 Favens, læta. 21 Modo fit ad-  
 versa, & tristis. 22 Semperque inconstans est. 23 Felices fui-  
 mus. 24 Felicitas illa brevis fuit. 25 Propter meum infortunium. 26 Et mihi aliqua spes. 27 Au-  
 gusti. 28 Ideo gratiam spe-  
 ro. 29 Ex imprudentia. 30 Et  
 licet factum meum non careat  
 ignominia. 31 Non est odio-  
 sum. 32 A Solis ortu ad occa-  
 sum. 33 Scilicet Cæsare. 34 Or-  
 bis subjectus est. 35 Invictus.  
 36 Placabile. 37 Humiles, sup-  
 plices. 38 In quorum numerum  
 & Augustus aliquando recipie-  
 tur. 39 Ut mihi ignoscat. 40  
 Quam petam. 41 Si conferas  
 cælum ænem cum nubilo. 42  
 Serenitas.



Ergo, ne nostrâ nimium lætère ruinâ,

<sup>43</sup> Restitui quondam me quoque posse puta.

Posse puta fieri, lenito Principe, vultus

Ut videas mediâ <sup>44</sup> tristis in Urbe meos:

Utque ego te videam <sup>45</sup> causâ graviore <sup>46</sup> fugatum.

<sup>47</sup> Hæc sunt <sup>48</sup> à primis proxima vota mihi.

<sup>43</sup> In patriam revocari. <sup>44</sup> te graviore causâ fugatum videam. <sup>45</sup> Ob majus meo delictum. <sup>46</sup> post prima mea vota, ut

<sup>47</sup> In exsilium missum. <sup>48</sup> Ut reducar.

## ELEGIA IX.

## ARGUMENTUM.

*Laudat amici fidem, fateturque se ejus beneficio vitam ducere, simulque gratias agit: Postremo dicit se libenter ejus beneficia nota omnibus futurum fuisse, si ille suis se scriptis nominari pateretur.*

**O** Tua si sineres in nostris nomina poni  
Carminibus, positus quam mihi sæpe fores!

Te <sup>1</sup> solum <sup>2</sup> meriti canerem memor; inque libellis

<sup>3</sup> Crevisset sine <sup>4</sup> te <sup>5</sup> pagina nulla meis.

Quid tibi deberem totâ sciretur in Urbe:

<sup>7</sup> Exsul in amissâ si tamen Urbe legor.

Te præsens mitem, te nosset <sup>8</sup> senior ætas:

<sup>9</sup> Scripta vetustatem si modo nostra ferent.

Nec tibi cessaret doctus <sup>10</sup> bene dicere lector:

Hic tibi, <sup>11</sup> servato vate, <sup>12</sup> maneret honor.

Cæsaris est primum munus, quod <sup>13</sup> ducimus auras:

Gratia <sup>14</sup> post magnos est tibi habenda Deos.

Ille dedit vitam; tu, quam dedit ille, tueris:

Et facis accepto <sup>15</sup> munere posse frui.

<sup>1</sup> Præ omnibus. <sup>2</sup> Auxilii. <sup>3</sup> Addita fuisset. <sup>4</sup> Tuo nomine. <sup>5</sup> Libro nulli. <sup>6</sup> Innotesceret. <sup>7</sup> Si Romani dignantur exsulis scripta legere. <sup>8</sup> Posterius. <sup>9</sup> Si modo scripta nostra ad

posterios venient. <sup>10</sup> Te laudare. <sup>11</sup> Me Ovidio à te reservato. <sup>12</sup> Hunc tibi conciliarem honorem. <sup>13</sup> Vivimus. <sup>14</sup> Post Augustum, ejusque liberos tibi debeo vitam meam. <sup>15</sup> Vita.

L 2

Cum-



Cumque perhorruerit <sup>16</sup> casus <sup>17</sup> pars maxima nostros; <sup>18</sup> PARS etiam credi pertimuisse velit,  
<sup>19</sup> Naufragiumque meum tumulo spectarit ab alto,  
 Nec dederit tanti per freta sæva manum;  
<sup>20</sup> Seminecem <sup>21</sup> Stygiâ revocasti solus ab undâ.  
<sup>22</sup> Hoc quoque quod memores possumus esse, tuum  
 est.

Dî tibi se tribuant cum Cæsare semper <sup>23</sup> amicos:  
 Non potuit votum <sup>24</sup> plenius esse meum.  
<sup>25</sup> Hæc meus <sup>26</sup> argutis, si tu paterere, libellis  
 Poneret in multâ luce videnda <sup>27</sup> labor.  
 Se quoque nunc, quamvis est jussa quiescere, quin te <sup>28</sup>  
 Nominet <sup>29</sup> invitum, vix mea Musa <sup>30</sup> tenet.  
 Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ  
<sup>31</sup> Lustantem frustra <sup>32</sup> copula dura <sup>33</sup> tenet;  
 Utque fores <sup>34</sup> nondum reserati carceris acer  
 Nunc pede, nunc ipsâ fronte <sup>35</sup> lacessit equus;  
 Sic mea <sup>36</sup> lege datâ <sup>37</sup> vincta, atque inclusa <sup>38</sup> Thalia  
 Per titulum <sup>39</sup> vetiti nominis ire cupit.  
 Ne tamen officio memoris <sup>40</sup> lædaris amici,  
 Parebo jussis <sup>41</sup> (parce timere) tuis.  
 At non paterem, <sup>42</sup> si non meminisse putares.  
<sup>43</sup> Hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero.  
 Dumque (quod ô breve sit!) <sup>44</sup> lumen <sup>45</sup> solare videbo;  
<sup>46</sup> Serviet officio spiritus iste tuo.

<sup>16</sup> Exsiliū meum, ne mecum in exsiliū ire juberetur. <sup>17</sup> Amicorum. <sup>18</sup> Nonnulli velint videri mea causâ timuisse, cum tamen non timerent, quia erant amici fucati. <sup>19</sup> Misericordiam meam viderit, opem tamen non tulerit. <sup>20</sup> Me semimortuum solus post Augustum servasti. <sup>21</sup> A morte. <sup>22</sup> Si enim non viveremus, memores esse non possemus. <sup>23</sup> Propitiis. <sup>24</sup> Majus. <sup>25</sup> Tua in me beneficia. <sup>26</sup> E-ruditus. <sup>27</sup> Gaudium meum. <sup>28</sup> Contra voluntatem tuam. <sup>29</sup> Sed cohibet. <sup>30</sup> Conantem insequi. <sup>31</sup> Funis durus, quo canes à venatoribus alligantur. <sup>32</sup> Vix alligatus tenetur alteri cani. <sup>33</sup> Nondum aperti termini, unde equi currere incipiunt. <sup>34</sup> Pulsat. <sup>35</sup> Ne tuum nomen exprimam. <sup>36</sup> Ligata, quia mihi silentium impositum est. <sup>37</sup> Musa. <sup>38</sup> A te qui non vis à me nominari. <sup>39</sup> Damnum patiaris. <sup>40</sup> Te nominatum iri. <sup>41</sup> Nisi crederes, me tui esse memorem. <sup>42</sup> In eo officio, quod non veras. <sup>43</sup> Vitam, quandiu vivam. <sup>44</sup> Al. vitale. <sup>45</sup> Parebo tibi.

ELE-



## ELEGIA X.

## ARGUMENTUM.

*T*Res annos se in Ponto fuisse scribit Poëta, qui decem sibi videantur, idque loci asperitate, & difficultatibus, quas deinde subiungit.

**U**T sumus in Ponto, ter frigore<sup>1</sup> consistit Ister:

Facta est Euxini dura ter unda maris.

At mihi jam video patriam procul esse<sup>2</sup> tot annis,

<sup>3</sup> Dardana quot Grajo Troja sub hoste fuit.

<sup>4</sup> Stare putes, adeo procedunt tempora tardè,

Et<sup>5</sup> peragit lentis passibus annus iter.

Nec mihi<sup>6</sup> solstitium<sup>7</sup> quidquam de noctibus aufert:

Efficat<sup>8</sup> angustus nec mihi<sup>9</sup> bruma dies.

Scilicet in nobis rerum natura<sup>10</sup> novata est;

Cumque meis curis omnia longa facit.

<sup>11</sup> Num peragunt solitos communia tempora motus,

Suntque magis vitæ tempora dura meæ?

<sup>12</sup> Quem tenet Euxini<sup>13</sup> mendax cognomine litus,

Et Scythici<sup>14</sup> verè terra sinistra freti,

Innumera circa gentes fera bella minantur;

Quæ sibi non raptò vivere turpe putant.

Nil<sup>15</sup> extra tutum est: <sup>16</sup> tumulus defenditur ægrè

Moenibus exiguis, <sup>17</sup> ingenioque loci.

Cum minimè credas; ut aves, densissimus hostis

Advolat, & prædam vix<sup>18</sup> bene visus agit.

Sæpe intra muros clausis<sup>19</sup> venientia portis

Per medias<sup>20</sup> legimus<sup>21</sup> noxia tela vias.

<sup>1</sup> Congelatus est: quo tertium annum significat. <sup>2</sup> Hoc est, decem. <sup>3</sup> Quot Troja à Græcis obsessa est. <sup>4</sup> Credas tempora non labi, aut moveri. <sup>5</sup> Annus diu durat. <sup>6</sup> Solstitium est quasi Solis statio, ubi Sol non progreditur ultra, sed reverti incipit. <sup>7</sup> Noctes facit breviores. <sup>8</sup> Breves. <sup>9</sup> Solstitium hybernium. <sup>10</sup> Mutata. <sup>11</sup> Num

moveretur cælum more consueto? <sup>12</sup> Me. <sup>13</sup> Quia potius est inhospitale, cum Euxinus denotet hospitalis. <sup>14</sup> Vere sinistra, hoc est, infelix terra, ut in sinistra parte sita. <sup>15</sup> Urbem. <sup>16</sup> Collis, in quo urbs exstructa est. <sup>17</sup> Situ, & natura loci, quia urbs natura munita est. <sup>18</sup> Recte. <sup>19</sup> Missa. <sup>20</sup> Colligimus. <sup>21</sup> Hostilia.

L;

Est



Est igitur rarus, qui rus colere audeat: isque  
 Hac arat infelix, hac tenet arma manu.  
 Sub galeâ pastor junctis <sup>22</sup> pice cantat <sup>23</sup> avenis; 25  
<sup>24</sup> Proque lupo pavida bella verentur oves.  
 Vix ope castelli defendimur; & tamen intus  
 Mista fecit Grajis <sup>25</sup> barbara turba metum.  
 Quippe simul <sup>26</sup> nobis habitat discrimine nullo  
 Barbarus: & <sup>27</sup> tecti plus quoque parte tenet. 30  
 Quos <sup>28</sup> ut non timeas, possis odi se videndo  
<sup>29</sup> Pellibus, & longâ tempora tecta comâ.  
 Hos quoque, qui <sup>30</sup> geniti Graja creduntur ab urbe,  
 Pro <sup>31</sup> patrio cultu <sup>32</sup> Persica bracca tegit.  
 Exercent <sup>33</sup> illi <sup>34</sup> sociâ commercia linguâ. 35  
 Per gestum res est significanda mihi.  
 Barbarus hic ego sum, quia non intelligor <sup>35</sup> ulli:  
 Et rident <sup>36</sup> stolidi verba Latina Getæ.  
<sup>37</sup> Meque palam de me tuto male sæpe loquuntur:  
 Forsitan <sup>38</sup> obijciunt exsiliumque mihi. 40  
 (Utque fit, <sup>39</sup> in me <sup>40</sup> aliquid, si quid <sup>41</sup> dicentibus  
 illis  
<sup>42</sup> Abnuerim quoties <sup>43</sup> annuerimque, putant.)  
 Adde, <sup>44</sup> quod injustum rigido jus dicitur ense:  
 Dantur & in medio vulnera sæpè foro.  
 O duram <sup>45</sup> Lachesin, quæ <sup>46</sup> tam grave sidus habent  
 ti 45  
<sup>47</sup> Fila dedit vitæ non breviora meæ!  
 (Quod <sup>48</sup> patriæ vultu, vestroque caremus amici;  
 Quodque hic in Scythicis finibus <sup>49</sup> esse queror;)

<sup>22</sup> Non cera. <sup>23</sup> Fistulis. <sup>24</sup> Loco luporum hostes, & bellatiment. <sup>25</sup> Getæ, una cum Græcis Tomon inhabitantes. <sup>26</sup> Nobiscum in eadem domo. <sup>27</sup> Maximam domus partem occupat. <sup>28</sup> Licet. <sup>29</sup> Pellitis vestibus, & togis. <sup>30</sup> Coloni Græci. <sup>31</sup> Græco habitu, tanquam cultori, & civiliori. <sup>32</sup> Vestis Persis usitata. <sup>33</sup> Græci, & Getæ. <sup>34</sup> Notæ. <sup>35</sup> Ab ullo. <sup>36</sup> Stupidi. <sup>37</sup> Me præsentem. <sup>38</sup> Exprobrant. <sup>39</sup> Contra. <sup>40</sup> Mali. <sup>41</sup> Loquentibus Barbaris. <sup>42</sup> Capite negaverim. <sup>43</sup> Capite affirmaverim. <sup>44</sup> Quod controversæ, non legibus, sed armis deciduntur. <sup>45</sup> Parcarum unam. <sup>46</sup> Tam infelici. <sup>47</sup> Mihi non debet brevioram vitam. <sup>48</sup> Romæ. <sup>49</sup> Vivere.



50 Utraque poena gravis : merui tamen <sup>51</sup> Urbe carere;  
 Non merui tali forsitan esse loco. <sup>50</sup>  
 Quid loquor ah demens? <sup>52</sup> ipsam quoque perdere vi-  
 tam

Cæsaris offenso numine dignus eram.

50 Et amicorum carere con- re. <sup>51</sup> Romæ abesse. <sup>52</sup> Me-  
 snerudine, & in Scythia vive- ri.

## ELEGIA XI.

## ARGUMENTUM.

*Dolet Poëta, uxorem ab inimico iurgijs lacessitam, exsulisque uxorem vocatam; eamque hortatur, ut omnia patitur, quandoquidem Augustus se non exsulem, sed relegatum nominavit.*

**Q**uod te nescio quis <sup>1</sup> per jurgia <sup>2</sup> dixerit esse  
 Exsulis uxorem, <sup>3</sup> littera questa tua est.  
 Indolui; non tam <sup>4</sup> mea quod fortuna male au-  
 dit,

Qui jam consuevi fortiter esse miser:  
 Quam quia, <sup>5</sup> cui minime vellem, sim causa pудо-  
 ris,

Teque rear nostris <sup>6</sup> erubuisse malis.  
 Perfer, & obdura: multo graviora tulisti,  
 Cum <sup>7</sup> me surripuit Principis ira tibi.

Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exsul:  
<sup>8</sup> Mollior est culpam poena secuta meam.

Maxima poena mihi est, <sup>9</sup> ipsum <sup>10</sup> offendisse: prius-  
 que

Venisset mallet funeris hora mihi.

<sup>11</sup> Quassa tamen nostra est, non fracta, nec <sup>12</sup> obruta  
 puppis:

Utque caret <sup>13</sup> portu: sic tamen exstat aquis.

<sup>1</sup> Inter. <sup>2</sup> Objecerit tibi. <sup>3</sup> relegatus sum, non exsul. <sup>4</sup> Au-  
 gustum. <sup>5</sup> Quod ego exsul. <sup>6</sup> Quam Cæsarem of-  
 fendi, maluissem mori. <sup>7</sup> In  
 dicor. <sup>8</sup> Tibi meæ uxori. <sup>9</sup> Pu-  
 periculo versatur. <sup>10</sup> Submersa  
 dibundam factam esse. <sup>11</sup> Dis-  
 cedentem à te. <sup>12</sup> Mitior: nam  
 navis. <sup>13</sup> Loco tuto.

L4

Nec



Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis <sup>14</sup> ademit; 15  
 Quæ merui <sup>15</sup> vitio perdere cuncta meo.

Sed quia peccato facinus non adfuit illi,

<sup>16</sup> Nil nisi me patriis jussit abesse <sup>17</sup> focus.  
 Ueque <sup>18</sup> aliis, numerum quorum comprehendere non  
<sup>19</sup> est,

Cæsareum numen, sic mihi, mite fuit. 20  
 Ipse relegati, non exsulis utitur in me

Nomine: tuta <sup>20</sup> suo iudice causa mea est.

Jure igitur laudes, Cæsar, <sup>21</sup> pro parte virili

Carmina nostra tuas qualiacunque canunt.

Jure Deos, ut adhuc cœli tibi limina claudant, 25  
<sup>22</sup> Teque velint <sup>23</sup> sine se, comprecor, esse Deum.

Oprat idem populus: <sup>24</sup> sed ut in mare flumina vastum,  
 Sic solet exiguae currere rivus aquæ.

At <sup>25</sup> tu fortunam, cujus vocor exsul ab ore,

Nomine <sup>26</sup> mendaci <sup>27</sup> parce gravare meam. 30

<sup>14</sup> Eripuit Cæsar. <sup>15</sup> Errore. <sup>24</sup> Meæ preces, ut populi, per-  
<sup>16</sup> Roma migrare tantum jussit. <sup>25</sup> veniunt ad Deos, sicut parva  
<sup>17</sup> Domo. <sup>18</sup> Mite fuit. <sup>19</sup> Li- <sup>26</sup> flumina mare ingredientur, ut  
<sup>20</sup> cet. <sup>20</sup> Ipso Cæsare iudice. <sup>27</sup> magna. <sup>25</sup> Conviciator. <sup>26</sup> Fal-  
<sup>21</sup> Quantum in ipsis est. <sup>22</sup> Ve- <sup>27</sup> so: sum enim relegatus, non  
<sup>23</sup> liut te esse Deum apud nos in <sup>28</sup> exsul, quod magis infame est.  
 terra, non apud ipsos in cœlo. <sup>29</sup> Noli aliquid miseriæ meæ ad-  
<sup>30</sup> Alibi, quam ipsi sunt. <sup>31</sup> dere.

## ELEGIA XII.

### ARGUMENTUM.

*A*mico hortanti, ut aliquid scriberet, respondet Poëta, causasque assignat, cur id sibi facere non liceat. Denum ostendit, se non posse teneri quin semper aliquid componat, composita vero igni tradat.

**S**cribis, ut oblectem studio <sup>1</sup> lacrymabile tempus,  
 Ne pereant turpi pectora nostra <sup>2</sup> situ.  
 Difficile est, quod, amice, mones: quia carmina læ-  
 tum

<sup>1</sup> Tempus hujus mei exsilii. <sup>2</sup> Ignavia.

Sunt



## LIBER V.

Sunt opus, & 3 pacem mentis habere volunt.  
 Nostra per adversas agitur Fortuna procellas:  
 4 Sorte nec ulla mea tristior esse potest.  
 Exigis, ut 5 Priamus natorum funere 6 plaudat,  
 Et 7 Niobe 8 festos ducat ut orba choros.  
 Luctibus, an studio videor debere 9 teneri,  
 10 Solus in extremos jussus abire Getas?  
 Des licet hinc 11 valido pectus mihi robore fultum,  
 Fama refert 12 Anyti quale fuisse reo;  
 13 Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ.  
 (Plus valet humanis viribus ira Dei.)  
 Ille 14 senex dictus sapiens ab 15 Apolline, nullum 16  
 Scribere in 16 hoc casu sustinisset opus.  
 17 (Ut patriæ veniant, veniant oblivia nostri;  
 18 Omnis ut admissi sensus abesse queat;)  
 At 19 timor 20 officio fungi vetat ipse quieto.  
 Cinctus ab innumero me tenet hoste locus. 20  
 Adde, quod ingenium longâ 21 rubigine 22 læsum  
 23 Torpet: & est multo, quam fuit ante, minus.  
 Fertilis, assiduo si non 24 renovetur aratro,  
 Nil, nisi 25 cum spinis gramen, habebit ager.  
 Tempore qui longo 26 steterit, male curret, & in-  
 ter 27  
 27 Carceribus missos ultimus ibit equos.  
 Vertitur in teneram 28 cariem, rimisque 29 dehiscit,

3 Tranquillitatem animi. 4 Statu meo. 5 Rex Trojæ, qui quinquaginta liberos amisit. 6 Signa lætitiæ edat. 7 Amphionis uxor, ejus liberos Dea Latona, Apollinis, & Dianæ sagittis interficiendos curat: Nio-  
 bemque ipsam in saxum mutarat. 8 Festivas saltationes. 9 Occupari. 10 Sine ullo comite. 11 Constantia insuperabili. 12 Socrati, quem Anytus accusarat. 13 Succumbet tantæ calamitatis molli. 14 Socrates. 15 Oraculum Apollinis. 16 Hac miseria, in qua ego sum. 17 Licet omnium obliviscar. 18 Licet commissi erroris penitus non recorder. 19 Hostilis. 20 Prohibet versus componere. 21 Desuetudine componendi. 22 Corruptum. 23 Languet. 24 Colatur. 25 Inutiles herbas. 26 In stabulis. 27 Terminis, unde equi currere incipiunt. 28 Putredinem lignum corrumpentem. 29 Patet.



Si qua diu solitis cymba <sup>30</sup> vacavit aquis.

<sup>31</sup> Me quoque despero, <sup>32</sup> fuerim cum parvus, & ante,

Illi, qui fueram, posse redire parem.

<sup>33</sup> Contudit ingenium <sup>34</sup> patientia longa laborum: 30

Et pars antiqui magna <sup>35</sup> vigoris abest.

Sæpè tamen nobis, ut nunc quoque, <sup>36</sup> sumpta tabella est;

Inque suos volui cogere <sup>37</sup> verba pedes.

Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis; 35

Digna sui domini <sup>38</sup> tempore, digna <sup>39</sup> loco.

Denique non parvas animo dat <sup>40</sup> gloria vires;

Et foecunda facit pectora laudis amor.

Nominis, & famæ quondam <sup>41</sup> fulgore <sup>42</sup> trahebar,

Dum tulit <sup>43</sup> antennas <sup>44</sup> aura secunda meas. 40

<sup>45</sup> Non adeo est bene nunc, <sup>46</sup> ut sit mihi gloria curæ:

Si licet, <sup>47</sup> nulli cognitus esse velim.

An, quia <sup>48</sup> cesserunt primò bene carmina, suades

Scribere, <sup>49</sup> successus ut sequar ipse meos?

<sup>50</sup> Pace novem vestrà liceat dixisse <sup>51</sup> sorores; 45

Vos estis nostræ maxima causa fugæ.

Utque dedit <sup>52</sup> justas <sup>53</sup> tauri fabricator aheni,

Sic ego do pœnas <sup>54</sup> artibus ipse meis.

<sup>55</sup> Nil mihi debuerat cum versibus amplius esse;

Sed fugerem meritò naufragus omne <sup>56</sup> fretum. 50

At puto, <sup>57</sup> si demens studium fatale retentem,

<sup>30</sup> Non fuit in aqua solita.

<sup>31</sup> Non puto, me posthac effecturum, quod antea effeci. <sup>32</sup>

Quia & antea parvo ingenio

fui <sup>33</sup> Imminuit. <sup>34</sup> Dum diu

mala passus sum. <sup>35</sup> Scil. ingenii. <sup>36</sup> Versus conscripsi.

<sup>37</sup> Versus. <sup>38</sup> Tristi. <sup>39</sup> Barbaro. <sup>40</sup> Cupido gloria. <sup>41</sup>

Celebritate. <sup>42</sup> Incitabar. <sup>43</sup>

Novem. <sup>44</sup> Venus favens. <sup>45</sup>

Non tam prosperæ sunt in præsens res meæ. <sup>46</sup> Ut sim glo-

riæ cupidus, quia id tantum felices decet. <sup>47</sup> Ob infamiam

exsili. <sup>48</sup> Felicia mihi fuerunt.

<sup>49</sup> Uti eandem fortunam sequar.

<sup>50</sup> Bona venia. <sup>51</sup> Musæ, sive carmina, quorum Musæ sunt

auctores. <sup>52</sup> Scil. pœnas. <sup>53</sup>

Perillus. <sup>54</sup> Pœsi meæ. <sup>55</sup> Rel.

<sup>56</sup> Periculum. <sup>57</sup> Si regrediar ad studium meum, quod mihi

fato quodam nocuit, inventurus sum arma versibus idonea.

Hic



Hic mihi præbebit <sup>58</sup> carminis arma locus.  
 Non liber hîc ullus, non qui <sup>59</sup> mihi commodet au-  
 rem,

Verbaque significant, quid mea norit, adest.  
 (Omnia barbariæ loca sunt, vocisque ferinæ, <sup>55</sup>  
 Omnia sunt Getici plena timore soni.)

Ipse mihi videor jam dididicisse Latine:  
 Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra <sup>60</sup> te-  
 neri <sup>60</sup>

<sup>61</sup> A componendo carmine Musa potest. <sup>60</sup>  
 Scribimus, & scriptos absumimus igne libellos.

Exitus est studii <sup>62</sup> parva favilla mei.  
<sup>63</sup> (Nec possum, & cupio non ullos ducere ver-  
 sus.

Ponitur <sup>64</sup> idcirco noster in igne labor.) <sup>65</sup>  
 Nec nisi pars casu flammis erepta, <sup>65</sup> dolove

Ad vos ingenii pervenit ulla mei.  
 Sic utinam, quæ nil metuentem <sup>66</sup> tale <sup>67</sup> magis-  
 trum

Perdidit, in cineres <sup>68</sup> ars mea versa foret.

<sup>58</sup> Libros innuit, & ea quæ <sup>64</sup> Quia versus scribere nolo,  
 subjunxit. <sup>59</sup> Me ausculet. <sup>60</sup> & tamen non possum. <sup>65</sup> Ut  
 Al. *revelli*, vel retrahi. <sup>61</sup> Quo me ipsum fallam. <sup>66</sup> Exsilium  
 minus carmen componat. <sup>62</sup> inde oriturum. <sup>67</sup> Me Ovidium.  
 Parvus ignis, & cinis est fruc- <sup>68</sup> Libri de Arte amandi, aut  
 tus mei studii. <sup>63</sup> Et non pos- integra Poësis.  
 sum non versus componere.





## ELEGIA XIII.

## ARGUMENTUM.

*Afflicum hortatur, ut quandquidem amoris multa olim pignora sibi dedit, nunc verbis, & litteris ne parcat. Quod si emendarit, dicit nihil ab ejus amicitia amplius desiderandum esse.*

**H**anc tuus è <sup>1</sup> Getico mittit tibi Naso salutem:  
Mittere <sup>2</sup> rem si quis, qua caret ipse, potest.  
<sup>3</sup> Aeger enim <sup>4</sup> traxi contagia corpore mentis,  
Libera <sup>5</sup> tormento pars mihi nequa <sup>6</sup> vacet.  
Perque dies multos lateris <sup>7</sup> cruciatibus uror,  
Sed quod <sup>8</sup> non modico frigore læsit hyems.  
Si tamen ipse vales, <sup>9</sup> aliquâ nos parte valemus:  
Quippe mea est <sup>10</sup> humeris fulta ruina tuis.  
Quî mihi cum dederit <sup>11</sup> ingentia pignora, cumque  
<sup>12</sup> Per numeros omnes <sup>13</sup> hoc tueare caput; 10  
<sup>14</sup> Quod tua me rarò solatur epistola, peccas:  
<sup>15</sup> Remque piam præstas, nî mihi <sup>16</sup> verba neges.  
Hoc, precor, emenda: quod si correxeris unum,  
Nullus in egregio corpore <sup>17</sup> nævus erit.  
<sup>18</sup> Pluribus accusem; fieri nisi possit, ut ad me 15  
Littera <sup>19</sup> non veniat; missa sit illa tamen.  
Dî faciant, ut sit <sup>20</sup> temeraria nostra querela,  
Teque putem falso non meminisse mei.  
<sup>21</sup> Quod precor, <sup>22</sup> esse liquet: <sup>23</sup> neque enim mutabile robur

<sup>1</sup> Scil. Litore. <sup>2</sup> Intelligit salutem. <sup>3</sup> Afflictus. <sup>4</sup> Ipsum corpus præ nimia tristitia se male habere cepit. <sup>5</sup> Dole. <sup>6</sup> Careat. <sup>7</sup> Dolore, hæc est, Pleuritide vexor. <sup>8</sup> Satis magno. <sup>9</sup> In amicis. <sup>10</sup> Auxilio tuo sustentata. <sup>11</sup> Magna testimonia moris. <sup>12</sup> Omnibus modis. <sup>13</sup> Me Ovidium. <sup>14</sup> Quod raro ad me scribis.

<sup>15</sup> Et opus pium facis. <sup>16</sup> Epistolas tuas. <sup>17</sup> Macula, vel vitium. <sup>18</sup> Pluribus verbis accusarem tuum officium. <sup>19</sup> Epistola tua. <sup>20</sup> Falsa, quod litteræ tuæ interierint. <sup>21</sup> Ut falso de te querat. <sup>22</sup> Apparet te scripsisse. <sup>23</sup> Non possum credere mentis tuæ constantiam in me amando esse labefactam.

Cre-



Credere me fas est pectoris esse tui.

<sup>24</sup> Cana prius <sup>25</sup> gelido desint absinthia Ponto,

Et careat dulci <sup>26</sup> Trinacris <sup>27</sup> Hybla thymo;

Immemorem quam te quisquam <sup>28</sup> vincat <sup>29</sup> a-

mici.

<sup>30</sup> Non ita sunt fati stamina nigra mei.

Tu tamen, ut <sup>31</sup> falsæ possis quoque <sup>32</sup> pellere cul-

pæ

Crimina; <sup>33</sup> quod non es, ne videare, cave:

Utque solebamus consumere longa <sup>34</sup> loquendo

Tempora, <sup>35</sup> sermonem deficiente die;

Sic <sup>36</sup> ferat, ac referat <sup>37</sup> tacitas nunc littera voces:

Et <sup>38</sup> peragant linguæ charta, manusque vices: <sup>39</sup>

Quod fore ne nimium videar <sup>39</sup> diffidere, sitque

Versibus hîc paucis admonuisse satis:

Accipe, quo semper finitur epistola verbo,

Atque meis <sup>40</sup> distent <sup>41</sup> ut tua fata; VALE.

<sup>24</sup> Cujus folia sunt alba. <sup>25</sup> Frigidæ regioni Ponti. <sup>26</sup> Sicilia vocatur Trinacria à tribus promontoriis. <sup>27</sup> Siciliæ civitas. <sup>28</sup> Ostendit. <sup>29</sup> Mei. <sup>30</sup> Non tam sum infelix, ut sis immemor amici. <sup>31</sup> Ut falso dicaris amici immemor. <sup>32</sup> Depellere. <sup>33</sup> Desertor amicitia. <sup>34</sup> Confabulando. <sup>35</sup> In noctem usque. <sup>36</sup> Fiat litterarum commutatio. <sup>37</sup> Scriptas. <sup>38</sup> Sustineat. <sup>39</sup> Minus credere. <sup>40</sup> Diversa fiat. <sup>41</sup> Utinam.

## ELEGIA XIV.

## ARGUMENTUM.

*Uxor immortalitatem pollicetur Poëta, dicitque multas fore, qua quamvis eam miseram esse existiment, illi tamen invidiant, & eam felicem appellant. Stimulque ostendit, nihil à se majus præsteri potuisse. Quod cum ita sit, eam hortatur, ut in fide permaneat, ne à quoquam fure accusari possit. Exemplis etiam probat, ejusmodi fidem erga maritos nullo unquam ævo taceri solitam.*

**Q**uanta tibi dederint nostri monumenta belli,  
O mihi me conjux carior, ipsa vides.

1 Ecomia, quibus cognosceris.

De



- <sup>2</sup> Detrahat auctori multum Fortuna licebit;  
 Tu tamen <sup>3</sup> ingenio clara ferere meo.  
<sup>4</sup> Dumque legat, mecum pariter tua fama lege-  
 tur:  
<sup>5</sup> Nec potest in mæstos omnis abire rogos.  
 Cumque viri casu possis miserranda videri;  
 Invenies aliquas, quæ quod es, esse velint:  
 Quæ te, nostrorum cum <sup>6</sup> sis in parte <sup>7</sup> malo-  
 rum,  
 Felicem dicant, <sup>8</sup> invideantque tibi. 10  
 (Non ego divitias dando tibi <sup>9</sup> plura dedissem.  
<sup>10</sup> Nil feret ad manes divitis umbra suos.)  
<sup>11</sup> Perpetui <sup>12</sup> fructum donavi nominis: idque  
<sup>13</sup> Quo dare nil potui munere majus, habes.  
 Adde, quod, ut <sup>14</sup> rerum sola es tutela <sup>15</sup> mea-  
 rum, 15  
 Ad te non parvi venit <sup>16</sup> honoris onus.  
 Quod <sup>17</sup> nunquam vox est de te mea muta, tui-  
 que  
<sup>18</sup> Judiciis debes esse <sup>19</sup> superba viri.  
<sup>20</sup> Quæ ne quis possit <sup>21</sup> temeraria dicere, <sup>22</sup> per-  
 sta:  
 Et pariter serva meque, piamque fidem. 20  
 Nam tua, dum <sup>23</sup> stecimus, turpi sine crimine man-  
 sit,  
 Et famæ probitas <sup>24</sup> irreprehensa fuit.

<sup>2</sup> Valde me faciat infelicem. <sup>3</sup> Versibus, ex ingenio meo natis celebrare. <sup>4</sup> Et dum scripta mea legentur. <sup>5</sup> Nec tota deleri potes, ut corpus rogo absumitur. <sup>6</sup> Mecum dolenter feras exsilium meum. <sup>7</sup> Calamitatis meæ. <sup>8</sup> Quod a me lauderis. <sup>9</sup> Quam dedi, nempe immortalitatem. <sup>10</sup> Anima divitis nihil opum feret ad inferos. <sup>11</sup> Perpetuo duraturæ famæ immortalitatem tibi carmi-  
 nibus meis comparari. <sup>12</sup> Usum. <sup>13</sup> Immortalitate famæ. <sup>14</sup> Fortunarum. <sup>15</sup> Defensor. <sup>16</sup> Erit tibi hoc onus magno honori. <sup>17</sup> Semper loquitur in laudes tuas. <sup>18</sup> Quod maritus tuus te maximam judicet. <sup>19</sup> Fastu plena. <sup>20</sup> Judicia. <sup>21</sup> Falsa. <sup>22</sup> Sis constans in amore conjugali. <sup>23</sup> In urbe florimus. <sup>24</sup> Non etiam laudata.



25 Par eadem nostra nunc est sibi facta 26 ruina.

27 Conspicuum virtus hinc tua ponat opus.

Esse 28 bonam facile est, 29 ubi, 30 quod vetet esse,  
31 remotum est;

Et nihil officio 32 nupta quod obstet habet. 25

33 Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo,

Id demum pietas, id 34 socialis amor.

Rara quidem 35 virtus, quam non Fortuna 36 guber-  
net;

37 Quæ maneat stabili, 38 cum fugit illa, pede: 30

Si qua tan petii sibi merces ipsa 39 petiti,

40 Inquit, cum lætis 41 ardua rebus adest.

(Ut 42 te, us numeres, per sæcula nulla 3 tace-  
tur,

Et loca mirantur, 44 qua pater orbis iter.)

Aspicias ut longo maneat laudabilis ævo. 35

45 Nomen inextinctum 46 Penelopæa fides?

Cernis, ut 47 Admeti cantetur, ut 48 Hectoris u-  
xor,

Ausaque in accensos 49 Iphias ire. rogos?

Ut vivat fama conjux 50 Phylacæia, 51 cujus

Iliacam celeri vir pede pressit humum? 40

Nil opus est 52 letho pro me; sed amore, fide-  
que

25 Ac antea fuit. 26 Prop-  
ter nostram ruinam. 27 Me-  
morabile factum. 28 Femi-  
nam, & uxorem. 29 Quan-  
do. 30 Id, quod prohibeat bo-  
nam uxorem esse. 31 Ademp-  
tum. 32 Cum uxor apud ma-  
ritum secunda vivere potest. 33  
Cum adversi quid marito con-  
tingit, tunc laborem non re-  
fugere. 34 Conjugal. 35 A-  
micitia, vel amici. 36 Regat,  
ut cum crescente fortuna, &  
amicitia crescat, cum deficien-  
te deficiat. 37 Quæ perma-  
neat constans, cara est. 38 Cum  
fortuna aliquem deserit. 39 Quæ-  
siti. 40 In rebus adversis. 41  
Generosa. 42 Quo laudatur.  
43 Virtus ipsa siletur. 44 Hoc  
est, omnia. 45 Famam peren-  
nem. 46 Penelopis fides erga  
Ulysem. 47 Alcestes. 48 An-  
dromache. 49 Evadne, Iphie  
filia, uxor Capanei. 50 Laoda-  
mia, uxor Protesilai, sic voca-  
ta à Phylace, Thessaliæ urbe,  
quæ ejus marito, Protelao, pa-  
ruit. 51 Cujus maritus primus  
in terram Trojanam egressus  
est. 52 Morte perit. 115  
is desc.

S. S.

*Æquus,*



Non ex difficili fama petenda tibi est.  
 Nec te credideris, <sup>53</sup> quia non facis, ista moneri:  
<sup>54</sup> Vela damus, quamvis remige puppis eat.  
 Qui monet, ut facias, quod jam facis: ille monendo  
 Laudat, & <sup>55</sup> hortatu comprobat acta suo. 46

53. Velut officii immemorem. 54. Hæc magis ex amore ad te scribenda putavi, quam quod putem, te monitis meis egere. 55. Hortando laudat quæ agis. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse

tu. 19. didisse



## INDEX

VERBORUM, ET RERUM,  
maxime memorabilium, in hoc Libello  
*Tristium* occurrentium.

*Primus numerus indicat* Paginam, *alter* Versum  
*Elegiæ*, & *tertius* Notam.

## A

*Abdera*, urbs Thraciæ, 35. 21. 34.

*Absynthium* canum dicitur, quia alba habet folia, plurimum crescit in Ponto, 172. 21. 24.

*Absyrtus*, Æthiæ, Colchorum Regis, & Ipsæ filius, à sorore sua Medea membratim discerptus est, 92. 6. 11.

*Abusus*, propter eum non sunt res ipsæ tollendæ, 56. 356. &c. &c.

*Abydus*, urbs Asiæ, 36. 28. 48.

*Aecius*, Poëta atrax, 56. 359.

*Achilles*, Telephum sanat eadem hasta, qua ipsum percusserat, 6. 100. 34. Emsonius dicitur ab Emo. *Thessalia monte*, 99. 28. 36. Eius corpus invulnerabile, 8. 5. 10. fuit mollis, 60. 411. Hectoris cadaver currui suo alligatum circa muros Troiæ traxit, 118. 42. &c. Fortissimus Græcorum non tulit lacrymas Priami, 143. 55. Lyra dolorem minuit, 110. 15. & 16.

*Acontius*, Cydippe amorem suum quomodo domo indicavit, 97. 73. 11.

*Acrisius*, Danaes pater, 59. 401. 95.

*Alæon*, à canibus suis dilaceratus, quia Dianam imprudens viderat, 45. 205. 26.

*Actioides* idem ac Patroclus, 32. 29. 34.

*Adapertile* latus, 100. 45. 63.

*Admettus*, in matrimonium duxit Alcestem, 60. 403. 1.

*Adriaticum* mare, nomen habet ab Adria urbe, 37. 4. 9.

*Adyra*, solis sacerdotibus patent, 54. 305.

*Aer*, nubibus obductus, pluviam, & tempestatem intimat, 9. 22.

*Æetha*, vel *Æethus*, Colchorum Rex, 92. 9. 16.

*Ægidos*, idem est ac Theseus, Argei filius, 152. 26.

*Ægistus*, Thiestis filius, commisit cum Clytemnestra adulterium, & interfecit Agamemnonem, 59. 296. 84. Concedit Pyrrho, Achilles filio, Hermionem, ib. 399. 91.

*Æmilius Macer*, Poëta Veronensis, ejus carmina, 137. 44. 57.

*Æmon*, Thessaliæ Rex, 110. 16. 20.

*Æmonia*, Græciæ regio, alias Thessallia, prius Pyrrhæ dicta, 36. 30. 50. & 110. 16. 20.

*Æmonius* equus idem est ac equus Thessalicus, 99. 28. 36.

*Æneadam* genitrix, est Venus, etiam Romanorum mater dicta. 51. 261. 4.

*Æneas*, Veneris, & Anchisæ ex adulterio filius, 8. 7. 14. & 51. 261. 5. matris presidio fuit tutus, 8. 18.

*Æneas* Virgillii opus etiam amores docet, 51. 261. 3.

*Æolus*, ventorum Rex, filius Jovis, & Sergestæ, 20. 119. 90.

*Æquinoctii* vernalis descriptio, 102. 3. &c. 4. &c.

*Æquor* arare, 11. 76. 8.

M

Æquus,



*Æquus*, 8. 6. 11.  
*Ærope*, Atrei uxor, 58. 391. 73.  
*Æsculapius*, filius Apollinis, & Coronidis, medicus insignis, 157.  
 11. 12.  
*Æstus*, id est, amor vehemens, 21. 25. 37.  
*Ætas*, post quinquagesimum annum communiter est deterior, 120.  
 34.  
*Ætna*, Siciliæ mons semper ardens, 148. 78. 99.  
*Agamemnon*, Atrei, & Æroæ filius, Mycenarum rex, ab uxore Clytemnestra, & Ægystho occisus, 58. 306. 84.  
*Ager* incultus spinas profert, 169. 24.  
*Agere*, & *peragere* reum, 3. 24.  
*Agnus*, dentibus lupi ereptus, veretur procù à stabulis discedere, 5. 77.  
*Ajax*, Telamonis filius, 66. 525. 90.  
*Alcathoe* urbs, eadem ac Calatis, 36. 39.  
*Alceste*, Thestoris filia, Admeti regis Thessaliæ uxor, pro eo ægroto morti se obtulit, 156. 55. 71.  
*Alcmena*, Electrionis, & Lysidices filia, Amphitruonis uxor, à Jove sub Amphitruonis specie gravida facta, Herculem peperit, 59. 402. 98.  
*Alea*, 63. 475.  
*Alexander*, Emathius vocatus ab Emathia, hoc est, Macedonia, 84. 39. 51. Est clemens erga Porum regem, & Darii cadaver, ibid.  
*Alexandria*, in Ægypto ab Alexandro Magno condita, 12. 79. 12.  
*Alia*, Thestii filia, combussit torrem fatalem, in quo filii sui Meleagri vita continebatur, 27. 18. 25.  
*Ambitto*, hominem reddit sollicitum, 136. 38. eà multi perierunt, 80. 27. &c.  
*Amymon*, cur Pallas ita vocetur, 106. 13. 18.  
*Amici*, in rebus adversis eorum pauci sunt, 14. 16. Eorum fides in adversis cognoscitur, 22. 33. & 79. 1. 2.  
*Amicitia*, inter pares constantissima, 81. 44.  
*Anomum*, herba, vel frutex sua-

vissima odoris, cujus pulvere eadem vera incorrupta servant, 78. 64. 94.  
*Amor* Thesei in Pirithoum, 17. 66. 93.  
*Anacreon*, Poëta Lyricus, 56. 364. 29.  
*Anchiali* mœnia, 36. 36.  
*Anchises*, è Venere Æneam suscepit, 53. 299. 50.  
*Anchora*, navibus summe necessaria, 146. 42.  
*Andromache*, Etionis Thebani Regis filia, Hectoris uxor, femina clara, 155. 44. 58. & 175. 37. 48. Maritum suum ardentissime amavit, 25. 19. 30. Ejus corpus cruentum vidit ab Achille circa Trojanorum muros trahi, 118. 29. &c. 42.  
*Andromeda*, Persei, Danaes filii, uxor, 59. 401. 96.  
*Anima*, ejus immortalitatem, & migrationem Platonice statuit Naso, 77. 61. &c.  
*Animus*, ejus bona non sunt mortalia, 89. 44. 62. Est liber, & vagatur quo vult, 116. 58. 77.  
*Anser* Poëta fuit lascivus, 66. 435. 55.  
*Anteana*, 170. 40.  
*Antigone*, Oedipodis, Thebani Regis filia, 78. 67. 90.  
*Antistes* proprie, 106. 1. 1.  
*Antropophagi*, 123. 61. &c.  
*Anyti* reus dicitur Socrates, quia Anytus fuit ex accusatoribus illius, 169. 12. 12.  
*Aonides*, vocantur Musæ, à fonte Aone, iisdem sacro, 137. 39. 52.  
*Apollinea* ars, hoc est, ars Medica, 75. 10. 10.  
*Apollo*, Trojæ conditor, Trojanis favens, inde etiam Paridis segitram direxit in illam partem corporis Achillis, quæ vulnerabilis fuit, 8. 5. 10. Cur Leucadius vocatus, & laurum amet, 71. 42. 70. Comam non tondet, quia Sol prolixius capillis pingi solet, 72. 60. 91. Letonæ, & Jovis filius, Musarum Dux, & Præses dicitur, 78. 3. 4.  
*Apollonias*, 36. 57. 35.  
*Aqua* virginis sic dicta à virgine, quæ ejus fontem indicavit, 103. 22. 35.  
*Aquila*, unde dictus, 9. 29. 58.  
*Ad aras*, ceu locum tutum veteri



res in periculis confugiebant, 125.

2. 3. &c.

*Arcadia*, hoc est, Parrhasia, 16.

48. 71.

*Arctophylax*, quale sydus, &

quando occidit, 19. 103. 39.

*Arcos* Parrhasis, 16. 48. 71.

*Ardere*, sive vehementer amare,

103. 23. 39.

*Arena*, 41. 17. 21.

*Argonica* classis, 5. 83.

*Argolici* comes pro Pylade, 32. 27.

*Argos* navis unde dicta, 62. 439.

62. & *Argonauta*, ibid.

*Adriane*, à Theséo in insula Naxo

relicta Bacche nubit, 150. 22. 65.

*Aries* aureus, postea inter sydera

collocatus, Phryxum, & Hellem

per Hellespontum detulit, Helle

in eum delapsa, 102. 3. 5.

*Aristides* Milesius Poëta scripsit

lasciviam, & luxuriam Milesio-

rum, 60. 413. 21.

*Arma* Jovis, hoc est, ira Augus-

ti, 5. 81. 12.

*Ars*, sive navigandi peritia, 9.

32. 65. *Ars* amandi Ovidium in

exsilium pepulit, 4. 55. 82.

*Artes* ingenuæ afferunt honorem,

33. 45.

*Arundineum* carmen, 109. 12. 14.

*Athene*, Græciæ civitas, 11. 77. 10.

*Athletæ* ungebantur, 103. 21. 33.

*Atreus*, cum cognovit, fratrem

suum non uxore sua concubuisse,

liberos epulandos ei apposuit, 58.

391. 75.

*Atium* libertatis, 72. 72.

*Attica* apis, 158. 38. 44.

*Augurium*, 33. 51.

*Augustum*, idem est ac magnifi-

cum, 5. 71. 98.

*Augustus*, vocatur Deus, 2. 20.

Item vir cœlestis, 16. 37. Ovidium

relegavit, quia libros Amorum

scripserat, & aliquid viderat, 3.

23. Habitavit in Palatio, 5. 69. 97.

Phœbo ludos sæculares instituit,

41. 25. 31. Parti superatæ sæpè ve-

niam dedit, 42. 43.

*Auriga*, hoc est, rector navis,

20. 118. 58. Aurigarum functiones,

166. 23. 37.

*Ausonia* idem ac Italia, 161. 61. 61.

*Ausonia* lingua, id est, Latina

lingua, 161. 61. 61.

*Ausonia* matres, hoc est, Latine

femine, 41. 23. 27.

*Ausonius* Dux, id est, Tiberius,

47. 172. 82.

*Automedon*, auriga currus Achil-

lei, 157. 10. 10.

*Ayidus* lupus, id est, insatiabi-

lis, 5. 78. 9.

*Axenus*, inhospitalis, 123. 56. 76.

*Axis*, quid, 10. 46. 76. & 16.

48. 70.

## B

*Bacchanalia*, vel festum Bacchi,

quando sint celebrata, 148. 1.

1. &c.

*Bacchæ*, vel *Bacchides* erant Bac-

chi sacrificulæ, 150. 37. 57.

*Bacchari*, est Baccharum more

furore, 9. 29. 59.

*Bacchus* Jovis ex Semele filius,

59. 401. 97. Dionysius vocatus, 36.

38. 62. Item Lyæus, 59. 401. 97.

Neenon Bimather, 149. 26. 41. Vi-

ni inventor, ejus usum hominibus

tradens, 150. 36. &c. Multas mu-

lieres in exercitu circumduxit, ar-

matas hastis pampinis involutis, ib.

37. 57. Uxoris suæ Ariadnes cor-

nam in cœlum transtulit, ib. 42.

65.

*Balista*, tormenti quoddam ge-

nus, 10. 48. 77.

*Barbari*, hoc est, exteri, 49.

206. 29. Eorum mos erat homines

sacrificare, 124. 78. 14.

*Battus*, vel *Besseus* Poëta, Jam-

bico carmine clarus, 137. 47. 62.

*Belides*, 72. 62. 94.

*Bellerophon*, Glauci filius, stupri

accusatus mittebatur ad Solymos

Asiæ populos debellandum, ut &

Chymeram, & Amazones occiden-

dum cum victor rediret, probata

innocentia, uxorem accepit filiam

Regis Lyciæ, 59. 397. 87.

*Belus* Indica, hoc est, elephas,

127. 7. & 8.

*Belus*, Pater Danaï, & Ægisti,

qui Danaus quinquaginta filiarum

pater fuit, Belides vocatarum, quæ

omnes, una excepta, suos maritos

occiderunt, 72. 62. 94.

*Bessi*, populi Thraciæ finitimi,

94. 5. 19.



- Bistona*, Thracie urbs, 35. 19. 38.  
*Bistonie* aquæ, 37. 48. 77.  
*Bona luce*, hoc est, felici die,  
 6. 97. 31.  
*Boreas*, unde dictus, 9. 29. 53.  
*Bosphorus* Thracius, 53. 298. 49.  
*Cimmerius*, 81. 49. 69.  
*Bracca Persica*, 166. 34. 32.  
*Braccati*, erant Getæ, 126. 47.  
 62.  
*Briareus*, Gigas centum manus  
 habens, 139. 18. 28.  
*Briura*, à dierum brevitate no-  
 men habent, 109. 1. 2.  
*Bucolica* Virgilii, inde dicta, 66.  
 538. 11.  
*Busiride* sævior: Busiris ille erat  
 Neptuni filius, Ægyptiorum Tiran-  
 nus, qui cum hospites Jovi immo-  
 lare soleret, ab Hercule, cui par-  
 les insidias struebat, occidebatur,  
 99. 39. 52.  
*Bustum* quid, 99. 26. 33.

## C

- Calamora* mortuorum solebant a-  
 blui, & postea comburi, 78. 69.  
*Cadere* idem ac immolari, mac-  
 tari, 36. 43. 69.  
*Cæx*, vel *Cæx*, Luciferi filius,  
 cum uxore Halcyone in Halcyo-  
 nem conversus, 143. 61. 60.  
*Calculus*, 63. 478.  
*Calyso*, Lyncæonis filia à Junone  
 in Ursam conversa, & à Jove in  
 aëra relata, 16. 48. 71. & 48. 189.  
 1. & 98. 8. 10.  
*Callimachus*, Historicus Ægyp-  
 tius, Battiades dictus à Batto, vel  
 patre, vel gentis sue auctore, Ly-  
 dem puellam amavit, 56. 367. 34.  
 Scripsit carmina, ibi, & 155. 38. 49.  
*Calvus*, Poëta, & Orator, Cice-  
 ronis adversarius, 61. 431. 46.  
*Calyppo*, amore Ulyssis capta,  
 57. 380. 53.  
*Canace*, è fratre Macareo filium  
 peperit, quo scelere comperto, se  
 ipsam, patre jubente, interfecit,  
 57. 384. 60.  
*Candida*, pro splendidis, 31. 7. 9.  
*Candida* vestis, talem induebant,  
 natalem celebrantes, 105. 14. 16.  
*Candor*, pro sinceritate, 85. 7. 6.  
*Cantis* in telis jactus, 63. 473.

- Cantando*, laboris, & ægritudinis  
 tedium fallitur, 109. 5. &c.  
*Capaneus*, unus septem Regum  
 Thebas obsidentium, superbus, &  
 Deorum contemptor, ideoque punitus,  
 119. 63. 94. & 147. 29. 46.  
*Caphareus*, promontorium Eu-  
 bteæ, tempestuosum, & formido-  
 losum, propter multos scopulos,  
 ubi Nauplius ultus est mortem filii  
 sui Palamedis, Ulyssis dolo inter-  
 fecit, 5. 83. 15.  
*Capitolinus* mons, unde ita dic-  
 tus, 15. 29. 38. ad hunc duces  
 triumphantes vota suscepta solve-  
 re solebant, 104. 46.  
*Carcer*, unde qui emittuntur,  
 169. 25. 26.  
*Carnuna* requirunt animum quie-  
 tum, 3. 41. Fuerunt Ovidio causa  
 exsilii, 3. 23. 38. Non sinunt aucto-  
 res suos mori, 89. 45. &c. 54.  
*Carnifex* denotat hominem cru-  
 delem, 99. 37. 48.  
*Cassandrus*, Phœbi Sacerdos, Pri-  
 mi Regis filia, 19. 400. 94.  
*Castor*, & Pollux fratres gemini,  
 Jovis, ex Leda, sub forma cigni  
 compressa, filii, Tyndarides dicti  
 à Tyndaro, Ledaæ marito, 226. 30.  
*Causa* iniqua fit pejor, & odio-  
 sior, si defendatur, 3. 26. Est in  
 foro triplex, 33. 46. 50.  
*Caystrum*, & *Coystrius* ales, id  
 est, olor, 141. 11. 16.  
*Cedrus* arbor nunquam cariem  
 sentit, & illius succo illita durant,  
 atque à tineis sunt immunia, 2. 1.  
 17.  
*Cenchrea* Corinthiacæ, 34. 9.  
*Centauri*, 130. 15.  
*Centumviri*, 44. 24.  
*Cerēs*, Saturni, & Opis filia, fru-  
 gum inventrix, rem cum Iasio  
 habuit, 54. 300. 52. Ejus carnis  
 ab Alatis serpentibus tractus, 90.  
 1. 1.  
*Cerealia* denotant frumentum,  
 102. 11. 16.  
*Charybdis*, 130. 13. 18.  
*Chimæra*, mons Lydiæ, unde fa-  
 bula orta, Chimæram monstrum  
 esse, 59. 397. 83.  
*Chrys* quid, 169. 8.  
*Chryseis* ab Agamemnone amata,  
 57. 373.



*Cinna*, Poëta lascivus, 61. 435.

53. *Circus*, qualis locus, 52. 283. 27.  
*Claros*, vel *Clarium*, Joniæ ci-  
vitas, Apollinis oraculo clara, 24.

1. 1.  
*Clavi* mensura, hoc est, latitudo  
vestis Senatoriæ, 136. 35. 48.  
*Clymene*, Phaëtonis mater, 80.

30. 41.  
*Clypeum* post vulnera sumere,  
16. 35. 50.

*Clytemnestra*, Tyndari & Leda fi-  
lia, Agamemnonis uxor, adulte-  
rium cum Ægisto committens, 59.  
396. Occisa est ab Oreste filio suo,  
21. 22. 26.

*Colchi* qui, 48. 191. 4.

*Colchis*, Asiæ regio, 92. 12. 21.

*Color* purpureus non quadrat ad  
luctum, sed ad triumphos, atque  
res lætas, 1. & seq.

*Columba* semel ab accipitre san-  
ciata alarum strepitum semper ti-  
met, 5. 75. & 76. Nunquam ad sor-  
dida, verum semper ad candida  
tectâ venit, 31. 7. & 8.

*Comitor* passive usurpatum, 89.

47. 66.

*Confabulatio* tempus fallit, 75.

12. 13.

*Consternatio* animum obnubilat,

14. 13. 16.

*Corina*, Ovidii amica, 137. 60. 82.

*Cornelius* Gallus, Poëta. & Ora-  
tor, scripsit de Lycoride Amorum  
libros quatuor, 62. 445. 74.

*Cornificius* Poëta, à militibus des-  
titutus, interiit, quos sæpè fu-  
gientes galeatos lepores vocave-  
rat, 61. 436. 58.

*Cornua* denotant extremas char-  
te partes, quæ extra volumen ins-  
tar cornuum prominent, 2. 8. 18.

Cur Poëta ea fluminibus, tribuant.

115. 41. 51.

*Cornua* sumere, idem est ac arma

& vires sumere, 134. 27. 34.

*Corytos* est theca arcuum, & sa-  
gittarum, 159. 15. 14.

*Cothurnus* erat calceus Tragico-  
rum altior, 58. 393. 80.

*Cottus* gigas centimanus, 130. 12.

*Cous* amavit Battida, 24. 2. 3. 4.

*Crimina*, quando, exagitantur,

98. 1.

*Critici*, eorum officium, 3. 37.

57. *Cræsus*, Lydiorum Rex divissi-  
mus, 89. 42. 59.

*Currus* triumphalis trahebatur ab  
equis coronatis, 48. 178. 83. Erat  
deauritus, 116. 63.

*Cyanæ*, insulæ instabiles dictæ,

36. 34. 55.

*Cyclades*, insulæ in mari Ægeo  
in cyclon, seu orbem sitæ circa  
Delum, 37. 8. 15.

*Cygnus* moriens, flebiliter canere  
figitur, 141. 11. 16.

*Cynosura* est sydus, quod canis  
minor vocari solet, 117. 1. 1.

*Cyzicus*, vel *Cyzicum*, urbs ad  
propontidem in Asia sita, 36. 29.

& 30. 49.

## D

*Danae*, Acrisii, Argivorum Re-  
gis, filia unica, turri inclusa

à Jove in imbrem aureum mutato  
compressa, Perseum peperit, 59.

401. 95.

*Danaes* muros, hoc est, Andro-  
meda, Persei, Danaes filii, uxor,  
ibid. 96.

*Daneus*, quinquaginta filiarum

pater, 72. 62. 96.

*Danubius* idem ac Ister, de quo

infra.

*Dardania* urbs, in litore Helles-  
pontico sita, à Dardano, Iovis fi-  
lio, sui conditore, ita dicta, 35.

25. 41. & 43.

*Dare* manum placidam est opem  
ferre, 69. 2. 4. & 6.

*Darius*, à suis proditus ab Ale-  
xandro prius hoste, regio more  
humo mandatus, 84. 40. 53.

*Dea Opes*, & *Dea Levana* dicta,

41. 24. &c.

*Decimber*, cur fumosus dictus,

64. 401. 46. 47.

*Decolor* dicitur quasi Discolor,

115. 42. 53.

*Dædalus*, & Icarus, quorum ille  
pater, hic filius, non suis, sed  
alienis penis volarunt, pater feli-  
cius, quam filius, 80. 21. 29. &c.

& 90. 6. 8.

*Deducta* carmina, hoc est, com-  
posita carmina, 3. 39. 62.

M 3

Dei-



- Deidamia*, Pyrrhi mater, 60.  
 405. 6.  
*Delphici*, quæ propriè dicantur,  
 56. 39. 11.  
*Delphi* civitas Bæotici, ubi Apol-  
 lini templum, in quo reddebat ora-  
 cula, 133. 43. 58.  
*Delphine*: ludibundi ex aqua ex-  
 silire solent, 96. 43. 69.  
*Demaduisse*, hoc est, valde ma-  
 duisse, 153. 40. 38.  
*Deplorati* in morbis, qui, 83. 8.  
 10.  
*Deploratum* idem ac desperatum,  
 & incurabile, 16. 46. 66.  
*Deus*, pro Augusto Cæsare, 2.  
 20. 33.  
*Deus* ruricula vocatur Priapus,  
 & cur, 35. 26. 44.  
*Deus*, implorandus est ab iis,  
 qui in periculo versantur, 8. 1. Sæ-  
 pè *Deo* uno prementer alter *Deus*  
 fert opem, ibid. 4. omnia sunt sub  
*Deo*, 133. 48.  
*Dii* pro Principibus, 3. 32. 54.  
 & 5. 74. 4. Etiam eos puniunt, qui  
 vel casu contra ipsos peccant, 45.  
 107. & 108. Interdum plura dant  
 quam petimus, 132. 30. & c. Pala-  
 tini qui, 5. 71. 9. Maris, & cæli,  
 8. 1. 1. Cælestes potestates habent  
 inventos, 11. 59. *Diis* non vacat  
 minutias intueri, 49. 215. &  
 216. *Diis* marinis color marinus as-  
 fingitur, 11. 59. 83. *Deo*, ac *Diis*  
 genitos Veteres appellabant quos  
 eximia laude dignos censebant,  
 137. 42. 55.  
*Diana*, Jovis filia, ex Latona,  
 Dea venationis, Phætrata dicta,  
 124. 64. 90.  
*Diana* Taurica, 124. 66. 93. Lex  
 erat, ut quæ in Templo *Diane* fue-  
 rint dicta, rata fierent, 97. 73. 11.  
*Diana* Tauri montis accolæ hos-  
 pites suos immolabant, 124. 62.  
*Dicta* idem ac calumniæ, 3. 25.  
 41.  
*Didonis* Tyriæ amores scripsit  
 Virgilius, 66. 534. 1.  
*Dionysopolis*, urbs à Baccho, qui  
 & Dionysius vocatus est, sic dic-  
 ta, 36. 36. 62.  
*Discipline* liberales honorem, &  
 dignitatem afferunt, 33. 45.  
*Divinare*, ibid. 49. 54.

- Divitia* hominem in morte descen-  
 runt, 151. 13.  
*Dodona*, civitas Chaoniæ, unde  
 Jupiter *Dodonæus* dictus, 133. 43.  
 59.  
*Dolon*, ab Ulysse, & Diomede  
 interfectus est, 80. 27. 36. & 37.  
*Dolor* reddit hominem eloquen-  
 tem, & inclusus suffocat, 143. 63.  
*Domina*, hoc est, uxor, 153. 23.  
 27.  
*Domus*, id est, familia, 17. 64.  
 90.  
*Dos*, & *dotes* animi, 88. 14. 18.  
*Drusus* Cæsar vocatus, 50. 130.  
 63.  
*Dulichium* insula, 23. 60. 80.  
*Dulichia* arbor, 110. 31. 35.

## E

- Ebrietas* secreta detegit, & lin-  
 guam facit præterviam, 85. 48.  
 63. *Elpenori* avertit mortem, 80.  
 19. 24.  
*Echion* Cadmo in condendis The-  
 bis auxilio fuit, 155.  
*Echionæ* arces, id est, arces The-  
 bæ, 155. 52. 68.  
*Electra*, Agamemnonis filia, &  
 Orestis soror, quem servavit, 58.  
 395. 82.  
*Elegiacum* carmen, quale, 50.  
 220. 48.  
*Eleusis*, Atticæ provinciæ civi-  
 tas, 96. 1. 2.  
*Elpenor*, Ulyssis comes, ejus fa-  
 ta apud Circem, 80. 19. 24.  
*Emathia*, postmodum Macedonia  
 dicta, inde Alexander *Emathius*  
 dux vocatus, 84. 39. 51.  
*Ematurescere*, hoc est, lenire,  
 45. 124. 44.  
*Empedocles* scripsit de rerum  
 natura, 61. 425. 37.  
*Endymion* cum Luna rem habuis-  
 se dicitur, 53. 299. 51.  
*Ense* latro abutitur, & utitur via-  
 tor, 52. 271.  
*Eous*, unus è quatuor equis So-  
 lis, sumitur pro oriente, 134. 22.  
*Epitaphium* Ovidii, 78. 73.  
*Eputa*, 64. 488.  
*Equestris* census, 135. 8.  
*Equo* ligneo Troja capta, 28. 76.  
 6. Coronatis *equis* trahebatur cur-  
 rus triumphalis, 48. 178. 84. *Equo*  
 do-



donare idem est ac equitem face-  
re, 44. 88. 4.

*Erichonius*, unde natus, 53. 293.

40. *Eridanus*, Italiae fluvius, hodie  
Padus dicitur, unde nomen suum  
habent, 80. 29.

*Erymanthis*, unde dicta *Eryman-  
thidos* ursæ custos, 19. 103. 39.  
*Erymanthidos* ursæ proxima tellus,  
81. 47. 67.

*Eteocles*, & *Polynices*, *Oedipi*,  
*Thebanorum* Regis, filii, mutuis  
vulneribus cecidere, 54. 320. 77.  
A fratre interemptus, & à sorore  
sepultus est, 78. 62.

*Evyadne*, Martis filia, ex Thebe,  
uxore *Asopi*, uxor *Capanei*, quem  
ardentissime amavit, 128. 64. 97.  
& 156. 64. 60.

*Eubius* historicus in exsilium  
missus, quod docuit partus violari,  
& portione ejsei, 60. 415. 23.

*Eubæa*, insula maris *Ægæi*, inde  
*Euboici* fluctus, 160. 35. 35.

*Eumedes*, filio *Dodone* orbatus,  
80. 27.

*Eroe* vox, quid denotet, III. 41.

44. *Euri* descriptio, 9. 27.

*Euryalus* erat Trojanus Nisi ami-  
cus integerrimus, 21. 23. 27.

*Eurydicem* uxorem bis amisit *Or-  
pheus*, 110. 17. & 18. 22. 23.

*Euvinus* Pontus, cur sic dictus,  
105. 28. 33.

*Euxinus* sinister, 49. 197. 14.  
hoc est infelix.

*Exequiæ* sunt funebre officium,  
29. 54. 18.

*Exsilium* à relegatione differt,  
46. 137. fuit Ovidio instar funeris,  
& exequiarum, 7. 118. 56. Immo  
morte pejor, 87. 7. Causæ cur  
Ovidius in exsilium missus, 40. 7.  
& 85. 46. &c.

*Expugnabilis* quid, 138. 65. 86.

*Exsanguis*, 72. 55. 85.

*Exsulis* habitus, qualis esse de-  
beat, 1. 3. 6.

## F

*Fabule* olim emebantur, 65. 510.  
69.

*Factiones* aurigarum, 103. 23.

37. *Fama* demum post mortem præ-  
clarorum virorum nomen dare so-  
let, 140. 121. Subdit ingenio sti-  
mulos, 144. 76. 48.

*Fasces*, & secures signa imperii  
consularis, 158. 32. 36.

*Fata* immutabilia, 118. 10.

*Favonius* idem ac *Zephyrus*, 9.

23. 54.  
*Felices* multos habent amicos,

31. 5.  
*Felle* *Serpentis* *Getæ* sagittas in-  
ficiunt, 159. 16.

*Feralia* quæ 78. 81. 10.

*Feræ* venerales, 102. 17. 25.

*Ferrum*, hoc est, durus, & as-  
per, 149. 28.

*Fibra*, 33. 49. 55.

*Fictilia* vasa, 64. 487. 43.

*Fides* amici speratur in rebus  
adversis, 22. 29. Etiam in hoste  
probat, 32. 24.

*Filia* *Ovidii* *Perilla* maritum in  
*Africam* secuta erat, 15. 19. 23.

*Fing-re*, propriè significat for-  
mare, 64. 489. 43.

*Flamma* vigil pro lampade, 125.

4. *Flava*, unde *Minerva* dicta, 34.

1. 1.

*Floralia*, quomodo celebrari so-  
lita, 54. 309. 66.

*Flores* spargi solebant in ea via,  
per quam triumphantes ibant, 115.

50. 65.  
*Formæ* semectus damnosa est, 89.

35. 49.  
*Formicæ*, quarum opus est colli-  
gere frumenta, nunquam tendunt  
ad inania horrea, 31. 9. 11.

*Fortuna* differt à casu, 45. 107.  
& 180. dat, & adimit opes pro  
lubitu, 89. 41. 57. est vitrea, dom  
splender, frangitur, ibid. Variabi-  
lis est, 101. 67. 92. Volubili globo  
insistit, 161. 8. *Fortuna* lumina de-  
notant prosperitatem, 31. 13. 15.  
*Fortunam* sequitur vulgus, ib. Hu-  
mi-



*milli fortuna contentus, tutus est,* 80. 26.

*Forum, quid,* 70. 27. 46. Romæ tria erant *fora*, 103. 24. 40.

*Frater* dicitur pars fratris, 155.

34. Ovidius ab adolescentia incumbebat eloquentiæ studio, 136. 30.

41. Ejusdem auctoris scripta vocantur fratres, 6. 107. 41.

*Fraudi* esse, & in fraudem incidere, 64. 493.

*Frigus*, quantum in Ponto sit, 94. 9. &c.

*Fulmine* tactus stupet, 14. 11.

*Fumosus*, cur mensis December ita dicatur, 64. 391. 49.

*Fumus* in duas partes divisus, partim in crematione cadaverum Eteoclis, & Polinici fratrum mutuis vulneribus occisorum, partim in sacris eorum, 155. 36.

*Furia* pro adulteriis furtim committi solitis, 56. 347. 8.

*Fuscus* fuscare, 64. 487. 39.

## G

*Ganges*, Indis fluvius, omnium maximus, 149. 23. 37.

*Ganymedes* Trojanus, filius Troiæ regis, 60. 406. 9.

*Gemma* est oculus, quem vitis primum emittit, 102. 13. 21.

*Gener* Pelia, id est Admetus, 60. 402. 1.

*Genitale* tempus, 205. 17. 21.

*Genius* Deus, 105. 17. 21.

*Germania* à Tiberio victa, 113. 1. 2.

*Geryon* tricolor, 130. 16. 23.

*Geta* populi in Scythia Europæa, vergunt ad Pontum in Orientem, 23. 62. Sunt pelliti, & braccati, 129. 47. 62. Armis Tomon vexant, 147. 69. Eorum descriptio, 160. 45. &c.

*Getica* regio, nec vires, nec arbores alit, 102. 14. & 16. Vocatur Marticula, 149. 23. 34.

*Geticum* mare, 23. 62.

*Gigantes*, cum cælum invadere pararent, à Diis cæsi, & fulmine interfecti sunt, 43. 71. 83. Vocantur serpentipedes, vel anguipedes, 130. 17. 27.

*Glacies*, 95. 21.

*Gladiatorii* ludi, 52. 282. 25.

*Gloria* ardua vadit per iter præ-

ceps, 120. 74. Ingenio addit su-

mulos, 144. 76. 84.

*Gorgones*, 130. 11. 12. &c.

*Græci*, qui semel apud montem

Capharca tempestatem evaserunt,

semper loca illa vitant, 5. 81. 14.

Exteros vocant Barbaros, 49. 206.

29.

## H

*Habit* exsulis qualis, 1. 3. & 4.

*Hadis* sunt signum cæleste, tem-

pestatem indicans, 38. 13.

*Hæmon*, juvenis Thebanus, Anti-

gonem vehementer amavit, 59.

402. 98.

*Hæmonii* equi sacrum equi A-

chillis Thessali, 99. 28. 36.

*Hælyon*, & Geys in hælions

mutantur, 143. 60. 60.

*Harpia*, quot & unde denomi-

nata, 130. 17. 26.

*Harpina*, & Psilia erant equi,

quos Pelops à Phrygia veniens se-

cum ducebat, 58. 386. 65.

*Hæruspices*, 33. 49. 54.

*Hecatombe* sacrificium, in quo

centum victimæ unius generis

maestari solebant, 43. 75. 83.

*Hæctor*, Priami filius, ab uxore

sua Andromache vehementer ama-

tus est, 25. 19. 30. Fuit vir fortis,

inde Hæctor sæpè idem est, ac vir

fortis, 99. 27. 35. Laudavit Patro-

clum, qui indutus armis Achillis

ipsi restitit, 32. 29. 34. Innotuit

infortunio Troiæ, 120. 75. *Hæctoris*

urbs, id est, Troja, 35. 17. 27.

Ejus axor, 175. 37.

*Hedera*, vel corona ex *hedera* &

Baccho sacra, convenit Poëtis so-

licibus, 26. 2. 2. & 3.

*Helena*, à Paride capta, fuit cau-

sa excidii Trojani, 18. 76. 6.

*Helicon* mons Boeotiæ, Musis sa-

cer, 111. 50. 58.

*Helle*, cum novæ insidias me-

tueret, cumque Phryxæ fratre arie-

te aureo Pontum trajicere vellet,

in mare decidit, eique nomen de-

dit *Helles* mare, quod Hellespontus

dicitur, 35. 15. 23.

Hel-



*Hellespontus*, 35. 15. 23.

*Helyius* Cina fuit Poëta lascivus,

61. 435. 53.

*Hercules*, Jovis, & Alcmenæ filius, 59. 405. 7. Ex hoste factus est gener Junonis, cujus filiam Heben in caelo uxorem duxit, 84. 42.

55. Musagetes dictus, 72. 69. 6. *Hermione*, Menelai, & Helenæ filia, ab avo materno Tyndaro Orestri desponsata est, indignante Menelao, qui illam Pyro despondit, quem ideo Orestes occidit, 59. 399. 91.

*Hesperia*, sumitur pro tota plaga occidentali, 134. 22.

*Hexametron* constat sex pedibus, 69. 11. 17.

*Hippolytus*, de quo Seneca Tragediam scripsit, frustra à noverca Phædra amatus est, 57. 383. 56. & 58.

*Hirundo* veris prænuncia, facit nidos suos sub trabibus, 102. 9. 14.

*Hirsutus* significat severum, 51. 259. 1.

*Historia* etiam amori inserviunt, 51. 259. 99.

*Homerus*, ejus Ilias, 57. 371. 40. Fuit pauper, 126. 22. 33.

*Homini* Dianæ Tauricæ immolati, 124. 63. &c.

*Honores* pro magistratu sumpti, 136. 33.

*Horatius*, Poëta Lyricus, 137. 49.

*Hostentus* lasciva carmina composuit, 62. 441. 64.

*Hospes*, 64. 488. Sumitur pro peregrino, 70. 20. 32. Turpius efficitur, quam non admittitur, 157. 13.

*Hostes*, ab incolis Tauricæ regionis Dianæ immolabantur, 124. 63. &c.

*Hospitium* quid, 104. 54. 30.

*Hyades* stellæ in fronte tauri, unde dictæ, 38. 16. 25.

*Hybla* urbs, vel mons Siciliæ, 158. 38. 44.

*Hvems* pro asperis tempestatibus hvemalibus sumpta, 3. 32. 68. Ejus descriptio, 94. 9. &c. Ovidius statuere videtur, hieme annum finiri, & vere incipere, 101. 1. &c.

*Hylas*, Herculis comes, 60. 416. 8.

*Hymettus* mons Atticæ regionis,

152. 30. 30.

*Hyrtacus* Trajanus, Nisi pater, 22. 24. 29.

I

*Iasius*, Jovis, & Electæ filius, frater Dardani, & Armoniae Cadmi uxoris, cum quo concubuit Ceres. Hic sumpta uxore Cybele, Coribantes genuit, 54. 300. 52.

*Iazyges*, populi Scytharum campos, & planitiem incolentes, 48. 191. 3.

*Icarus*, patriâ Lacedæmonius, pater Pelopes, 155. 44.

*Icarium* mare, unde nomen habent, 6. 90. 23.

*Icarus*, Dædali filius, suâ temeritate mortem sibi accersivit, 6. 90. 22.

*Ida*, mons altissimus versus Trojam, 111. 42. 48.

*Ignavia*, & desidia ingenii quasi situm contrahunt, 168. 2.

*Ignis* sumitur pro fulmine, 5. 82. eo nihil est utilius, & tamen incendiarii illo abutuntur, 52. 267.

erat Vestæ sacer, & extinguere non debebat, 70. 29. 48.

*Ilades* puer, hoc est, Ganymedes, 60. 406. 9.

*Ilias* Homeri, 57. 371. 40.

*Ilium* ante Troja dictum, 23. 60. 80.

*Illyria*, hodie Slavonia dicitur, 20. 121. 62.

*Illyrii* sunt populi sub Alpibus, 50. 226. 54.

*Imbria* terra, aliis Selimbria dicta, 35. 18. 28.

*Inachus* fluvius dicitur pater Isidis, 53. 297. 46.

*Incestus*, 65. 503. 60.

*Incus*, ea modica opus ablatum dicitur, cum pars perfecta, pars imperfecta relinquitur, 28. 29. 39.

*Indeclinata* amicitia, 126. 24. 25.

*Indelibatus*, hoc est, illæsus, integer, 22. 28. 34.

*Indepioratus*, 77. 46. 57.

*Indus* decolor, vel discolor, hoc est, niger, & mali coloris, 149. 23. 38.

In-



*Infantes* Romani, quid cum illis, simulac nati fuerunt, actum, 119.

*Ingeni* non sunt patientes laborum, 24. 72. 94. Pro honestis, & pudicis sumpti, 54. 304. 57.

*Iniquus*, hoc est, iratus, 8. 6. 13.

*Insigne*, pro signo sumptum, 51.

*Instita*, tenuis fasciola, qua stolæ infimam partem circumdabat, limbus infimus vestis matronalis, sumptus pro nupta, vel matrona, 51. 248. 85.

*Jo*, vox clamantis in triumpho, 115. & seq.

*Jo*, Inachi fluvii filia, 53. 297.

*Jole*, Eurypti Oechaliæ regis filia, ab Hercule amata, 60. 405. 5.

*Jonium* mare est pars maris Mediterranei inter Cretam, & Siciliam. 19. 105. 41.

*Jpsias*, hoc est, Evadne Iphiæ filia, de qua supra.

*Iphigenia*, Agamemonis filia, Pelopis neptis, Dianæ victima destinata, ab illa liberatur, cerva in ejus locum supposita, Dianæ Tauricæ est præfecta, 124. 67. 95. Cum fratre Oreste aufugiens, transtulit secum Dianæ simulacrum, ibid.

*Irus* idem ac pauperrimus, 89.

*Isis* prius Jo dicta, filia Inachi fluminis, Dea Ægyptiaca, 53. 297.

*Ister*, sive Danubius, dicitur septem plex, 48. 189. Fuit olim terminus Romani Imperii, 49. 197. 13. Fuit inter Tomon, & Sauromatas, 94. 7. 15. Aliquando congelat, 95. 29. & 30.

*Isthmus* bimaris, 37. 5. 10.

*Ithaca*, vel *Ithace* est insula maris Ægei, quam Ulixis tenuit, 23. 56. 74. &c.

*Ilys* à matre sua occisus, & patri epulandus appositus, 58. 390. 74.

*Judex*, hoc est, criticus, 3. 37. 57. Ejus officium, ibid. *Judices* infernales, qui, 139. 88. 16.

*Juno*, in ejus templis sæpè recordant ut femine lascivæ, quod ea multis meretricibus indolaerit, 53.

291. 36. & 38. Saturnia dicta est, quia fuit Saturni filia, ibid. 297. 48. Ejus gener est Hercules, 84. 42. 55.

*Jupiter*, Opis, & Saturni filius, in aureum imbrem mutatus, in Danaë gremium decedit, ex quo illa imprægnata est, 59. 401. 95. Cum Herculem gigneret, & duabus noctibus unam fecit, ibid. 402. 59. Si fulmina mitteret, quoties homines peccant, brevi futurus esset inermis, 42. 33. Ubi detonavit, serenitatem iterum inducit, ibid. 35. Sumitur pro Augusto Cæsare, 5. 81. 12. In Jovis æde succurrit, quam multas matres ille fecerit, 53. 289. & 290. Jovis ignis pro fulmine, 21. 11. 15. Ejus telum pro fulmine, 134. 14. 19. Jovi sorte obtigit cælum, nec vacat exiguis rebus adesse, 49. 215. & 216.

## L

*Laboris* tedium fallitur cantando, 109. 5.

*Lachesis*, Parcarum una, 166. 45.

*Lacrymæ* sunt doloris solatium, 118. 38. Leniunt malum inevitabile, 143. 59.

*Laertius* heros est Ulysses, Laertis filius, 153. 3. 5.

*Lampsacius* vel *Lampsacium* urbs Asiæ ad Hellespontum, 35. 26. 44.

*Laodamia*, mortuum maritum Protesilaum amplexa, dolore exanimata est, 25. 20. 32.

*Lar*, *Lares*, & *Larium*, unde nomen habeant, 15. 39. 42. Pro domo, ibid. & 104. 52. 78.

*Latium* est pars Italiæ, 116. 69.

*Latius*, pro Romano, 49. 205. 27.

*Latmius*, & *Latmus*, mons Cariæ,

53. 299. 51.

*Latmius* heros, hoc est, Endymion, 53. 299. 51.

*Ladona*, & *Latonia* proles permixta Niobem prolem suam à se extinctam flere, 143. 57.

*Latoia* vel *Latonis* stirps, hoc est, Apollo, Latonæ, & Jovis filius, 73. 3. 4.

La-



*Latrunculorum* ludus, 66. 477. &c.  
*Bene qui latuit*, bene vixit, 80.  
 25. 34.  
*Latus clavus*, & *Laticlavii*, 136.  
 29. 40.  
*Laurus* dicata triumphis, & ad alios honores adhibita, 71. 40. &c.  
 68. 69. 70. Ab *Apolline* amata, ibid. 42. 70.  
*Leander*, Hellesponto tranare solebat, 95. 41. 66.  
*Lemnia saxa*, 143. 62. 63.  
*Lemnos*, seu *Lemnum* insula, Vulcanano, dicat, 143. 62. 63.  
*Leoni* satis est corpora prostravisse, 84. 38. *Leones* Præni, seu Africani maximi sunt, & ferocissimi, 127. 5. 7.  
*Lesbie*, Catulli amica vocabatur *Clodia*, 61. 423. 43.  
*Lesbia* vates vocabatur *Sappho*, quia in *Insula Lesbio* nata erat, 88. 20. 30.  
*Lethe* fluvius apud inferos, ob oblivione sic dictus, quia is, qui ejus aquam gustaverat, mox rerum omnium præteritarum obliviscebatur, 30. 36. 42. *Lethesis* aquis quæ submersa dicantur, ibid.  
*Leucadiam* amavit *Varro*, 62. 439. 69.  
*Leucædium* mare, 148. 76. 2.  
*Leucadius* Deus, hoc est, *Apollo*, à *Leucadia*, Græciæ peninsula, ita dictus, 71. 42. 70.  
*Levana* Dea præerat pueris de terro levandis, 119. 46.  
*Liba* proprie, 105. 17. 20. Offerebatur Diis diebus natalitiis, 135. 12. 21.  
*Liber* idem ac *Bachus*, de quo supra.  
*Liber* apud veteres, qualis, 28. 35. 44.  
*Libri* sunt liberi scriptorum suorum, 6. 107. 41. Amorum, & de Arte amandi fuerunt *Ovidio* causa exsilii, 3. 21. & 43. 61. In illis nihil est contra leges, 51. 243.  
*Libera* toga, quænam, 136. 28. 39.  
*Liberalia*, unde dicta, 136. 29. 39.  
*Limam* ultimam adhibere, est emendare, & perpolire, 28. 30. 39.  
*Limen* offendere, Veteribus erat sinistrum omen, cum domum ingre-

derentur, aut cum domo egrederentur, 17. 55. 78.

*Litteræ* solantur in calamitate, 38.

12. 20.

*Litus* ad mare pertinet, 147. 63.  
*Litus* arare, est operam perdere, 153. 48. 44.

*Livia* *Drusilla*, *Augusti* uxor, post repudiatam *Scriboniam*, 47. 161. 75.

*Libor*, hoc est, invidia, 140. 123.

*Lotos* & *Lothos*, fructus arbusculæ cujusdam, & *Lotophagi*, 170. 31. 36.

*Lucifer*, cum solem antegreditur, dicitur *Phosphorus*, & cum sequitur.

*Hesperus*, 17. 72. 99. Est *Veneris* planeta, 85. 55. 73. Filium habuit *Ceyxem* in *Halcyonem* mutatum, 143. 60. 60.

*Lucretius* Poëta de rerum natura scripsit, 61. 425. 37.

In *Lucio* *Romani* capillum, & barbam non tondebant, 18. 90. 24.

Quid mulieres fecerint, 77. 48. 60.

*Ludere* significat scribere, 135. 1. 2.

*Ludi* sæculares, 41. 25. 31. Etiam nequitie semina præbere possunt, 52. 279. 21. Vernaes apud Romanos, 103. 19.

*Luna* rem habuisse dicitur cum *Emdymione*, 53. 299. 51.

*Lupata*, unde dicta, 127. 4.

*Lupi* duri post frenis, 127. 4.

*Luxor* pharetrati amoris, hoc est, *Ovidius*, 142. 22.

*Lustrum* tempus quinquennale, 132. 33. 43.

*Lybia*, regio *Africæ*, 15. 19. 24.

*Lycaon*, Rex *Arcadiæ*, seu *Parthasiæ*, *Callistonis* pater, 16. 48. 71.

*Lycaonius* axis, hoc est, plaga septentrionalis, 73. 2. 2.

*Lycoris*, à *Cornelio Gallo*, carminibus celebrata, 62. 445. 37.

*Lyeurgus*, *Thraciæ* Rex, bi pennis dictus, 150. 39.

*Lyde*, *Callimachi* amica, 24. 1. 2.

*Lycaus* *Bachus* ita dictus, quia ebriorum membra, vel curas solvit, 59. 401. 97.

*Lyrnessis*, pro *Briseide*, hoc est, *Hippodamia*, *Briseis* filia, sic dicta ab oppido *Lyrnesso*, 110. 15. 19.

Ma-



## M

**Macareus**, Æoli filius, mutuo Canaces sororis suæ amore correptus cum ea concubuit, puerumque ex ea suscepit. Hic re cognita, aufugit, & Apollinis sacerdos factus est, 57. 384. 60.

**Macer**, vide *Emilius Macer*.

**Manetides**, seu Bacchæ eran mulieres, Baccho Orgia celebrantes, 111. 41.

**Maenides**, hoc est, Homerus ita dictus à Mæonia, Asiæ minoris provincia, 4. 47. 73.

**Maenius** vates, id est, Homerus, 4. 47.

**Maenitis** palus in Scythia, 101. 2. **Magistratus** primo adolescentibus dari, 136. 33.

**Magna** mala tempore augentur, parva minuuntur, 145. 11.

Quo quis **major**, eo facilius iram deponit, 84. 31.

**Mala**, quæ Ovidius est passus, tot sunt ut fidem superent, 22. 45. &c.

**Malus**, hoc est, invidus, & malevolus, 3. 29. 48.

**Manes** pro anima à corpore separata, 59. 32. 41.

**Manum** dare, idem est ac opem ferre, 69. 2. 6.

**Manum** summam imponere, 28. 28.

**Manus** victas dare, est se victum fateri, 18. 88.

**Mare** Icarium, 6. 90.

**Mars** ultor, ab ulciscendo ita dictus, 53. 295. 42. rem habuit cum Venere, ibid.

**Martius** mensis, regnante Romulo, fuit principium anni, 102. 1. 2.

**Medea**, irata, quod Jason, se expulsa, Creusam in matrimonium duxit, filios in ultionem patris jugulavit, 58. 387. 67. Ejus currus à draconibus tractus, 90. 3. Cum Jasone fugiens patrem Æetam trucidavit fratrem Absyrtum, ejusque membra frustulati concidit, ac passim per agros disjerit, quæ dum pater collegit, aufugit, 92. 6. 11.

**Medea** plebs, hoc est, mediocris plebs, 6. 88. 21.

**Medicina**, & salutare, & noxias herbas monstrat, 52. 269. &c.

**Medusa**, pro capillis pulcherrimis angues accepit, & Gorgon dicta est, 129. 11. 17.

**Megara**, Herculis uxor, 69. 405. 7.

**Meleager**, Oene Calidoniæ Regis filius, cum mater fatalem ejus stipitem in ignem conjecisset, ille intrus exustis omnibus intestinis misere periiit, 27. 17. 23. & 24.

**Memmius**, Poëta & Orator mordacissimus, 61. 433. 50.

**Menetides**, hoc est, Patroclus, de quo infra.

**Menander**, Græcus Comicus, 57. 369. 37.

**Meretrices** nudæ Floralia celebrabant, 54. 309. 06.

**Merops**, Clymenes maritus, & Phaëtonis pater putativus, 80. 30. 40. 41.

**Mens** etiam loca vetita intrat, immo in cælum ipsum ascendit, 128. 43.

**Mensa** erat apud Romanos rotunda, 62. 454. 84.

**Mesembria** erat Megarensium colonia, 36. 37. 60.

**Mesembriacus** portus, ibid.

**Metamorphoseon** opus è quindecim libris constans, 7. 117. 55. Hoc combussit ipse Ovidius; verum cum pluribus exemplis conscriptum instaret, abolere non potuit, sed imperfectam reliquit, 27. & 28. In hoc opere laudat potissimum Julium Cæsarem, & Augustum, 43. 65. 75.

**Metella** celebrata est sub persona Perillæ, 62. 473. 59.

**Meteora** urbs supra Thyram fluv. sita, 48. 191. 5.

**Miles**, pro calculo, vel latrunculo, 63. 477. 21.

**Milesii** luxuriæ, & deliciis dediti, 60. 413. 21. Horum colonia erat Tomos, vel Tomon, lucus exsiliis Ovidiani; 92. 3. 4. 5.

**Miletis** urbs, quæ, 36. 41. 66.

**Militis** eorum status post finitam militiam, 132. 21.

**Mimi**, 65. 515.

**Minerva**, 34. 1. 2. flava dicta à flava.



flavis capillis, vel gaudis oculis, ibid. E us imago navis, qua Ovidius vehebatur, insigne, & tutela erat, ibid. Illi agna mactabatur. 36. 43. 69. Dicitur pugna, quia belli erat Dea, 92. 7. 14.

*Minium* est rubri coloris, 2. 7.

16. *Minotaurus*, 130. 18. 29.

*Minya*, urbs Thessaliæ, 93. 13.

*Miseris* etiam obsequi tenemur,

160. 33.

*Minumenta*, hoc est, scripta, 60.

419. 29.

*Mordere* dictis, est calumniari, 3.

25. 41.

*Mortuorisolent* suis aliquid mandare, 43. 51.

*Mors* omnia mala tollit, 129.

50.

*Omnia nostra sunt mortalia*, 89.

43.

*Mortuorum* oculos solent propinquiore claudere, 77. 44. 53.

*Mulciber*, Vulcanus ita dictus à mulcendo, quia ignis omnia mulcet, vel domat. Era contra Trojanos, 8. 5. 8.

*Mundus* non est æternus, sed periturus, 61. 426. 39.

*Musa* Telea, hoc est, Anacreontis carmen, 6. 364. 30.

*Musa*, pro carminibus, 40. 3. 3.

Pierides dictæ à Piero, cujus filias Musæ vicerant, vel à Piera, loco circa Heliconem, 73. 3. 3. Licet Ovidio nocuerint, iis tamen vacabat, 87. 9. Levant dolorem, 140.

112.

*Mustum* vocatur calidum, 97. 72.

*Mycenæus*, hoc est, Agamemnon,

Mycenarum rex, 59. 400. 93.

## N

*Nævus*, quid, 172. 14. 17.

*Natalis* o fallit tempus, & tedium morbi, 75. 12. 13. & 14.

*Natalis* celebratio, 105. 13. &c.

*Natandi* artem quidam scripsit,

64. 486.

*Nauplius*, rex Eubææ, pater Palamedis filii sui necem ultus est,

5. 83. 15.

*Naves*, sola aura, & velis tardius

procedunt, velis, & emis celarius, 6. 91.

*Nepunus*, Deus maris, 8. 1. 1.

Ulyssi ratus, vitam ei adimere conatus est, ibid. 9. 21. Fuit Mineræ patruus, ibid. 10. 22. Cum Medusa concubuit in templo Minervæ,

& Pegassum genuit. 130. 17.

*Nerytus* est mons frondosus in

Insula Itaca, quam Ulysses tenuit,

& inde Neritius dictus est, 23. 56.

74.

*Nestor*, Pylus vocatus à Pylo

patria sua, trecentos annos vixisse dicitur, 156. 62. 77.

*Nihil* prodest, quod non lædere

queat idem, 52. 266.

*Nilus*, Egypti fluvius, dicitur

jocosus ob jocos in templo Serapidis Canopi susceptos, 12. 80. 14.

*Niobe*, Tantali filia, soror Pelopis, & Amphioni uxor, lugebat

septem suos filios, ac totidem filias, ob Apolline, & Diana inter-

fectos, 143. 57. Latari non potuit

169. 3.

*Nisus* cum amicum suum Euryalum ab hostibus circumventum &

periculo eripere non posset, maluit se certissimæ morti objicere,

quam illum deserere, 21. 23. 27.

*Nix*, quanta ibi cadat, ubi Ovidius exsulabat, 94. 23. &c.

*Noctis* descriptio, 13. 27. 31.

*Nomen* Romanum, hoc est, imperium Romanum, 47. 156. 70.

*Non*, est idem ac non licet, 81.

55.

*Notus*, hoc est, ventus sævissimus, 9. 15. 30.

*Noxæ* miscet aconita, 159. 16.

*Noyissimus*, pro ultimo, 49. 199.

20.

*Nubis* animi pro tristitia, 14. 13.

16.

*Nubilus*, hoc est, tristis, 3. 40.

63. *Nubila* tempora pro infelicibus

temporibus, 31. 6. 6.

*Nuntii* periphrasis, 104. 43.

*Nurus*, pro castis mulieribus,

51. 244. 80.



## O

*Oculus vitis*, 102. 13.

*Odessum*, vel *Olessus* urbs, Milesiorum colonia, 36. 37. 61.

*Oedipus*, patrem occidit, 7. 114.

50.

*Oenomaus*, Martis, & *Æginæ* filius, quomodo Pelopi filiam suam Hippodamiam in uxorem dederit, 58. 386. 64.

*Oleo* ungebantur athletæ, 103.

21.

*Olympici ludi*, & *Olympia*, 139.

96. 24.

*Omen* sinistrum putabant Veteres, limen offendere, cum domum ingrederentur, aut domo egrederentur, 17. 55. 88.

*Ops cœli*, Vestæ filia, Saturni uxor, turrigera cognominata. Et

*Opalia* ei celebrata, 41. 24. 28. & 29.

*Orbis* ultimus, hoc est, Scythia, ultima Imperii Romani pars, 7. 126. & 127. 63.

*Orestes*, Agamemnonis filius, matrem, & viricum *Ægisthum* occidit, 59. 395. 82. Post interfectam matrem Clytemnestram, furis aggratus est, ib. 22. 26. Ejus fidissimus amicus fuit Pylades, qui pro illo mori voluit, 32. 27. 31. Thoan-tem occidit, 124. 69. *Orestes*, & Pylades, corporibus duo, voluntate, & affectibus unus, hoc est, idem erant, ibid. 72. 3.

*Oriens* ob auroræ colorem purpureum dicitur ipse talis, 9. 27.

51. & 53.

*Orpheus*, Calliopes, & Apollinis filius, citara canendo, sylvas, & saxa post se traxit, ad inferos descendit, ut inde uxorem suam Eurydicen repeteret, 110. 17.

*Olia*, hoc est, studia, 28. 25. & 26. 35.

*Ovidius*, ex nobilissima Nasonum familia ortus erat Poëta insignis, 25. 4. 7. Ad Poësim natus clam patre Poësi operam navavit, 136. 19. &c. Erat Centumvir, & Centumviratum bene gessit, 44. 93. 94. 9. 10. Fuera & triumphus, ibid.

95. 11. Et Eques, 114. 16. Quando floruerit, 137. 54. Primum librum Tristium ubi scripserit, 3. 42. 68. Ob quas causas in exilium missus, 3. 23. 38. Ejus amor erga piam uxorem, 10. 37. 68. Tres uxores duxit, primam anno ætatis suæ circiter decimosexto. Cum duabus prioribus divorcium fecit: cum tertio diu in matrimonio vixit, 138. 69. Horratur eam, ut omnia patienter ferat, 125. 3. Immortalitatem, sive immortale nomen ei promittit, 173. 1. &c. Vitam suam exponit, 127. 19. &c. Vita ejus fuit verecunda, dissimilis libris amatoris, 33. 59. & 60. 19. & 70. Fatetur, peccatum suum errorem, & imprudentiam, non scelus fuisse, 6. 99. 40. Multa è scriptis suis cre-mavit, 137. 62. Innumerabilibus malis pressus est, 22. 45. &c. 60. &c. Qui ex amicis ipsius in officio manserint, 14. 16. 19. Comites ab Augusto adjuncti illi in itinere mortem inferre tentarunt, 146. 30. Ejus pater annum nonagesimum attigit, 138. 77.

## P

*Pædus*, Eridanus dictus, 80. 29. & 240. 13.

*Pæantius*, hoc est, Philoctetes. Pæantis filius, 145. 13. 18.

*Palamedes*, Naupli filius, dolo Ulyssis miserè periit, 5. 83. 15. & 8. 9. 19.

*Palatini Dii*, 5. 71. 99.

*Palatium*, quid, 5. 69. 97. & 70. 31. & 2.

*Palinurus*, gubernator navis Æneæ, somno oppressus in mare decidit, 156. 7. 7.

*Palladium*, ubi servatum, 70. 29. 48.

*Pallas*, & Minerva dicta, Nep-tuni neptis ex Jovis cerebro sine matre creata, 2. 10. 22. & 116. 13. 17. Est Dea prudentiæ, & vocatur bellatrix Diva, 24. 76. 99. Ejus templum fuit in palatio, 70. 29. 48. Fuit invita à Jove, Vulcanus desponsata, 53. 293. 40. Ar-migerat, & armifera vocatur, 135. 13.



13. Adversabatur Trojanis, 8. 4.  
1. & 13. Adfuit semper Ulyssi,  
ibid. 9. 19. Cur Erichonium sus-  
tulit, 53. 294. 41.

*Pallas*, pro oleo, quod invenit,  
125. 4. 5.

*Palma*, pro victoria, 65. 505.  
65.

*Palus* Mæotis, 101. 2.

*Pandini* Delphines, 96. 43. 68.

*Pannonia* regio ad Istrum, ab  
Augusto Cæsare domita, hodie  
Slavonia dicitur, 50. 225. 53.

*Papyrifera* amnis, pro Nilo, 95.  
27. 43.

*Parca* sunt tres filiae Erebi, &  
noctis, scil. Clotho, Lachesis, &  
Atropos, imperium habentes in  
vitam hominum. Nunt fata, 149.  
14. 19.

*Paris* Helenam rapuit, 18. 76. 6.

*Parthasia*, hoc est, Arcadia, 16.

*Parthasia* Arctos, hoc est, Ursa  
minor, ibid. 72.

*Parrasia*, virgo hoc est, Callis-  
to, 48. 190. 1. 48.

*Parthi*, Asiae populi Romanis  
infensissima, 42. 43. 50.

*Parthus* eques, 50. 228.

*Pasiphae*, Minois uxor, Mino.  
taurum peperit, 130. 17.

*Pasibus* ambiguis fortuna volu-  
bilis errat, 162. 15.

*Pater* Patriæ dicebatur Augustus  
Cæsar, 48. 181.

*Pater* Ovidii volebat ipsum fieri  
poetam, 136. 19. &c. Ad annum  
poetæ nonagesimum pervenit, 138.

77.

*Patroclus*, Actoris nepos, Mæ-  
neti filius, & Steneles, Achilles fi-  
dissimus amicus, 152. 25. 23. In-  
ductus armis Achilles Hectori resis-  
tebat, à quo occisus, & tamen  
laudatus est, 32. 29. 34.

*Pecus* proprie, 112. 79. 88.

*Pegasus* equus alatus, natus ex  
sanguine Medusæ, cum ad Parnas-  
sum montem pervenisset, pede fo-  
diens effecit Hippocrenem, 88. 15.

21. Neptunum habuit patrem, &  
matrem Medusam, 129. 11. 17.

*Pegasides* undæ pro fonte Hippo-  
crene, 88. 15. 21.

*Pelias*, filius Neptuni ex Tyro

Salmonei Regis filia, qui Jasonem  
ad Colchicam expeditionem misit,  
156. 55. Ejus gener Admetus, 60.  
403. 1.

In *Pelignis*, quarta regione Italiae,  
quorum caput Sulmo, Ovidii pa-  
tria, qui populi fuerunt, 131. 10.

14. & 135. 3. 5.

*Pellex* est meretrix, cum alte-  
rius femine marito rem habens, 53.  
292. 38.

*Pelops*, Tantali filius, unde ebur-  
neum brachium habuerit, & quo-  
modo Oenomaum cursu equorum  
vicerit. ac Hippodamiam sponsam  
acceperit, 57. 385. 389. 62. &c.

*Pelopeia* virgo, hoc est, Iphige-  
nia, Agamemnonis filia pronepris  
Pelopis, 124. 97. 96.

*Penates*. & Lares etiam privato-  
rum domibus præesse credebant-  
ur, 16. 43. 61. Sumuntur pro pa-  
tria, 24. 81. 5.

*Penelope*, Ulyssis uxor, mulier  
castissima, 155. 52. 66.

*Penetrare* quid, 54. 305. 59.

*Pensa*, unde dicta, 109. 13. 15.

*Pentametrum* consta quinque pe-  
dibus, 69. 11. 17.

*Pentheus*, filius Echionis ex Aga-  
ve conjuge, filia Cadmi, à matre,  
& sorore occisus, 150. 40. 63.

*Perilla*, Ovidii filia, maritum  
suum in Africam secuta erat, 15.

19. 23. Bis peperit, & duos ha-  
buit maritos, 138. 74. 69. Sub Pe-  
rillæ persona laudata fuit Metella,  
62. 437. 59.

*Perillus* Phalaridi bovem æneum  
fabricavit, cui, qui includebatur,  
cum torreretur, lamentationibus  
mugitum referebat. Ast Perillus  
primus, præmii loco, bovi isti  
inclusus, experimentum artis suæ  
dedit, 100. 40. &c. &c. *Æs Peri-  
llaum*, hoc est, hos æneus à Peri-  
llo fabricatus, 143. 53. 52.

*Perseus*, acceptis à Mercurio ta-  
laribus, Pegaso, & alis vehebatur,  
90. 6. &c.

*Persis* vel *Persia*, regio Orienta-  
lis, à rege Perse, vel Perseo, Me-  
dæ filio, ita dicta, 149. 23. 35.

*Phædra*, Minois, Cretensium re-  
gis, filia, Theset uxore, noverca  
Hippolyti, fuit crudelis, & causa  
mor-



mortis ejus, 57. 383. 56 &c.

*Phaethon*, si viveret, non aude-  
ret iterum patris sui solis currum  
ascendere, 5. 79. & 80. Si Mero-  
pis filius videri voluisset, non pe-  
riisset fulmine à Jove ictus, 80. 29.  
Ejus incendium fedarit Jupiter ful-  
mine, 120. 65. 99. Non fuit à suis  
inficiandus, quia à Jove fulmine  
percutus fuit, ibid. 66.

*Phalaris*, crud. dissimulus Agrigen-  
tinorum Tyrannus, æneum ha-  
buit Taurum, cui damnati in-  
clusi, cum lento igne torrerentur,  
bovis mugitum edebant, quo-  
rum primus fuit Perillus, qui hoc  
inventi sui præmium tulit, 100.  
40. &c. Flere permisit in illo tau-  
ro, 143. 53.

*Phaetrali* Sarmatæ, 140. 110.

*Phaetralis* amor, hoc est, cupi-  
do, 142. 22. 28.

*Phasiæ*, seu Colchicæ undæ, à  
Phasi, Colchorum fluvio ita dictæ,  
62. 430. 61.

*Philoctetes*, Præantis filius, 143.  
61. Pæne toris decem annis aluit  
vulnus ab angue datum, 145. 13. &c.

*Philomela*, Pandionis, Athenien-  
sium regis, filia, à sororis suæ ma-  
rito Tereo compressa, Postea in  
lusciniæ mutata est, 58. 390. 74.

*Phæbus*, Pylades ex Phocide re-  
gione, filius Strophii, 124. 71. 3.

*Phæbos*, Apollinis vates, 123. 41.  
Pro Cassandra, Priami, regis Tro-  
janorum, filia, 59. 400. 94.

*Phæbo*, seu Apollini, & Minervæ,  
vel Dianæ ludi sæculares facti, 41.  
25. 30. 31. *Phæbi* ars, pro arte me-  
dendi, cujus inventor Phæbus cre-  
ditur, 120. 78. 20.

*Phænices* Sinodii dicti 117. 2. 3.

*Phosphorus* dicitur Lucifer, cum  
solem antegreditur, Hesperus, cum  
eum sequitur, 17. 78. 99.

*Phryxus*, Athamantis, & Nephe-  
les filius, una cum sorore Helle  
novercæ Inus insidias metuens,  
conscenso aurei velleris ariete pon-  
tum transfretare: cœpit: sed Helle  
undarum strepitu in pontum deci-  
dit, & submersa est: Phryxus ve-  
ro incolunus in Colchon ad Ætam  
regem pervenit, 102. 3. 5.

*Phylaccia* uxor, hoc est, Laoda-

nia. Acesti filia, Protesilai uxor,  
sic dicta à Phylace, Thessaliæ ur-  
be, 25. 20. 31.

*Pierides*, Amarillidis amores ce-  
cinit Virgilius Maro juvenis ad-  
modum in Bucolicis. 66. 537.

7. *Pierides* Musæ, unde ita dictæ,  
73. 3. 3.

*Pilarum* genera, & qui pilarum  
lusus docuerunt, 64. 485. 35.

*Pinea* texta, pro tabulis è pinu,  
quibus compacta erat navis, vel  
navis è trabibus pineis facta, 19.  
111. 46.

*Pirithous*, Ixionis filius, & The-  
sei amantissimus, 21. 19. 23. Fin-  
gitur cum Theseo ad rapiendam  
Proserpinam inferos adisse, ibid.

20. 24.

*Pisa*, civitas Arcadiæ, 58. 386.  
65. Item urbs in Elide, juxta quam  
coronabantur victores ludorum O-  
lympicorum, 139. 95. 23.

*Pisæa* Oliva, qua apud Pisas co-  
ronabantur victores in Olympico  
certamine, 139. 95. 23.

*Pisces* ultimum signum Zodiaci,  
129. 2. 3.

*Plaustrum* cœleste, 16. 48. 69.  
*Pleades* septem stellæ, quæ fuis-  
se dicuntur filiæ Pleiones, & At-  
lantis, vocantur alias Vergiliæ,  
quia in vere oriuntur, 38. 14. 22.

*Pleuritis*, 172. 5. 7.

*Plumbum* denotat homines pru-  
dentes, 79. 11. 16.

*Pluto* indoluit, quod Theseus  
amico suo Pirithoo comes fuerit  
ad manes, cum suam uxorem ra-  
pere velent, 32. 29. 38. &c.

*Podalirius*, Æsculapii filius, sic  
dictus à pedum magnitudine, ob  
insignem in Medicina peritiam è  
Creta insulâ una cum fratre Ma-  
chaone ad bellum Trojanum evo-  
catus est, 157. 11. 12.

*Pæam*, pater Philoctetis, Pæan-  
tius dicti. Vide Philoctetes.

*Poesis* non est ars severa, 33. 57.  
& 58. 68. Facit homines stûpidos,  
ut non sentiant occurrence, 160.  
39. Nullam affert utilitatem, vel  
lucrum 136. 21. Ægritudinem le-  
nit, 110. 19. 25.

*Pætas* sunt Apollinis, atque Mu-  
sa-



sarum sacerdotes, & ministri, dicuntur sacri, 79. 4. 5. Solebant scripta, quæ edere volebant, convocatis sodalibus, recitare, eorumque iudicium exquirere, 112. 89.

*Pollux* cum fratre suo *Castore* vitam partitus est, 126. 30. 32.

*Polus* mundi, sive axis, 10. 46.

76. Occultus quis, 139. 108. 38.

*Polynices*. Hujus cadaver cum rogo *Eteoclis* imponeretur, flamma, seu funis in duas partes dividebatur, 54. 319. 76. & 155. 35. 46.

*Ponticus*, & *Bassus Poëta*, quales, 137. 47. 60.

*Pontus* fuit terra exsilii *Ovidiani*, 12. 83.

*Pontus*, seu mare *Ponticum*, 9. 21. 43. Alluit *Getas*, 53. 14. 19.

*Porticus*, 53. 286.

*Portus*, rex *Indiæ*, ab *Alexandro* captivus obductus, postea dimissus, & ampliori regno donatus est, 84. 39. 51. & 52.

*Potentes*, quamvis possint plurimum prodesse, sæpe non prosunt, sed potius nocent, 79. 7.

*Præconium*, pro criminatione, 134. 16. 26.

*Præconsumptum*, quid, 128. 30. 40.

*Præcordia*, hoc est, involucri cordis, 30. 41. 48.

*Præmia* decem sunt decem *Olympiades*, hoc est, anni quinquaginta, 139. 96. 24.

*Præpostera*, hoc est, contraria, & inversa, 29. 5. 8.

*Prætexta* toga est vestis consularis, & sumitur pro veste honoratore, 157. 31. 34.

*Prætor*, 65. 508. 68.

*Præcantes* mulieres habebant capillos circa caput sparsos, 16. 43. 62.

*Priamus*, *Laomedontis* filius, *Trojanorum* rex ultimus, 18. 75. 3. *Hæc*tor circa muros rapto doluit, & lacrymas emisit, 118. 30. 43. &c. Bello *Trojano* quinquaginta liberos amisit, 169. 7.

*Priapus*, vir ex urbe *Lampsaco*, *Deus* hortorum, 35. 26. 44.

*Princeps* omnes alios antecedit,

107. 20. Est res publica, 121. 15.

*Progne*, *Pandionis*, *Atheniensium* regis, filia, uxor *Terei*, *Thracum* regis, filium *Ictyn* occidit, & patri comedendum apposuit, propter sororem *Philomelam* ab illo violatam, & tandem in hirundinem mutata est, 58. 390. 74.

*Propertius*, *Elegiarum Poëta*, 63. 465. 98. Amores suos carmine decantavit, 137. 45.

*Propontis*, 36. 29. Ejus longitudo, & latitudo, 103. 41. 64.

*Protesilaus*, 156. 57. 73.

*Protrahere*, 82. 72. 92.

*Psilla*, & *Harpina* equi, quos *Pelops* à *Phrygia* veniens secum duxit, 58. 386. 65.

*Pumex*, eo libri poliri solebant, 2. 11. 24. & 70. 13. 22.

*Purpura* apud *Tyrios*, & *Sidonios* præstantissima tingebatur, 114. 27. 37.

*Pyllades*, *Phoci* filius, cum *Oreste*, *Agamemnonis* filio, post matrem *Clytemnestram* interfectam furis agitato, cum vitæ periculo ad *Colchos* profectus est, 21. 24. 25. Pro *Oreste* mortem obire non recusavit, 32. 27. 31.

*Pyrrhus*, *Achillis* filius ab *Oreste* occisus, 60. 399. 92. Ejus patris *Deidamia*, 60. 405. 6.

*Pythagoras*, ejus migratio animarum, 78. 62. 99.

## Q

*Quadrupedes* homines sunt *Centauri*, 130. 15. 21.

*Querna* corona, *Palatii* foribus præfixa, 71. 36. 63.

*Quinquatria*, *Minervæ* sacra, 135. 13. 24.

*Quirinus* est *Romulus*, de quo infra.

*Quirites* sunt *Romani*, 67. 569. 47.



## R

**R** *Receptus*, & canere receptui  
134. 31.

*Rector*, hoc est, navis magister,  
seu gubernator, 9. 31. 62.

*Relegatio* differt ab exsilio, 46.  
137.

*Remus*, Iliæ filius, à fratre suo  
Romulo interfectus est, quia mœ-  
nia novæ urbis transiit, 117. 7.  
& 8. 14.

*Res* pro causa, 3. 37. 59.

*Reum* agere, est reum accusa-  
re, 3. 24. 39.

*Reus* Anyti est Socrates, 169. 12.  
12.

*Rhetia*, & Thracia, quales pro-  
vinciæ, 50. 226. 55. & 56.

*Rhamnusia*, indignationis, &  
vindictæ Dea, à pago Rhamnu-  
te, ubi templum habuit, sic dic-  
ta, 168. 9. 12.

*Rhetorica* alii utuntur, alii abu-  
cuntur, 52. 273. 15.

*Rigida*, hoc est, severa, & ho-  
nèsta matrona, 51. 251. 89.

*Rogus* est strues lignorum ad  
cremenda corpora, 19. 98. 33.

*Roma*, solâ urbs dicta, reliquæ  
civitates oppida, 1. 3. 4. Conditâ  
est à Romulo in monte Palatino,  
70. 32. 53. &c. In septem monti-  
bus sita, 15. 33. 46. Dicitur Mar-  
tia à Romulo, Martis filio, 89.

52. 72.

*Romani* Quirites appellantur, 67.  
569. 47. exteros vocant barbaros,

49. 206. 29.

*Romulus*, Quirinus dictus, 28.  
37. 43. Habitavit in monte Pala-  
tino, 70. 32. 53.

*Rudis*, qualis virga, & rude do-  
nati, quid, 132. 24. 34.

## S

**S** *Acerdotes*, ita Poëtæ quandoque  
vocantur, 73. 4. 5. Iis solis in  
adyta intrare licebat, 54. 305. 59.

*Same* est insula maris Ægei, 23.  
67. 88. Oppidum ejusdem nomi-  
nis in illa insula, ibidem.

*Samius* senex, hoc est, Pytha-  
goras, quia Samos ipsi fuit patria,  
78. 62. 79.

*Samothea* erat insula in mari  
Ægeo circa Thraciam, 35. 20. 31.

*Sapho* Poetria ex insula Lesbo,  
composuit libros lyricos, epigram-  
mata, jambos, & elegias, invenit  
carmen Sapphicum, ab ipsa deno-  
minatum, ejusque poemata erant  
lasciva, 56. 365. 31. Dicitur Lesbia  
ab insula Lesbo, ib. & 142. 20.

*Sarmatæ* dicuntur, & *Sauromatæ*,  
suntque populi Scythiæ septentrio-  
nalis, 49. 198. 18. Pera gens, 94. 5.

*Saturalia*, 64. 391. 47.

*Saturnia* dicitur Juno, quia Sa-  
turni filia fuit, 8. 7. 16.

*Saturnus*, Cœli, & Vestræ filius,  
qui Opem sororem matrimonio si-  
bi junxit, & patri Cœlo virilia ex-  
secuit, ex quibus in mare abjectis,  
spumaque agitata, nata est Venus.  
Hic postea diu in Latio latuit, dum  
Jovem fugeret, 116. 69.

*Satyri*, Bacchi comites, & qua-  
les, 150. 37. 58.

*Sauromatæ* idem ac Sarmatæ, de  
quibus supra.

*Sauromates* Bubulcus, 103. 30.

*Scena*, hoc est, theatrum, 33.  
48. 53.

*Schenobœa*, 59. 398. 90.

*Schœnia* virgo est Atalanta, Schœ-  
nei regis Scythi insulæ filia, 59. 399.  
92.

*Scriptor* dicitur pater scripti sui.  
6. 107. 41.

*Scylla*, Nisi, regis Megarensium,  
filia, capta amore Minois paterni  
hostis, patrem spoliavit purpureo  
crine, in quo situm erat regni fa-  
tum; verum à Minoe spreta, do-  
loris impatientia in Circum avem  
mutata est, 58. 393. 79.

*Scyllæ*, Phœci filia, fabula, 130.  
*Scythiæ* perpetuo infestabant lo-  
cum exsili Ovidiani, 3. 43. 70. &  
74. 25. 32.

*Scythia* est regio septentrionalis  
latissima, ejus pars quædam Mos-  
covia, Tartariaque hodie dicta est,  
17. 61. 85. Est ultima regio Impe-  
rii Romani, 24. 81. 5.

St.



*Securus famæ*, qui est sine cura parandæ laudis, & contemptor nominis, & celebritatis, 4. 49. 76.

*Semele*, Bacchi mater, 59. 401. 97. Parenti suo Cadmo fuit aliena facta, quod igne cœlesti perierit, 120. 67.

*Senectus*, quæ pulchritudinem deformat, ita venit ut non sentiat, 132. 34.

*Sepeliri* in propria terra est ali- quid, 10. 53. 80.

*Septem* reges Thebas oppug- nant, quorum quisque ex septem istius urbis portis unam sibi op- pugnamdam sumpsit, 54. 329. 77. & 78.

*Servi* in bello capti sacrificati, 115. 36. 46.

*Serius* Sulpitius lasciva carmi- na scripsit, 62. 441. 64.

*Sestos*, urbs in litore Thraciæ in Europa, 36. 28. 48.

*Sicca* genæ dicuntur, cum nul- læ profluunt lacrymæ, 3. 28. 47.

*Sicilia* dicitur Trinacria à tribus promontoriis, 172. 21. 26.

*Sidonium* ostium pro purpura, 114. 27. 37.

*Simulacra* proprie sunt mortuo- rum imagines, 99. 30. 38.

*Singultus* sonus, 83. 16. 23.

*Sisenna* transtulit lascivos, & impudicissimos Aristæ libellos, 62. 433. 68.

*Situs*, pro ignavia, 168. 2. 2.

*Socrate*, criminis accusatus, & à iudicibus condemnatus, maxima fuit sapientia, fortitudine, & pa- tientia, 169. 12. 12. Fuit ab Apol- line sapiens vocatus, ib. 15. 14. & 15.

*Sol*, ne aspectu epularum pollue- retur, cum Atreus fratri suo libe- ros epulandos apposuisset, aufu- git, 58. 391. 75. 76. 77. Sole laten- te, aut nubibus presso, fugit um- bra, 31. 11.

*Solstitium* quid, 165. 7. 6.

*Solus*, pro deserto, & ignoto, 31. 6. 7.

*Sphinx*, qualis, 130. 17. 25.

*Stamina* Parcarum, 149. 15. & 16.

*Statio* proprie quid, 54. 810. 67.

*Sterope* erat una è septem Ple-

jadibus, 38. 14. 22.

*Stringere* est vulnerare, 157. 21. 19.

*Strymon*, nivosus fluvius in con- finio Thraciæ, 149. 22. 33.

*Studia*, quam sint utilia, 33. 45.

*Stygius* forum, 139. 88. 16. Ad *Stygius* undas mitti, est interire, 11. 65. 94.

*Subire* est in mentem venire, & in promptum habere, 113. 100. 9.

*Subscribere* est assentiri, 8. 3.

*Sulmo*, Ovidii patria, 135. 3. 5.

*Suspirare* est gemere, 3. 27. 45.

*Sybaritida*, Opus Hemitheonis, plenum Sybaritanæ lasciviæ. Fuit autem Sybaris oppidum Calabriæ, inter Crathim, & Sabarim, flu- vios, 60. 417. 25.

*Symplegades*, & *Cyanæ* dictæ sunt duæ insulæ, vel potius sco- puli, 37. 47. 75.

## T

*Tæda* fax in nuptis præferri soli- ta pro conjugio, 125. 4. 6.

*Talorum* lus, 63. 473.

*Tanais*, fluvius Scythiæ, Asiam ab Europa dividens, 49. 198. 18.

*Tantalides* est Pelops, Tantali fi- lius, 57. 385. 64.

*Tantalus* Pelopem filium suum epulandum apposuit, 58. 386. 66.

*Tartara* tangere est inum fun- dum tangere, quia tartara omnium sunt ima, 9. 20. 40.

*Tartareus* Deus, hoc est, Pluto, 32. 32. 39.

*Taurica* dira, 123. 63. 87.

*Teia* Musa, pro carmine Ana- creontis, cujus patria fuit Teos oppidum Ioniæ, unde Tejus dicitur, 56. 364. 30.

*Telegon*, seu *Telegonis*, Ulyssis ex Circe filius, patrem suum igno- tum interfecit, 7. 114. 50.

*Telephus*, ab Achille hasta vul- neratus, eadem sanatus fuit, 6. 100. 34.

*Tempestatis* descriptio, 8. & seq.

*Templa* etiam materiam peccan- di præbent, 53. 287. 30. & 31.

Na

Tem



*Templum Junonis* fuit in Capitolio junctum templo Jovis, 53.  
290. 36.

*Templum Martis ultoris*, 53. 295.

42. *Tempus*, quid, 165. 5. &c. Omnia mollit, 127. 1.

*Terentius* conviva non fuit, quia in Andria sua describit convivium à quibusdam adolescentibus celebratum, 56. 359. 24. Quatuor fabulas à Menandro factas transtulit, 57. 369. 36. & 37.

*Tereus* rex in avem mutatus, 58.

889. 73.

*Tergeminus* homo est Geryon,

130. 16. 23.

*Tergeminus* canis est Cerberus,

130. 16. 24.

*Tertia* numina, pro cælo, Iliaria numina sunt, qui universum mundum inter se dividerunt, nempe Jupiter, Neptunus, & Pluto, 42. 53. 61.

*Tessera*, 63. 475. 27.

*Testis*, quando fidem mereatur, 95. 36. &c.

*Tethri* fidem, ac Trojani, 8. 6.

12.

*Teuthrantia* regna, id est, Mysiae regna, quæ rex Teuthrantes tenuit, 41. 19. 24.

*Thalia*, una Musarum, pro carmine, 137. 56. 77. & 164. 31. 37.

*Theatra* non sunt tollenda propter abusum, 52. 280. 23.

*Theatrum* Marcelli, aut Corneli Balbi, 72. 69. 7.

*Thebe*, urbs Bæotiae, 54. 319. 77. Heptaphylæ, seu septem portas habentes, 54. 320. 77. A Capaneo obsessæ, & à Jove liberatæ, 119. 63. 94. & 150. 29. &c.

*Thebana*, hoc est, Andromache, 119. 29. 42.

*Thebana* soror est Antigone, Oedipodis, Thebarum regis filia, 78. 67. 90.

*Theseus*: ejus amor, & fides in Pirithoum tanta fuerunt, ut cum eo inferos adierit, 11. 66. 93. Fides illa erga amicum etiam ab ipso Plurone laudata, cujus uxorem rapturi venerant, 21. 31. 38. & 39.

Pro Thesei Tragædia, 60. 403. 2. *Thessalia*, 38. 30. 50. & 110. 16. 30.

*Thessalus* axis, hoc est, currus Achillis, 118. 30. 44.

*Thestias*, sive Althea Thestii filia, 27. 19. 25.

*Thoas*, rex Tauricæ regionis, fidem Orestis, & Pylades tantopere probavit, ut utrumque incolumem abire permiserit, 32. 27. 31. &c. Ad hunc delata est Iphigenia, Agamemnonis filia, & ab eo Dianæ Tauricæ sacris præfecta. Eum postea occidit Orestes à Sorore Iphigenia adjutus, cum illum Thoas Dianæ aræ destinasset, 124. 80. &c.

*Thiaces* sunt septentrionales populi Germaniæ, ad Pontum Euxinum habitantes, 50. 226. 56.

*Thracia* est regio Europæ sita ad lævam Ponti, 39. 32. 45.

*Thyestes*, Pelopis ex Hippodamia filius, proprios filios sibi à fratre Atreo, cujus uxorem constupraverat, epulandis appositos comedit, 58. 391. 75.

*Thynntas* oppidum erat ad sinistram Ponti inter Apollonium, & Cyaneas. Inde Sinus Thynniaci, 36. 35. 56.

*Thyrsus*, hasta pampinis circumvestita, quam Bacchi sacerdotes in sacris ejus gestabant, 111. 43. 50.

*Tiberius* fuit ab Augusto Cæsare in filium adoptatus, 47. 165. 78.

Ad tibiam solebant majores funera efferre, 143. 48.

*Tibullus* Poëta, 62. 447. Eodem anno natus erat, quo Tiberius, 135. 6.

*Ticidius* Poëta scripsit elegias de Perilla, quam amavit, 61. 433. 49.

*Tinctile* virus, 97. 64. 94.

*Tiphys*, primæ navis, Argo dicta, gubernator, & Jasonis, arque Argonautarum socius, 120. 77. 16.

*Tisiphone*, Furiarum una, pro invidia sumpta, 133. 5. 12. Inde *Tisphonæa* tempora, ibid.

*Titulus* fiebat elegantie gratia rubrica, hoc est, cinnabari, vel minio, 2. 7. 16. Pro fama, & lau-



laude sumptus, 4. 53. 80.

*Toga virilis*, liberior, 136. 28. 39.

*Tomos*, urbs Ponti in Getico litore, ubi Ovidius exsulem egit, 74. 18. 24. Inde *Tomita*, & *Tomitana* urbis illius incolæ, ib. & 74. 25. 32.

*Tonitru* sinistrum cur felix existimatum, 33. 49. 56.

*Torus* vetitus, 56. 346. 6. & 7.

*Tragædie*, gravitate styli superat omne genus scripti, 57. 381. 54.

*Triceps* canis est Cerberus, 130. 16. 23.

*Trinacria* vocatur Sicilia, ob tria promontoria, 172. 22. 26.

*Triptæmus*, Clei Eleusium regis filius, primus dicitur in Græcia agriculturæ rationem, & fruges invenisse, 90. 1. 1.

*Tristitia* maculat animi lucem, & oris hilaritatem, 14. 13. 16.

*Tristium* Libri, unde ita Ovidio dicti, 1. Primus liber Tristium in itinere scriptus fuisse creditur, 3. 41. &c.

*Triumphalis* currus trahebatur equis coronatis, 48. 178. 88. & 114. 22. 30.

*Triumphantes* laureati, seu lauro coronati, urbem ingredi solebant, 47. 172. 83.

*Trochus*, & *Trochorum* ludus, 64. 486. 38.

*Troja* equo ligneo fuit capta, 18. 76. 6. Argolicis armis concidit, 54. 317. 73.

*Tumuli* floribus conspersi, 78. 32. 12.

*Tunica*, qualis vestis, 136. 28.

*Turbo*, 9. 25. 49.

*Turpius* ejicitur, quam non admittitur hospes, 157. 13.

*Turrigera* dicitur Ops, & quare, 41. 24. 28. & 29.

*Tyndarida* sunt Castor, & Pollux, nepotes Tyndari. Vid. *Castor*.

## V & U

*Vacca* Minervæ immolata, 36. 43. 69.

*Vaccinia*, quid, 1. 5. 13.

*Varro* Leucadiam amavit, 62. 439. 60.

*Vena*, unde dicta, 107. 34. 44.

*Venti* septentrionales, cur sicciore, quam meridionales, 9. 29. 57. Venti cardinales, seu principes sunt quatuor, & qui, 9. 27. &c. In ventos abire quid significet, 30. 35. 41. Venti dicuntur alati, 96. 45. 71.

*Venturus*, pro eventuro, 33. 41. 46.

*Venus*, unde originem ducat, 57. 277. 51. Dicitur nata ex spuma maris, 66. 528. 93. Veneris Genitricis templum junctum erat ædi Martis, 53. 296. 44. Veneris planeta mane dicitur Lucifer, seu Phosphorus, & indicat mox oriturum solem. vesperi vocatur Hesperus, 17. 72. 79. & 85. 56. 75.

*Verec* dare quid significet, 122. 34.

*Vereis* descriptio, 102. 5. &c.

*Vernare* idem ac lætari, & cantu lascivire, 102. 8. 12.

*Vesta*, ejus templum in Palatio, in qua Palladium servabatur, 70. 29. 48.

*Vestales* Virgenes, Vestæ sacra curantes, castissimas esse decet, 54. 311. 68. & 114. 12. 22.

*Veteres* sine auspiciis nihil incipiebant, 47. 173. 85.

*Victoria* Dea, 47. 168. 81. Ejus signum erat laurus, triumphantibus dari solita, ibid. 172. 83.

*Vinum* reficit vires, 76. 22. 26. Ejus natura in Ponto, 95. 23. &c.

*Viola* purpurei coloris, 25. 13.

*Virga*, hoc est, fasces, & securæ, signa imperii sæcularis: vel virga lictoris, qua obvios è via removebat, 158. 33. 36.

*Virgilius* scripsit Bucolica, & in iis Phillidis, atque Amarillidis amores, 66. 537. 539. 7. 8. 9. 10. 15. Item, libros Æneidos, ibid. 533. 99. Ejusdem temporis, 136. 11.

*Virgo* male vecta est Helle, quæ non pervecta est trans Hellespontum, sed fluctibus hausta periit, 35. 15. 23.

*Virtus* in tristi materia magis elucescit, 120. 73.

*Ulmus* addebatur vitibus, ne jace-



cerent prone, & quid ea denota-  
rit, 46. 143. 59.

*Ulysses*, Neritius dictus à monte  
Nerito, in insula Ithaca, quam  
tenuit, & erravit decem annos  
post captam Trojam, 23. 57. &c.  
74. &c. Multa adversa passus est,  
149. 25. Non tamen tot mala quam  
Ovidius, 100. 60. &c. & maxima  
pars laborum ejus est ficta, 24. 79.  
Uxoris suæ Penelopes natalem  
celebravit inter errores suos, 153.  
3. 5. &c.

*Umbra*, quid, 78. 63. 83. Comes  
est euntibus per radios solares,  
31. 11. Tenuis rogos effugit, hoc  
est, anima hominis est incorpo-  
rea, & immortalis, 139. 86.

*Unguentum*, quo Athletæ uncti  
sunt, 103. 21. 33.

*Volumen*, unde dictum, 28. 35.

44.  
*Votum*, quomodo cippis mortui  
inscriptum, 78. 76. 4.

*Urbs* pro Roma, 1. 1. 4.

*Urbs* Quirini pro Roma, à Qui-  
rino, hoc est, Romulo condita,  
30. 39. 43.

*Uris* etiam frigus, 79. 8. 9.

*Ursæ* major, & minor, 16. 48.

72. 117. 1.

*Ursa* Erymanthydis ab Eryman-  
tho, Arcadiæ monte, ita dicta,  
19. 103. 39. & 81. 47. 67.

*Ursa* Mænalis à Mænalo Arca-  
diæ monte, 98. 8. 10.

*Vulcanus*, ignis Deus, à mulcen-  
do dictus Mulciber, erat contra  
Trojanos, 8. 5. 8.

*Vulgus* sequitur fortunam, 31.

13. 15.

*Vulnera* occlusa tractando reno-  
vantur, 113. 41.

*Uxor* Ovidii volebat illi comes  
esse exsilii, 10. 41. 71. Ejus pie-  
tas erga maritum suum, 15. 17. Il-  
lius natalem celebrat Ovidius, 155.  
&c. immortalitatem ei promittit,  
133. 1. &c.

## Z

*Zancle*, urbs Siciliæ proxima, &  
Zancle Charybdis, seu saxum  
in freto Siculo, 148. 73. 95.

*Zephyrus* ventus, 9. 28. 54. &  
101. 1. 1.

*Zerinthia*, hoc est, Thracia, ubi  
*Zerinthus* urbs, 35. 29. 30.



P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM EX PONTO

LIBRI IV.

*ET ejusdem IBIS:*

Cum Notis ad modum

JOHANNIS MIN-ELLII.

Accessit Index locupletissimus rerum, ac verborum.

Opera, & studio

*D. Enrici Crucis Herrera, Philosophiæ, ac Sacræ Theologiae in Archigymnasio Ovetensi olim Auditoris, nunc Professoris Humaniorum litterarum.*

JUXTA OPTIMAS EDITIONES.



MATRITI.

---

In Typographia Regia, vulgo de la GAZETA.

---

ANNO M. DCC. XC.

---

Sumptibus Regiæ Societatis Typographorum, & Bibliopolarum.





Ayuntamiento de Madrid

*[Handwritten signature]*



P. OVIDII NASONIS  
EPISTOLARUM  
EX P O N T O  
LIBER PRIMUS.  
EPISTOLA I.  
BRUTO.

ARGUMENTUM.

*Ad Brutum Romanum scribens Ovidius à Tomitana urbe, & Pontica regione, ubi exsulabat, à qua opus de Ponto appellavit, primo rogat, ut librum suum excipiat: deinde, quid in eo contineatur, exponit.*

Aso<sup>3</sup> Tomitanae jam<sup>4</sup> non novus incola  
terrae  
N Hoc tibi<sup>5</sup> de Getico litore mitit<sup>6</sup> opus.  
Si<sup>7</sup> vacat, hospitio<sup>8</sup> peregrinos, Brute,  
libellos

Excipe; dumque aliquo, quolibet adde loco.

Publica non audent inter<sup>10</sup> monumenta venire,

<sup>11</sup> Ne suus hoc illis clausurit auctor iter.

Ah quoties dixi: Certè nil<sup>12</sup> turpe docetis!

<sup>1</sup> Elegia I. <sup>2</sup> *Bruto* forsan melius ex Codd. optimis, quam *ad Brutum*, vulgo. <sup>3</sup> *Tomi* urbs in Pontico litore Thraciae, seu in litore Euxini Ponti sita fuit. Inde *Tomitana*, & hoc lib. *Tomitana terra*. <sup>4</sup> Id est, vetus, quantum enim prope annum jam in Ponto agebat. Vide infr. el. 8. & Trist. IV. 1. 85. <sup>5</sup> Geticum litus est maris Euxini litus, quod acco- lunt Getæ. <sup>6</sup> Hos libros. <sup>7</sup> Otium tibi est. <sup>8</sup> Peregrinos di-

cit, quia ex peregrina terra, & longinqua mittebat. <sup>9</sup> Dummo- do reponas quodam loco, pone eo quo libet. <sup>10</sup> Librorum monimenta publica, in bibliothecis reposita. <sup>11</sup> Verentes, ne forte ego Ovidius iter ipsis hoc ad publica monimenta se prodeundi in publicum clausurim præceptis meis amatoris, quæ dedi. <sup>12</sup> Trist. I. 1. 17.

... non sunt præceptor amoris.

Itē;



Ite; patet castis versibus ille <sup>13</sup> locus.  
 Non tamen <sup>14</sup> accedunt; sed, ut aspicias ipse, latere  
 Sub <sup>15</sup> Lare privato tutius esse putant. 10  
 Quæris, ubi hos possis <sup>16</sup> nullo <sup>17</sup> componere læso?  
<sup>18</sup> Qua steterant <sup>19</sup> Artes <sup>20</sup> pars vacat illa tibi.  
 Quid veniant, <sup>21</sup> novitate roges fortase sub ipsâ:  
 Accipe quodcumque est, <sup>22</sup> dummodo non sit amor.  
 Invenies, quamvis non est miserabilis <sup>24</sup> index, 15  
 Non minus hoc <sup>25</sup> illo triste, quod ante <sup>26</sup> dedi.  
 Rebus <sup>27</sup> idem, titulo differt, & epistola cui sit,  
 Non <sup>28</sup> occultato nomine, missa docet.  
 Nec vos hoc <sup>29</sup> vultis, sed nec prohibere potestis:  
<sup>30</sup> Musaque ad invitos <sup>31</sup> officiosa venit. 20  
 Quicquid id est, adjuuge <sup>32</sup> meis; nihil impedit <sup>33</sup> ortos  
 Exsule <sup>34</sup> servatis legibus, <sup>35</sup> Urbe frui.  
<sup>36</sup> Quod metuas non <sup>37</sup> est: <sup>38</sup> Antonî scripta leguntur,  
 Doctus & in promptu scrinia <sup>39</sup> Brutus <sup>40</sup> habet.  
 Nec me <sup>41</sup> nominibus <sup>42</sup> furiosus confero tantis. 25  
 Sæva Deos <sup>43</sup> contra non tamen arma tuli.

13 Roma. 14 Romanam urbem, ut publice habeantur. 15 In ædibus tuis, metonymice. 16 Nullo libro in bibliotheca tua læso, ac loco moto. 17 Collocare. 18 Patre, quo loco. 19 De Arte amatoria libri. 20 Vacuus est locus, nam libri de Arte amandi prohibiti sunt. 21 Quapropter, propter quid. 22 Quam primum venerint ad te novi, nec expectati. 23 Modo non sit aliquid præceptis de Arte amandi simile. 24 Quamvis tristis ipsis hisce libris non præscriptus sit titulus. Ad *Tristium* vero libros alludit Naso. 25 Quam illud. 26 Edidi. *Tristium* libros inteligit. 27 Idem ex hoc opus ad res quod attinet, quod fuere libri *Tristium*. 28 Quod factum est in opere *Tristium*. 29 Non vultis nominari à me, propter meritum Augusti. 30 Libri mei, & carmina. 31 Officium, & ob-

servantiam vobis testatura. 32 Libris meis reliquis. 33 Scriptos ab exsule. 34 Ita ut salvæ maheant leges, & illasæ. 35 In urbe Roma esse. 36 Propter quod. 37 Scilicet aliquid. 38 De sua ebrietate enim M. Antonius Triumvir librum edidit. Vide Plin. XVI. 22. *Epistolarum* ab eo scriptarum mentionem habet Sueton. August. cap. 70. 39 Hic M. Brutus inter Cæsaris percussores fuit, studiorum laude clarus. Scripsit inter alia *carmina*, & ea parum severa, ut ex Plinio Secundo patet, lib. 5. 3. num. 5. 40 Id est, scrinia, seu bibliothecæ habent in promptu, & sine periculo carmina, & scripta Bruti. 41 Viris. 42 Scultus, demens. 43 Contra Deos bellum non gessi, ut Gigantes; sc. contra Principem arma non tuli, ut Brutus.

De



Denique <sup>44</sup> Cæsareo, quod non <sup>45</sup> desiderat ipse,  
 Non caret è <sup>46</sup> nostris ullus honore liber.  
 Si <sup>47</sup> dubitas de me, laudes admitte <sup>48</sup> Deorum:  
 Et <sup>49</sup> carmen, dempto <sup>50</sup> nomine, sume meum. 30  
<sup>51</sup> Adjuvat in bello <sup>52</sup> pacatæ ramus olivæ:  
<sup>53</sup> Proderit <sup>54</sup> Auctorem Pacis habere nihil?  
 Cum foret <sup>55</sup> Æneæ cervix subiecta parenti,  
 Dicitur ipsa viro flamma <sup>56</sup> dedisse viam,  
 Fert liber <sup>57</sup> Æneaden, & non iter <sup>58</sup> omne patebit? 31  
 At patriæ pater <sup>59</sup> hic, <sup>60</sup> ipsius <sup>61</sup> ille fuit.  
 Ecquis ita est <sup>62</sup> audax, ut <sup>63</sup> limine cogat, abire  
<sup>64</sup> Jactantem <sup>65</sup> Phariâ tinnula <sup>66</sup> sinistra manu?  
 Ante Deum <sup>67</sup> Matrem, cornu tibicen <sup>68</sup> adunco  
 Cum canit, exigua quis <sup>69</sup> stipis æra neget? 40  
 Scimus <sup>70</sup> ab imperio fieri nil tale Dianæ:  
 Unde tamen vivat <sup>71</sup> vaticinator <sup>72</sup> habet.

<sup>44</sup> Cæsaris Augusti. <sup>45</sup> Immo non id tantum non desiderabat, sed offendebatur adeo, componi aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis. Testis est Sueton. August. c. 89. <sup>46</sup> Libris. <sup>47</sup> Si non vis propter me recipere libros meos. <sup>48</sup> Cæsarum laudes, quas complectuntur hi libri mei. <sup>49</sup> Libros ex Ponto missos. <sup>50</sup> Obliterato, & remoto meo nomine. <sup>51</sup> Saluti est olivæ ramus prætendenti eam. Virgil. Æneid. VIII. 116.

*Paciferaque manu ramum prætendit olivæ.*

Adde eundem VI. tot. <sup>52</sup> Quia olivæ erat signum pacis. <sup>53</sup> Constructio hoc est: An nihil proderit habere pacis auctorem? id est, maxime nihil prodesse debet, quod habeo in meis libris pacis auctorem, nempe Augustum. <sup>54</sup> Augustum, qui pacem orbi dedit. Vid. infr. II. 5. 18. & Trist. III. 1. 44. <sup>55</sup> Quam Æneas humeris Anchisen Troja efferebat. <sup>56</sup> Cessasse. <sup>57</sup> Ab Ænea oriun-

dam Augustum, ejusque laudes. <sup>58</sup> Id est, maxime libris meis patebunt omnia itinera Romam ducentia. <sup>59</sup> Augustum intelligit. <sup>60</sup> Æneæ. <sup>61</sup> Anchisses. <sup>62</sup> Nemo eo audaciæ processerit. <sup>63</sup> A janua, vel domo sua. <sup>64</sup> Agitantem, quatientem. <sup>65</sup> Ægyptiaca à Pharo insula. Isidis sacerdotem intelligit, cujus in sacris tinnitum sinistra movebant sacerdotes. <sup>66</sup> Crepitaculum æneum. Vid. Serv. ad Virgil. Æn. VIII. 696. <sup>67</sup> Cybele, seu Cybele (vid. Dispositiōis Indicem in Phædrum.) Adde Ovid. IV. Fastor. 181. 372. <sup>68</sup> Ovid. c. 1. effert inflexo libia cornu. <sup>69</sup> Assem, obolum. <sup>70</sup> Ex voluntate, & jussu Dianæ. <sup>71</sup> Sacerdotes Dianæ sic dicebantur. Vid. Plin. XVI. 44. <sup>72</sup> Accipit aliquid, unde, seu ex quo vivat. Ab iis nempe, qui in Dianæ Templo in Aretino luco quod fuit, ejus sacerdotes consulebant, qui oraculum interrogantibus, respondere sunt soliti.

Ipsa



Ipsa <sup>73</sup> movent animos Superorum numina nostros;  
 Turpe nec est, tali <sup>74</sup> credulitate capi.  
 En ego, pro sistro, <sup>75</sup> Phrygiique foramine buxi, 45  
 Gentis <sup>76</sup> Jülæ nomina sancta fero,  
 Vaticinor, <sup>77</sup> moneoque: locum <sup>78</sup> date sacra <sup>79</sup> ferenti;  
 Non mihi, sed magno poscitur <sup>80</sup> ille <sup>81</sup> Deo.  
 Nec, quia vel merui, vel sensi <sup>82</sup> Principis iram,  
 A nobis ipsum nolle putate coli. 50  
 Vidi ego linigeræ <sup>83</sup> numen violasse fatentem  
 Isidis, Isiacos ante <sup>84</sup> sedere <sup>85</sup> focos.  
 Alter, ob huic similem <sup>86</sup> privatus lumine culpam,  
 Clamabat mediâ, se meruisse, viâ.  
 Talia <sup>87</sup> cœlestes fieri <sup>88</sup> præconia gaudent; 55  
 Ut, sua quid valeant <sup>89</sup> numina, teste probent.  
 Sæpè levant pœnas, ereptaque lumina reddunt;  
 Cum bene peccati pœnituisse vident.  
 Pœnitent ô, (si quid miserorum creditur ulli)  
 Pœnitent, & <sup>90</sup> factò torqueor ipse meo! 60  
 Cumque sit <sup>91</sup> exsilium, <sup>92</sup> magis est mihi culpa dolori:  
 Estque <sup>93</sup> pati pœnas, quam meruisse, minus.  
<sup>94</sup> Ut mihi Di faveant, quibus est manifestior <sup>95</sup> ipse,  
 Pœna potest <sup>96</sup> demi, culpa perennis erit.

73 Eo adducunt ipsa Numina, horumque causa sacerdotes, de quibus est dictum, non rejiciamus. 74 Nec turpe est id credere. 75 Foramen buxi Phryg. est tibia buxea, plura habens foramina, & in Phrygia à Mida inventa. 76 Augusti, ab Julo, Ænæ filio, oriundi. 77 Ut sacerdos, & vates Apollinis. 78 Patimini, ut in vestra sim urbe. 79 Augusti laudes, & nomen libris meis prædicanti. 80 Locus nempe. 81 Augusto, cui sic adulatur Naso. 82 Augusti. 83 Numen linigerum est Isis, quia ejus sacerdotes vestes è lino confectas gestabant in sacris facientis. 84 Veniæ impetrandæ causâ. 85 Aram. 86 Visu, quo Isis putabatur privare eos, qui per ipsius perierant numen. 87 Scilicet, Diî similiter Græci sum *ἱεῖρας* adhibent. 88 Voces ejusmodi, quæ continentur admissum crimen. 89 Potentia, & justitia. 90 Crimine meo crucior. 91 Et quamvis exsilii pœna mihi doleat. 92 Dolet magis, culpa me id mea meruisse. Vid. Trist. V. 11. 11. 93 Et quod patior pœnam, id minus me angit, mihiq; dolet, quam quod eandem merui. 94 Licet. 95 Augustus, qui à nobis vivus colitur, ut Deus. 96 Tamen pœna tantum mihi potest remitti, at culpa erit perpetua. Nam, ut Cicero alicubi ait: *Pœnam semper ante oculos versari putant, qui peccarint.*

Mors



Mors <sup>97</sup> faciet certè, ne sim, cum venerit, ex-  
sul:

65

(Ne non peccarim, mors quoque non faciet.)

Nil igitur mirum, si mens mihi tabida <sup>98</sup> facta

<sup>99</sup> De nive manantis <sup>100</sup> more liquescit aquæ.

<sup>1</sup> Estur ut occultâ vitiatâ <sup>2</sup> tereidine navis:

<sup>3</sup> Equorei scopulos ut cavat unda salis:

70

Roditur ut <sup>4</sup> scabrâ <sup>5</sup> positum rubigine ferrum:

<sup>6</sup> Conditus ut tineæ <sup>7</sup> carpitur ore liber:

Sic mea perpetuos curarum pectora <sup>8</sup> morsus,

Fine quibus <sup>9</sup> nullo <sup>10</sup> conficiantur, habent.

Nec prius hi mentem <sup>11</sup> stimuli, quam vita, relin-  
quent:

75

<sup>12</sup> Quique dolet citius, quam dolor ipse, cadet.

Hoc mihi <sup>13</sup> si Superi, quorum sumus <sup>14</sup> omnia, credent;

<sup>15</sup> Forsitan exigua dignus habebor ope.

Inque locum Scythico vacuum <sup>16</sup> mutabor ab arcu.

Plus isto, <sup>17</sup> duri, si precer, oris ero.

80

<sup>97</sup> Efficit, ut finiatur meum  
exsilium. <sup>98</sup> Contabescat. <sup>99</sup>  
Utaqua ex nive facta calore aëris,  
solisve. <sup>100</sup> Sicuti aqua, &c.  
<sup>1</sup> Corruptitur. <sup>2</sup> *Teredo* vernis  
ligna exedit, in illis nascens. <sup>3</sup>  
*Equori* salis, id est, aquæ ma-  
rinæ. <sup>4</sup> Aspera, adferente sca-  
britie. Virgil. Georg. I. 495.

*Exesa inveniet scabra rubigine  
pile.*

<sup>5</sup> Repositum, nec ad usum ad-  
hibitum. <sup>6</sup> Absconditus. <sup>7</sup> Dis-  
cerptum. <sup>8</sup> Pectus meum cura-  
rum dolores sentit. Alludere ad  
fabulam Promethei videtur. <sup>9</sup> Si-  
ne fine. <sup>10</sup> Mordeantur, affi-

ciantur. <sup>11</sup> Doloris acerbitas,  
qua compungitur quasi meum  
pectus. <sup>12</sup> Id est, ego, qui do-  
leo, moriar citius, quam desi-  
net meus dolor. <sup>13</sup> Augustus de-  
signatur. <sup>14</sup> Quorum ipse ego,  
& omnia in potestate sumus.  
<sup>15</sup> Forsitan mitior mihi erit Au-  
gustus, & exsilii poenam leva-  
bit. <sup>16</sup> Transferat in locum, in-  
humanitatis Scythiæ expertem.  
Arcu enim, hostili instrumento,  
Scythæ utebantur. <sup>17</sup> Immoder-  
ti essem oris, audax esset mea  
petitio, ac inverecunda. *Meta-*  
*morph. V. 451.*

*Duri puer oris, & audax.*





## EPISTOLA II.

## MAXIMO.

## ARGUMENTUM.

*IN* hac Epistola primò capiat beneyolentiam à Fabii persona, eum lau-  
dando, deinde illum attentum reddi, cum docet ea, à quibus dicturus  
sit, hoc est, velle propria mala ingemiscere, & exponere, quæ multa esse  
narrat, hostium scilicet periculum, faciem loci, dolorem ex his rebus  
maximum, adeo ut cupiat mutari in aliquam aliam formam. Colligit pos-  
tremo, se clementia Cæsaris confidere, ut exsili locum mutare liceat,  
petitque, à Maximo, ut id solum, nec aliud, tentet.

**M**axime, <sup>1</sup> qui tanti mensuram nominis imples,  
Et <sup>2</sup> geminas animi nobilitate genus;  
Qui nasci ut posses, <sup>3</sup> quamvis cecidère <sup>4</sup> trecenti,  
Non omnes Fabios <sup>5</sup> abstulit una dies:  
Forsitan, hæc à quo mittatur epistola, quæras; <sup>5</sup>  
Quique loquar tecum, certior esse velis.  
Hei mihi! quid faciam? vereor, ne, <sup>6</sup> nomine lecto,  
<sup>7</sup> Durus, & <sup>8</sup> aversâ cætera mente legas.  
Viderit hæc si quis, tibi me scripsisse fateri  
Audebo, & <sup>9</sup> propriis <sup>10</sup> ingemuisse malis. <sup>10</sup>  
<sup>11</sup> Viderit; audebo tibi me scripsisse fateri,  
Atque modum culpæ <sup>12</sup> notificare meæ.

Eleg. II. <sup>1</sup> Qui, quum Maxi-  
mus voceris, etiam es maximus  
virutibus. Vid. infr. II. 3. <sup>2</sup> Ge-  
minas generis nobilitatem; au-  
gesque animi, virtutumque præ-  
stantiâ. <sup>3</sup> Bello venienti periere.  
<sup>4</sup> 306. Liv. II. 50. <sup>5</sup> Non omnes  
Fabii cæsi sunt uno die, unus enim  
tantum superstes mansisse dicitur  
ob ætatem bello nondum aptam,  
qui Fabiorum genus postmodum  
propagavit, quod tamen verum  
non est. Vid. Perizon. Observat.  
hist. & conf. ad Eutropium à no-  
bis dicta. <sup>6</sup> Postquam, si, legis-  
ti meum nomen. <sup>7</sup> Iratus mihi,  
quod ad te scripserim. <sup>8</sup> A me,

scil. mihi non favente. <sup>9</sup> Pre-  
cipuis, magnis, non comuni-  
bus. <sup>10</sup> Ingemere, *perfecto* pro  
*presenti* posito, more Poëtis lon-  
ge familiarissimo. <sup>11</sup> Quamvis  
viderit. Trist. V. 2. 43.

*Viderit: ipse sacram quamvis  
invisus ad aram*

*Confugiam.*

<sup>12</sup> *Notificare* verbum, an Naso-  
nis ævo satis dignum sit, nescio,  
saltem apud aureæ ætatis scripto-  
rum id me non memini legere.  
Habet Gellius N. A. IX. 3. & No-  
nius Marcellus ex Pomponii A-  
treo adfert: *notifices mihi*, inter-  
pretaturque, *nota facias.*

Qui



Qui, <sup>13</sup> cum me poenâ dignum graviore fuisse  
 Confitear, <sup>14</sup> possum vix graviora pati.  
 Hostibus in <sup>15</sup> mediis, interque pericula versor, 15  
 Tanquam cum <sup>16</sup> patriâ pax sit adempta mihi.  
<sup>17</sup> Qui, mortis sævo <sup>18</sup> geminent ut vulnere causas,  
 Omnia vipereo spicula felle <sup>19</sup> linunt.  
<sup>20</sup> His eques instructus perterrita moenia lustrat,  
 More lupi clausas circumëuntis oves. 20  
 At semel intentus nervo levis arcus <sup>21</sup> equino,  
 Vincula semper habens <sup>22</sup> irresoluta, manet.  
 Tecta <sup>23</sup> rigent fixis veluti <sup>24</sup> vallata sagittis,  
<sup>25</sup> Portaque vix firma submovet arma serâ.  
 Adde <sup>26</sup> loci faciem, nec fronde, nec arbore tecti; 25  
 Et quod <sup>27</sup> iners hyemi <sup>28</sup> continuatur hyems.  
 Hic me pugnantem cum frigore, cumque sagittis,  
 Cumque meo fato, <sup>29</sup> quarta fatigat hyems.  
 Fine <sup>30</sup> carent lacrymæ, nisi cum stupor <sup>31</sup> obstitit illis;  
 Et similis morti pectora torpor habent. 30  
 Felicem <sup>32</sup> Nioben, quamvis tot funera vidit,  
 Quæ <sup>33</sup> posuit sensum <sup>34</sup> saxeâ facta mali!  
<sup>35</sup> Vos quoque felices, quarum <sup>36</sup> clamantia fratrem  
 Cortice velavit populus ora novo,

<sup>13</sup> Quamvis. <sup>14</sup> Tamen. <sup>15</sup> inter infestos hostes, maximeque periculosos. <sup>16</sup> Roma, quasi postquam Roma jussus sum abire, quiescere, & paci frui non liceat. <sup>17</sup> Hostes. <sup>18</sup> Augeant: ferro, & veneno in alios utentes. <sup>19</sup> Inficiunt. <sup>20</sup> Spiculis. Conf. Trist. IV. l. 78. <sup>21</sup> Chorda ex setis equorum confecta. <sup>22</sup> Non remittitur, sed semper parata es bello. <sup>23</sup> Domus horridæ sunt, & asperæ, ac velut altius eriguntur. <sup>24</sup> Septa, & cincta veluti vallis. *Vallus* est palus, quo agri, hortive sepiuntur. Noster Ep. IV. 159. radiis frontem *vallatus* acutis, id est, prominentes è fronte radios habens. <sup>25</sup> Urbis portæ bene clausæ vix submovent hostes armatos. <sup>26</sup> Ponticæ terræ conditio-

nem, ubi arbores nullæ, aut herbæ virent. <sup>27</sup> Pigna, effective, quia inertes quasi reddit, tristesque. <sup>28</sup> Perpetua est hyems. <sup>29</sup> Quantum jam ago annum hac in regione. <sup>30</sup> Lacrymas sine fine profundo. <sup>31</sup> Nisi postquam stupore sensus malorum tollitur, & mens merendo delassata est. <sup>32</sup> Niobe Tantali, & Taygetæ filia, Amphionis uxor, orbata marito & liberis, versa fuit ad eorum urnas in lapidem. Vide nostrum in Metamorphosi. Palæphatum, cap. 9. qui è fabula verum eruit. <sup>33</sup> Amisit sensum malorum, ac doloris. <sup>34</sup> In saxum conversa, quod negat cap. 1. Palæphatus. <sup>35</sup> Heliades significantur, Phaëtonis sorores, quæ fratrem lugentes, in arbores fuere mutatæ. Vid. Metam. <sup>36</sup> Deplorantia.

Ille



Ille ego sūm, 37 lignum qui non addmitat in ullum: 35

Ille ego sum, frustra qui lapsis 38 esse velim.

Ipsa 39 Medusa oculis veniat licet obvia nostris,

40 Amittat vires ipse Medusa suas.

Vivimus, ut sensa nunquam careamus amaro:

Et gravior longā fit mea pœna morā. 40

Sic inconsumptum 41 Tityi, semperque renascens,

Non perit, ut possit sæpe 42 perire, jecur.

At puto, cum requies, 43 medicinaque publica, curæ

Somnus adest, 44 solitis nox venit orba malis.

45 Somnia me terrent, 46 veros imitantia casus, 45

Et vigilant 47 sensus in mea damna mei.

Aut ego 48 Sarmaticas 49 videor vitare sagittas,

Aut 50 dare captivas ad fera vincula manus.

Aut, ubi 51 decipior melioris imagine 52 somni,

Aspicio patriæ tecta relicta meæ. 50

Et modo vobiscum, quos sum veneratus, amici,

Et modo cum carā conjuge, multa loquor.

Sic, 53 ubi percepta est brevis, & non vera voluptas,

Pejor ab 54 admonitu fit status iste boni.

Sive dies igitur 55 caput hoc miserabile cernit, 55

Sive 56 pruinosi noctis 57 aguntur equi;

Sic mea perpetuis liquefunt pectora curis,

37 Qui mutari in arborem non possum. 38 In lapidem verti.

39 Cujus Medusæ caput qui conspexerant, id saxa mutabantur.

Metam. IV. 655. 40 Non tantas habebit vires, ut me in lapidem possit convertere. 41 Hic Tityus fingitur Jovis, & Elare filius, ab Apolline interfectus, & cui apud inferos vultur semper jecur depascatur; quod tamen renascatur perpetuo, ne scil. pœna deficiat unquam. Vid. Schœn. in Mythol. Apollid. l. 4. 1. Metam. IV. 456. 42 Consumi à vulture. 43 Per Prolepsin hæc dicitur.

Medicina, cura publica dicitur somnus, quia omnes eo homines reficiuntur. Vid. Metam. XI. 624.

44 Nox caret malis, quæ patior

interdiu. Per ironiam. 45 Res-

pondent hæc objectioni. 46 Quæ imitantur ea, quæ sunt verè.

47 Et sensus mei, dum somnio, vigilant magnæ meæ ægritudini, ac dolori. 48 Scythicas. 49 In somnio scil. 50 Porrigere manus, ut vinciar. 51 Si quando melius quid, aut jucundius somnio. 52. Somni, pro somnii, curaspi. 53 Postquam. 54

Ex recollectione boni, & felicitatis prioris major fit dolor de hac mea conditione. 55 Me miserum.

56 Noctis, qua ros, aut pruina cadit. 57 Nos bigis vehi, à Poëtis fingitur. Virgil. Æneid. V. 721.

Et nox atra polum bigis sub-

vesta tenebat.



Ignibus admotis, ut <sup>58</sup> nova cera solet.  
 Sæpe precor mortem, mortem quoque <sup>59</sup> deprecor idem;  
 Ne mea <sup>60</sup> Sarmaticum contegat ossa solum. 60  
 Cum <sup>61</sup> subit, Augusti quæ sit clementia; credo  
<sup>62</sup> Mollia naufragiis litora posse dari.  
 Cum video quam sint mea fata <sup>63</sup> tenacia, <sup>64</sup> frangor;  
 Spesque levis magno victa timore <sup>65</sup> cadit.  
 Nec tamen ulterius quidquam sperove, precorve, 65  
 Quam <sup>66</sup> male mutato posse carere loco.  
 Aut hoc, aut nihil est, pro me tentare modestè  
<sup>67</sup> Gratia quod salvo vestra <sup>68</sup> pudore queat.  
 Suscipe, <sup>69</sup> Romanæ <sup>70</sup> facundia, Maxime, linguæ,  
 Difficilis causæ <sup>71</sup> mite patrocinium. 70  
 Est <sup>72</sup> mala, confiteor: sed te bona fiet <sup>73</sup> agente.  
<sup>74</sup> Lenia \* pro miserâ fac modo verba fugâ.  
 Nescit enim Cæsar, quamvis <sup>78</sup> Deus omnia norit,  
 Ultimus <sup>79</sup> hîc qua sit condicione locus.  
<sup>80</sup> Magna tenent illud rerum molimina numen; 75  
 Hæc est cœlesti pectore cura <sup>81</sup> minor.  
 Nec <sup>82</sup> vacat, in qua sint positi regione <sup>83</sup> Tomitæ,  
 Quærere, finitimo vix <sup>84</sup> loca nota Getæ.  
 Aut quid <sup>85</sup> Sauromatæ faciant, quid <sup>86</sup> Iazyges <sup>87</sup> acres,

<sup>58</sup> Quia nova cera vetere citius  
 liquescit. <sup>59</sup> Abominor, precando  
 studeo avertere. Vid. hujus de vo-  
 cis notione Cellar. Ant. & Cur.  
 Poster. item Latinitatem restitu-  
 tam Guntheri, part. 1. p. 165. <sup>60</sup>  
 Ne hoc in loco sepeliar. <sup>61</sup> Quum  
 cogit. <sup>62</sup> Asperam fortunam  
 meam posse leniri, *καλλυ-*  
*γομενός*. <sup>63</sup> Pertinacia, dura.  
<sup>64</sup> Despero, animumque despon-  
 deo. <sup>65</sup> Perit spes omnis ob ti-  
 morem majorem. <sup>66</sup> Infelicitèr  
 permutato cum patria; vel pre-  
 cor, ut modo liceat in alium se-  
 cedere locum; licet ipse etiam  
 malus sit. <sup>67</sup> Qua vales apud  
 Augustum. <sup>68</sup> Sine impudèntia.  
<sup>69</sup> Igitur se. <sup>70</sup> Facundissime

vir, immo ipsa facundia. Infra  
 II. 3. *Latine facundia lingue*.  
<sup>71</sup> Benignum, benevolum, ac  
 favens. <sup>72</sup> Scil. causa. <sup>73</sup> De-  
 fendente, si suscipias eam. <sup>74</sup>  
 Supplicia, deprecantia. \* Pro  
 me exsule misero, qui debui Ro-  
 ma fugere. <sup>78</sup> Augustus ut Deus,  
 quamvis cætera omnia sciat. <sup>79</sup>  
 Extremus, tam ab urbe Roma re-  
 motus. <sup>80</sup> Magnæ occupationes  
 illum Deum, Augustum detinent.  
<sup>81</sup> Indigna Augusto Deo. <sup>82</sup> Scilicet.  
 Augusto. <sup>83</sup> Tomi Incolæ.  
<sup>84</sup> Qui locus vix notus est ac-  
 colentibus cura Getis. <sup>85</sup> Sarmatæ  
 ultimi ultra Pontum. <sup>86</sup> Ad Danu-  
 bium hæc gens fuit è Sarmatis.  
 Tacit. XII. 29. <sup>87</sup> Bellicosi.



Cultaque <sup>88</sup> Orestæ <sup>89</sup> Taurica terra Deæ. 80  
 Quæque aliæ gentes, ubi <sup>90</sup> frigore consistit Ister,  
 Dura meant celeri <sup>91</sup> terga per annis equo.  
 Maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curant,  
 Roma; nec <sup>92</sup> Ausonii militis arma timent.  
 Dant animos arcus <sup>93</sup> illis <sup>94</sup> plenæque Pharetræ; 85  
<sup>95</sup> Quamque libet longis cursibus aptus equus;  
 Quodque sitim didicere diu tolerare famemque,  
 Quodque <sup>96</sup> sequens nullas hostis habebit aquas.  
<sup>97</sup> Ira Dei mitis non me misisset in <sup>98</sup> istam,  
 Si satis hæc illi nota fuisset, humum. 90  
 Nec me, nec quemquam Romanum gaudet ab hoste,  
 Meque <sup>99</sup> minus, vitam cui dedit ipse, premi.  
 Noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu.  
 Nil opus <sup>100</sup> est ullis in mea fata Getis.  
 Sed neque, cur morerer, quidquam <sup>1</sup> mihi comperit  
 actum: 95  
 Nec minus <sup>2</sup> infestus, quam fuit, esse potest.  
 Tum quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coëgi,  
 Pænæ etiam <sup>3</sup> merito parcior ira meo.  
 Di faciant igitur, quorum mitissimus ipse est.  
<sup>4</sup> Alma nihil majus Cæsare terra ferat: 100  
 Utque diu <sup>5</sup> sub eo sit publica sarcina rerum,  
 Perque <sup>6</sup> manus hujus tradita gentis eat.  
 At tu tam placido, <sup>7</sup> quam nos quoque sensimus illum,

88 Orestea Dea est Diana, quia  
 Orestes ejus simulacrum depor-  
 tavit hinc in Græciam, unde in  
 Italiam, Ariciam nempè venit.  
 89 Taurica minor. 90 Congelavit  
 frigoris magnitudine. 91 Per gla-  
 ciem annis. 92 Itali. 93 Homini-  
 bus sc. qui non curant Romam.  
 94 Scil. sagittis. 95 Longissimo  
 cursui: nam, ut Plinius tradit  
 VIII. 42. Sarmatæ, præparatis  
 equis, per centena millia, & quin-  
 quaginta, s. ultra 34. mill. Germ.  
 continuo cursu euntibus insident.  
 96 Sequuntur eos hostis. 97 Au-  
 gusti, mitis Principis ira, sive  
 idem iratus. 98 Tam malam re-  
 gionem me non jusisses incolare.  
 99 Et me hoc minus, quod vi-  
 tam ipsi debeo. 100 Non opus  
 est, ut Getæ demum me interfi-  
 ciant, quum id fieri Romæ po-  
 tuisset minimo Augusti, si is qui-  
 dem voluisset, nutu. 1 A me  
 intellexit esse perpetratum. 2  
 Severus, iratus mihi. 3 De-  
 licto. 4 Omnes alens, ac nu-  
 triens. 5 Publica rerum sarcina  
 est respública, quæ curari à Prin-  
 cipe debet, & quasi onus ejus  
 incumbit humeris. 6 Persucces-  
 sionem apud gentem Augusti im-  
 perium maneat. 7 Quam placi-  
 dum.

Ju-



Judice pro <sup>8</sup> lacrymis ora resolve meis.  
 Non petito ut bene sit, sed uti <sup>9</sup> male tutius; utque 105  
<sup>10</sup> Exsilium sævo distet ab hoste meum.  
 Quamque dedêre mihi præsentia <sup>11</sup> numina <sup>12</sup> vitam,  
 Non adimat stricto <sup>13</sup> squalidus ense Getes.  
 Denique, si moriar, <sup>14</sup> subeant pacatius arvum  
 Ossa, nec à Scythicâ nostra premantur humo. 110  
 Nec male <sup>15</sup> compositos ( ut scilicet exsule dignum)  
<sup>16</sup> Bistonii cineres ungula pulset equi.  
 Et ne, si superest aliquid post funera <sup>17</sup> sensûs,  
 Terreat hîc <sup>18</sup> Manes Sarmatis umbra meos.  
 Cæsaris hæc animum poterant audita movere, 115  
 Maxime; <sup>19</sup> movissent si tamen ante tuum.  
 Vox, precor, Augustas pro me tua molliat aures,  
 Auxilio <sup>20</sup> trepidis quæ solent esse reis:  
 Assuetâque tibi doctæ dulcedine <sup>21</sup> linguæ  
<sup>22</sup> Æquandi Superis pectora flecte viri. 120  
 Non tibi <sup>23</sup> Theromedon, <sup>24</sup> crudusve rogabitur <sup>25</sup> A-  
 treus;  
<sup>26</sup> Quique suis homines pabula fecit equis:  
 Sed piger <sup>27</sup> ad pœnas Princeps, ad præmia velox;  
 Quique dolet, quoties cogitur esse <sup>28</sup> ferox.  
 Qui vicit semper, victis ut parcere posset; 125  
<sup>29</sup> Clausit & æternâ civica bella serâ.

8. Loquere, & deprecare pro me lacrymante, & misero. 9 Non nihil tutior sim; licet etiam non tutissimus. 10 Locus exsilii. 11 Augustus, quem sic sæpe vocat. 12 Donavit mihi, & reliquit, sup. v. 91. 13 Horridus. 14 Sepeliar in terra pacatiore. 15 Sepultos cineres. 16 Thracii, à Bistonîa, Thraciæ urbe, cujus conditor fuit Biston, Martis, & Collithoes filius. 17 Mortem. 18 Animam, umbram. 19 Ad suscipiendum mei patrociniûm. 20 In timore, & periculo ob crimina constitutis. 21 Eloquentiæ dulcedine, suavitate. 22 Comparandi cum superis, iisque

æqualis, nempe Augusti. 23 Scythiæ Rex longe crudelissimus. 24 Crudelis. 25 *Atræi*, uxor *Atræi*, à Thyeste, *Atræi* fratre, corrupta dicitur, quod indignè ferens *Atræus*, discerptos fratris liberos, coctosque ei apposuit. Vid. Mythograph. 26 Id est, Diomedon, Bistonum regem in Thracia. Vid. noster Metam. IX. 104 Apollodor. II 5. 8. 27 Non libenter, & cito puniens. 28 Severus. 29 Clausit Jani templum ter. Vid. Suet. in Augusti vita, c. 22. ad Liv. I. 19. ex quo disces clausas templi Jani portas, pacis fuisse signum.



Multa metu poenæ, poena qui pauca coercet,  
 Et jactat <sup>30</sup> invitâ <sup>31</sup> fulmina rara manu.  
 Ergo tam placidas orator missus ad aures,  
 Ut proprior patriæ sit <sup>32</sup> fuga nostra, roga. 130  
 Ille ego sum qui te colui; quem <sup>33</sup> festa solebat  
 Inter convivas <sup>34</sup> mensa videre tuos.  
 Ille ego, qui duxi vestros <sup>35</sup> Hymenæon ad <sup>36</sup> ignes;  
 Et cecini fausto carmina digna toro.  
 Cujus te solitum memini laudare libellos, 135  
 Exceptis <sup>37</sup> domino qui nocuere suo.  
 Cui tua nonnunquam miranti scripta legebas:  
 Ille ego, <sup>38</sup> de vestrâ cui <sup>39</sup> data nupta domo.  
 Hanc probat, & primo dilectam semper ab ævo,  
 Est inter comites <sup>40</sup> Marcia <sup>41</sup> censa suas. 140  
 Inque suis habuit <sup>42</sup> matertera Cæsaris ante:  
 Quarum judicio si qua probata, proba est.  
 Ipsa suâ <sup>43</sup> melior famâ, <sup>44</sup> laudantibus istis,  
<sup>45</sup> Claudia <sup>46</sup> divinâ non eguisset ope.  
 Nos quoque præteritos <sup>47</sup> sine labe peregrimus annos:  
 Proxima pars vitæ <sup>48</sup> transilienda meâ.  
 Sed de me ut sileam, conjux mea <sup>49</sup> sarcina vestra est.  
 Non potes hanc salva <sup>50</sup> dissimulare fide.

<sup>30</sup> Qui raro, & invitus punit, ac irascitur. <sup>31</sup> Ut Jupiter facere à Poëtis fingitur. <sup>32</sup> Ego qui fugi. <sup>33</sup> Læta, & solemnî die conviva tuus fui cum cæteris. <sup>34</sup> Id est, tu ad mensam. <sup>35</sup> Carmen nuptiale cantavi. <sup>36</sup> In nuptiis, ad tædas in nuptiis quæ præferebantur. <sup>37</sup> Id est, libros de Arte, qui mihi nocuere. <sup>38</sup> Qui uxore habeo ex tua familia, Fabiorum scilicet. Masson, in Vita Nasonis, p. 61. recte h. l. explicuit, quem inde. <sup>39</sup> Uxor tertîa, scil. Nasonis conjux. Vid. Masson. c. l. <sup>40</sup> Uxor Fabii Maximi. <sup>41</sup> Id est, censuit, numeravit. Eodem modo Cicero quoque loquitur pro Flacco: *census es municipia Amyntæ*, id est, in-

dicasti pro tuis. <sup>42</sup> Marcie mater, quæ Marcia erat filia Marci Philippi, ex priore conjuge, quæ soror erat Acciæ, matris Augusti. <sup>43</sup> Vid. Fast. IV. 505. seq. Liv. 29. 14. <sup>44</sup> Si laudassent, & probassent. <sup>45</sup> Claudia Quinta, Vestalis, quum insimularetur impudiciæ, obviam procedebat simulacro Matri Deum, quod vehebatur Romam, eamque testem pudiciæ vocabat, ac navim, qua vehebatur Dea, cingulo suo alligatam, sola, adverso flumine, trahebat, & famam suam eo miraculo recuperabat. <sup>46</sup> Cybeles. <sup>47</sup> Sine crimine. <sup>48</sup> Prætereunda silentio. <sup>49</sup> Cura tua debet esse. <sup>50</sup> Ignoram, aut alienam existimare.

Con-



Confugit hæc ad vos; vestras amplectitur <sup>51</sup> aras.

(Jure venit cultos ad sibi quisque Deos.) 150

Flensque rogat, precibus, <sup>52</sup> lenito Cæsare, vestris.

<sup>53</sup> Busta sui fiant ut propiora viri.

<sup>51</sup> Auxilium vestrum implo- quam lenitus fuerit Cæsar. <sup>53</sup> Se-  
rat, eoque freta est. <sup>52</sup> Post- pulcrum.

## EPISTOLA III.

## R U F I N O.

## A R G U M E N T U M.

*EX* Rufini litteris magnam se cepisse voluptatem, & spem fatetur Poë-  
ta: nec tamen eas, quamvis eloquentes, tantam vim habuisse decet, ut  
dolorem potuerint amovere. Causam dein de assignat. Tum refellit eorum  
exempla, quos ipse dixerat fortis animo tulisse exsilium, ea ratione quod  
illi tam longe à patria non exsulassent. Fatetur tamen postremo, si  
posset ejus animus leniri, ipsius præcepta, & litteras elegantissimas id  
faciuras fuisse: quas loco magni muneris se accepisse dicit.

**H**anc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem;  
Qui miser est, ulli <sup>2</sup> si suus esse potest.

Reddita confusæ nuper <sup>3</sup> solatia menti

Auxilium nostris, spemque tulere malis.

Utque Machaonis <sup>4</sup> Pæantius artibus heros

<sup>5</sup> Lenito medicam <sup>6</sup> vulnere sensit opem:

Sic ego mente <sup>7</sup> jacens, & acerbo saucius <sup>8</sup> ictu,

Admonitu cœpi fortior esse tuo.

Et jam deficiens sic ad tua verba revixi,

1 Eleg. III. 2 Structura ver-  
borum ea est: tuus Naso, &c.  
si is, qui est miser, suus esse  
potes ulli: voces tuus, & suus  
familiaritatem, ac amicitiam ne-  
cessitudinemque notant. 3 Id  
est, epistola tua solatii plena.  
4 Philoctetes, quem Machaon,  
Æsculapii filius curavit. Pæan-  
tius dicitur, quia erat Pæantis fi-

lius. Vid. Senec. in Herc. Oetreo,  
& Ovid. Metam. XIII. 45. seq.  
5 Curato. 6 Quod ipsi fecerat  
una ex sagittis ab Hercule accep-  
tis, quæ Hydræ Lernææ sangui-  
ne, & veneno tincta erat, &  
postquam Herculis tumultum Græ-  
cis indicasset, ei in pedem de-  
cidebat. 7 Eger. 8 Calamitate  
exsilii.

O3

Ut



Ut solet <sup>9</sup> infuso <sup>10</sup> vena redire mero. 10  
 Non tamen exhibuit tantas <sup>11</sup> facundia vires,  
 Ut mea sint dictis <sup>12</sup> pectora sana tuis.  
 Ut multum <sup>13</sup> nostræ demas de gurgite curæ,  
 Non minus exhausto, quod <sup>14</sup> superabit, erit.  
 Tempore <sup>15</sup> ducetur longo fortasse cicatrix: 15  
<sup>16</sup> Horrent admotas vulnera cruda manus.  
 Non est in <sup>17</sup> medico semper, <sup>18</sup> relevetur ut æ-  
 ger.

Interdum docta plus valet arte <sup>19</sup> malum.  
 Cernis, ut è molli <sup>20</sup> sanguis pulmone remissus  
 Ad <sup>21</sup> Stygias certo <sup>22</sup> limite ducat aquas. 20  
 Afferat ipse licet <sup>23</sup> sacras <sup>24</sup> Epidarius herbas;  
 Sanabit nullâ vulnera cordis ope.  
 Tollere <sup>25</sup> nodosam <sup>26</sup> nescit medicina podagram,  
 Nec <sup>27</sup> formidatis auxiliatur aquis.  
 Cura quoque interdum nullâ medicabilis arte; 25  
 Aut, ut sit, <sup>28</sup> longâ est extenuanda morâ.  
 Cum bene <sup>29</sup> firmarunt animum <sup>30</sup> præcepta jacen-  
 tem,  
<sup>31</sup> Sumptaque sunt nobis pectoris arma tui:  
 Rursus amor patriæ, ratione valentior omni,

9 Si æger bibat vinum, si ipsi  
 vinum infundatur. 10 Pulsus ve-  
 næ. 11 Tua, quam in tuis litteris  
 es testatus. 12 Ut dolor, & mæ-  
 ror plane à me sit depulsus. 13  
 De multitudine curarum mearum,  
 quamvis demas multum. 14 Su-  
 pererit, non minus erit, quam id  
 quod exhauseris. 15 Obducetur  
 vulnere, fiet. Tangi à chirurgo  
 nolunt. 17 Scilicet situm. 18 Cu-  
 rerur, sanetur. 19 Morbi vis,  
 morbus. 20 Sanguinis ex pul-  
 mone remissionem hanc medici  
*hemorrhagiam* vocant, quæ ferè  
 lethalis est. 21 Mortem. 22 Cer-  
 to. 23 Medicas, medicinæ ap-  
 atas. 24 Id est, Esculapius, à  
 civitate Pelopponesi *Epidauro*,  
 ubi templum ejus erat, dictus

*Epidaurius*. Vid. Pomp. Mela II.  
 2. 25 Effective, per Metonym.  
 nam podagra nodos quosdam ef-  
 ficat in articulis, tumque incur-  
 bilis esse judicatur. *Nodosam* e-  
 tiam vocat Prudentius Peris-  
 teph. X. 495. 26 Non potest cu-  
 rare. 27 Formidant aquam, &  
 potum omnem ii, qui hydropho-  
 bia ex morsu canis orta laborant:  
*formidatæ itaque aquæ*, h. l. sunt  
 ii, qui propter illum morbum a-  
 quas reformidant. 28 Imminui  
 debet temporis tractu, quod ut  
 Cicero ait, omnia minuit, ac mol-  
 lit. 29 Confirmarunt, exererunt.  
 30 Monita in epistola tua ad me  
 scripta. 31 Quando eodem quo  
 tu, hoc est, forti esse animo  
 cæpi.

Quod



- 32 Quod tua texuerunt scripta, 33 retexit opus. 30  
 Sive 34 pium vis hoc, sive hoc 35 muliebre vocari;  
 Confiteor misero molle cor esse mihi.  
 Non dubia est 36 Ithaci prudentia; sed tamen optat,  
 37 Fumum de patriis posse videre focis.  
 Nescio qua natale solum dulcedine captos 38  
 Ducit, & immemores non sinit esse sui.  
 38 Quid melius Româ? Scythico quid frigore pejus?  
 Huc tamen ex illâ 39 barbarus urbe fugit.  
 Cum bene si 40 clausæ caveâ Pandione natæ,  
 41 Nititur in silvas illa redire suas. 40  
 Assuetos tauri saltus, assueta leones  
 (Nec 42 feritas illos impedit) antra petunt.  
 Tu tamen exilii morsus è pectore nostro  
 43 Fomentis speras cedere posse tuis.  
 Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi, 45  
 Talibus ut levius sit caruisse malum;  
 44 At, puto, qua fueram genitus, tellure carênti,  
 In tamen 45 humano contigit esse loco.  
 Orbis in 46 extremi jaceo desertus 47 arenis,

32 Allegoricè, pro eo quod est, consolationi tuæ locum non relinquit, revocat me ad mœrorem. Allegoria à textoribus desumpta est. Cic. ad Divers. L. XI. epist. 14. Ovid. Remed. amor. v. 12. Cæterum *tū texuerunt*, pen. correpta effertur, ut Virgilii illud:

*Obstupuit, steteruntque comæ, & reliqua.*

33 Destruit. 34 Pietatis, quæ & erga patriam est, signum habere vis. 35 Mollitiæ mulieris dignum. 36 Ulyssi. Cic. de Orator. L. 1. Cujus (nempe patriæ) tanta est vis, ut Ithacam illam, in asperissimis saxulis, tanquam nidulum affixam, sapientissimus ille vir immortalitati anteponeret. 37 Imitatur Naso Homerum, qui Odyss. 8, v. 57.

ἀντὶ τῆς ὀδυρομένης  
 ἱμῶνος καὶ κατὰ τὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς  
 τὰ πύργου

H's yains.

38 Id est, nihil Româ melius est. 39 Scythico in solo natus. 40 Philomelæ. Pandione vero natæ dicitur ideo, qui in lusciniam mutata fertur Philomela, Pandionis filia. 41 Quamvis bene sit in cava sua lusciniæ, tamen repetere silvas suas, si possint, volunt. 42 Loci asperitas. 43 Solatio tuo. Metaphora, qua alii, ipse Cicero non semel, uti sunt, à re medica petita. 44 Ironia. 45 Quem humani colunt homines. 46 Ultimi septentrionis, terrarumque. 47 Litore Scythico arenoso.



Fert ubi perpetuas <sup>48</sup> obruta terra nives. 50  
 Non ager hic pomum, non dulces <sup>49</sup> educat uvas:  
 Non salices <sup>50</sup> ripâ, robora monte virent.  
 Neve fretum terra laudes magis: æquora semper  
 Ventorum rabie, <sup>51</sup> solibus orba, <sup>52</sup> tument. 55  
 Quocunque aspicias, campi cultore carentes,  
 Vastaque, quæ nemo <sup>53</sup> vindicet, arva jacent.  
<sup>54</sup> Hostis adest, dexterâ, lævâque à patre timendus;  
 Vicinoque metu terret utrumque latus.  
 Altera Bistonias pars est sensura sagittas;  
 Altera Sarmaticâ spicula missa manu.  
 I nunc, & veterum nobis exempla virorum,  
 Qui fortî <sup>55</sup> casum mente tulêre, refer.  
 Et grave magnanimi <sup>56</sup> robur mirare <sup>57</sup> Rutili,  
 Non usi reditûs conditione dati.  
 Smyrna <sup>58</sup> virum tenuit, non Pontus, & hostica tellus;  
 Pænè minus nullo Smyrna <sup>59</sup> petenda loco. 66  
 Non doluit patriâ <sup>60</sup> Cynicus procul esse Sinopeus:  
<sup>61</sup> Legit enim sedes, <sup>62</sup> Attica terra, tuas.  
 Arma <sup>63</sup> Neoclides qui Persica contudit armis,  
<sup>64</sup> Argolicâ primam sensit in urbe fugam. 70  
 Pulsus <sup>65</sup> Aristides <sup>66</sup> patriâ Lacedæmonia fugit:  
<sup>67</sup> Inter quas dubium, quæ prior esset, erat.  
 Cæde puer factâ <sup>68</sup> Patroclus <sup>69</sup> Opunta reliquit;  
<sup>70</sup> Thessaliamque adiit, hospes Achillis, humum.

48 Scilicet nive. 49 Profert. alio. 60 Diogenes Cynicus Sy-  
 Vide Metam. II. 2. 50 In ripa, nopensis. Lege Diog. Laert. lib.  
 in monte. 51 Claris diebus, so- VI. 61 Elegit. 62 Græciæ re-  
 lisque radiis. 52 Inquieti sunt, glo, in qua Athenæ. 63 The-  
 magnosque attollunt fluctus. 53 mistocles Neocli filius. 64 Vid.  
 Colat, curetque ut sua. 54 Thra- Nep. Themî 3. c. 8. qui expul-  
 ces, & Sarmatæ. 55 Talem, sum Athenis Argos (in Peloponne-  
 qualem ego sero, exsilium scil. so) concessisse, auctor est. 65  
 56 Fortitudinem. 57 P. Rutilius Corn. Nep. Arist. c. 1. 66 Athe-  
 maluit Smyrnæ in exsilio perma- nis. 67 Quæ de principatu inter  
 nere, quam redire in patriam. se decertabant. 68 Menæti fil.  
 58 Eum, Rutilius. Smyrna est qui inter astragalorum lusum Cli-  
 Joniæ urbs clarissima. 59 Smyr- sonymum interfecit. 69 Locri-  
 na, in qua pænè aque libenter dis urbe, & patria Patrocli. 70  
 commoreris, quam quovis loco Phthiam, Thessal. urbem.



Exsul ab <sup>71</sup> Hæmonia <sup>72</sup> Pirenida cessit ad undam, 75

<sup>73</sup> Quo duce trabs Colchas sacra cucurrit aquas.

Liquit <sup>74</sup> Agenorides Sidonia <sup>75</sup> moenia Cadmus,

Poneret ut muros in meliore <sup>76</sup> loco.

Venit ad Adrastrum <sup>77</sup> Tydeus, Colydone fugatus;

Et <sup>78</sup> Teucrum <sup>79</sup> Veneri grata recepit humus. 80

Quid referam veteres Romana gentis, apud quos

Exsulibus tellus ultima <sup>80</sup> Tybur erat?

<sup>81</sup> Persequar ut cunctos; nulli <sup>82</sup> datus omnibus ævis

Tam procul à patriâ est, horridiorve locus.

Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti, 85

<sup>83</sup> Qui fecit ex dictis non ita multa tuis.

Nec tamen inficior, si possint nostra <sup>84</sup> coïre

Vulnèra; præceptis posse coïre tuis.

Sed vereor, ne me frustra servare labores;

Neu juver admotâ <sup>85</sup> perditus æger ope. 90

Nec loquor hæc, quia sit major prudentia <sup>86</sup> nobis;

Sed sim, quam <sup>87</sup> medico, notior ipse mihi.

<sup>88</sup> Ut tamen hoc ita sit, <sup>89</sup> munus tua grande voluntas

Ad me <sup>90</sup> pervenit, consuliturque boni. 94

<sup>71</sup> Ex Thessalia. <sup>72</sup> Corinthum, in qua Pirene fons erat duo diversa prospectans maria. <sup>73</sup> Jason intelligitur: *trabs* Argo navis est, quæ sacra dicitur, quod Palladis auspicio ædificata, & postmodum Neptuno consecrata est. <sup>74</sup> Agenoris, Regis Phœnic. filius. <sup>75</sup> *Sidonem*, Phœnicie regiam. Vide Justin. XVIII. 3. Adde nostrum Metam. III. 1. 132. <sup>76</sup> Quo Thebas condidit, in Bœotia. <sup>77</sup> Fil. Oenei, regis Caledon, Ætolie urbis, vel ob Olenii fratris, vel Alcathoi patrum eadem Argos confugit ad Adrastrum regem, & filiam ejus Deipylen uxorem accepit. <sup>78</sup> Teu-

cer post Trojanum bellum Telamonii patri ob non vindicatam fratris Ajacis mortem invisus, ac Salamine insula prohibitus, Cyprum concessit, ibique urbem patriæ nomine Salamina condidit. <sup>79</sup> Cyprus. <sup>80</sup> Oppidum in Latium, Tivoli nunc dictum. <sup>81</sup> Enumerem licet. <sup>82</sup> Præterquam mihi soli. <sup>83</sup> Apud quem non multum possunt tua solaria. <sup>84</sup> Sanari. <sup>85</sup> Desperatus. <sup>86</sup> Mihi. <sup>87</sup> Tibi, qui agis medicum. <sup>88</sup> Quamvis nequeam sanari. <sup>89</sup> Et mihi loco grandis muneris voluntas tua. <sup>90</sup> Epistola declarata tua voluntas.



## EPISTOLA IV.

## U X O R I.

## ARGUMENTUM.

*Ad uxorem scribens Poëta, canum se, & languidum factum esse designat. Hujusque rei causas duas esse colligit, senectutem scilicet, & dolorem, quo assidue conficitur. Deinde, facta collatione Jasonis expeditionis, qui in ea loca pervenit, & sui exilii; docet suum malum majus fuisse illius opere, & peregrinatione. Postremo optat, ut possit in patriam redire, fruique dulcissima conjugis amplexu, & colloquio, Caesaribusque sacrificare.*

**T**Am mihi <sup>2</sup> deterior <sup>3</sup> canis aspergitur ætas;  
 Jamque meos vultus <sup>4</sup> ruga senilis arat;  
 Jam vires <sup>5</sup> & <sup>5</sup> quasso languent in corpore vires;  
 Nec, juveni lusus qui placuere, placent.  
 Nec si me <sup>6</sup> subito videas, agnoscere possis. 5  
 Ætatis facta est tanta <sup>7</sup> ruina meæ.  
 Confiteor facere hæc annos; sed & altera causa est,  
 Anxietas animi, <sup>8</sup> continuusque labor.  
 Nam mea per <sup>9</sup> longos si quis mala digerat annos,  
 (Crede mihi) <sup>10</sup> Pyllo Nestore <sup>11</sup> major ero. 10  
 Cernis ut in duris (& quid bove <sup>12</sup> firmitus?) arvis  
 Fortia taurorum corpora frangat <sup>13</sup> opus.  
 Quæ nunquam vacuo solita est cessare <sup>14</sup> novali,  
 Fructibus assiduis lassa senescit humus.

Eleg. IV. 2 Deterior ætas est ingravescens senectus. 3 Canitie ego senescens aspergor. 4 Rugæ ducuntur in vultu meo. 5 Debili & annis, & ærumnis, quas perpassus sum. 6 Ex improviso. 7 Tam mutatus sum & prope senex factus. 8 Infortunium, calamitas, & miseria. 9 Si quis ex malis meis judicet annos, si quis per annos mala mea sic disponat, ut cuilibet ea tribuat, quæ homini misero alias contingere videmus. 10 Nestor ex Pylo, urbe Laconia, erat, & tertiam hominis ætatem à Poëtis vixisse traditur. 11 Scil. natu, & ætate. 12 Mox explicat verbis. Fortia taurorum corpora. 13 Agricultura plane ut Græci sum *ἐργον* adhibent. Eutrop. 1. 15. 2. quum in opere, & arans esset inventus, de L. Quinct. dictatore loquitur, nos ibi plura optimorum auctorum loca similia congeremus, & quando ipsum Eutropium, tecum, lector, communicabimus. 14 Novalis, scilicet. terra, novale scil. arum ager est aratus, sed sine semine jacens.

Oc-



Occidet , ad <sup>15</sup> Cerci si quis certamina semper, 15  
 Non intermissis cursibus , ibit equus.  
 Firma sit illa licet , solvetur in æquore navis,  
 Quæ nunquam liquidis <sup>16</sup> sicca carebit aquis.  
 Me quoque debilitat <sup>17</sup> series immensa malorum,  
 Ante <sup>18</sup> meum tempus cogit & esse senem. 20  
<sup>19</sup> Otia corpus alunt ; animus quoque pascitur illis.  
 Immodicus contra <sup>20</sup> carpit utrumque labor.  
 Aspice , in <sup>21</sup> has partes quod venerit <sup>22</sup> Æsone natus,  
 Quam laudem à sera posteritate ferat.  
 At labor illius nostro leviorque , minorque ; 25  
<sup>23</sup> Si modo non verum nomina magna premunt.  
 Ille est in Pontum , <sup>24</sup> Peliâ mittente , profectus,  
 Qui vix Thessaliæ <sup>25</sup> fine timendus erat.  
 Cæsaris ira mihi nocuit ; quem Solis ab ortu  
 Solis ad occasus <sup>26</sup> utraque terra tremit. 30  
 Junctior <sup>27</sup> Hæmonia est Ponto, quam Roma sit Istro:  
 Et brevius , quam nos , ille <sup>28</sup> peregit iter.  
 Ille habuit comites , <sup>29</sup> primos telluris <sup>30</sup> Achivæ;  
 At nostram cuncti <sup>31</sup> destituere iugam.  
 Nos <sup>32</sup> fragili vastum ligno sulcavimus æquor : 35  
 Quæ tulit <sup>33</sup> Æsoniden , firma <sup>34</sup> carina fuit.  
 Nec <sup>35</sup> Tiphys mihi rector erat , nec <sup>36</sup> Agenore natus

15 Ad pugnam , quæ in ludis Circensibus celebratur ; vel generatim de certaminibus equestribus omnibus intellige. 16 Quæ nunquam subducitur , & quiescit , de qua re diximus in Diss. de Museo Grammatico , poematis de Hero , & Leandro auctore. 17 Continui labores. 18 Ante tempus , quo alii homines ætate debiles fieri videmus. 19 Quies. 20 Debilitat. 21 Locum hunc , terram. 22 Jason. 23 Id est , si modo magnum Jasonis nomen non facit , ut *verum* de me, meisque laboribus , & malis minus videatur illius gestis rebus. 24 Pelias fuit rex Jolci in Thessalia , qui misit Jasonem in Pon-

tum , ut inde asportaret vellus aureum. 25 Extrema Thessaliæ parte. 26 Id est , oriens , & occidentens. 27 Thessalia. 28 Jason. 29 Principes viros , ut Castor , & Pollucem , Theseumque , ac Herculem. Vid. Apoll. 1. 9. 16. 30 Achaja , Græciæ pars , unde Achivi dicuntur Græci , & h. l. *tellus Achivæ* Græcia. 31 Nos nullos habuimus comites exsili nostri. 32 Fragili navi. 33 Jasonem , Navis. 34 *οὐρινδιχῆν* , patris pro toto. 35 Iste fuit Argonautarum gubernator , Hagnia filius. Vide Apollon. 1. 105. & Valer. Flaccum 1. 419. 15. 36 Phineus , Agen. fil. Apollod. 1. 9. 21. 22.

Quas



Quas sequerer, docuit, quas fugeremque vias.  
 Illum tutata est cum Pallade regia <sup>37</sup> Juno:  
 Defendêre meum numina nulla caput. 40  
 Illum furtivæ <sup>38</sup> juvêre Cupidinis artes:  
 Quas à me vellem non <sup>39</sup> didicisset Amor.  
 Ille domum rediit: nos his moriemur in arvis,  
 Perstiterit læsi si gravis ira <sup>40</sup> Dei.  
 Durius est igitur nostrum, fidissima conjux, 45  
 Illo, quod subiit Æsone natus, onus.  
 Te quoque, quam juvenem discedens Urbe reliqui,  
 Credibile est nostris <sup>42</sup> insenuisse malis.  
 O ego, Di faciant, <sup>42</sup> talem te cernere possim,  
 Caraque <sup>43</sup> mutatis oscula ferre genis: 50  
 Amplectique meis corpus non <sup>44</sup> pingue lacertis;  
 Et, gracile hoc fecit, dicere, cura mei:  
 Et narrare meos flenti flens ipse labores;  
 Sperato nunquam colloquioque frui:  
 Thuraque <sup>45</sup> Cæsaribus cum <sup>46</sup> conjuge Cæsar dignâ, 55  
 Dis veris, <sup>47</sup> memori debita ferre manu.  
<sup>48</sup> Memnonis hanc utinam, lenito Principe, mater  
 Quamprimum <sup>49</sup> roseo provocet ore diem!

37 Hæc enim Jasonem adjuvit in transeundis Symplegadibus, illa, Pallas, in fabricanda navi. 38 Medæ artes, quæ Jasonis amore capta ipsum adjuvit. 36 Ex libris nempe meis de Arte. 40 Augusti Cæsaris. 41 Senem factam esse mœrorem ex malis meis contractum. 42 Senem scilic. & rugosam. 43 Aliam formam, senilem scilicet habentibus. 44 Tuum, macie, curisque confectum, & attenuatum. 45 Augusto, & fil. Tiberio. 46 Livia. 47 Beneficiorum, id est, grata. 48 Memnonis mater Aurora est, Thitonius pater. 49 Epithetum ab Auroræ colore petitum pulcrum significat, & lætabile quid.





## EPISTOLA V.

## MAXIMO.

## ARGUMENTUM.

*AD* Maximum scribens Poëta, illum admonet, ne miretur, si in carmen minus elegans, & incultum offenderit: siquidem tot malis, & sinu ingenium oppressum, non possit eo calore insurgere, quo prius. Deinde docet, cur quamvis sibi carmina nocuerint, tamen adhuc scribat. Prostrems consilium exponit, cur non tentetur facere optimum carmen, & illud polire.

**I**lle tuos quodam non <sup>2</sup> ultimus inter amicos,  
 Ut sua verba legas, Maxime, Naso rogat.  
 In quibus ingenium <sup>3</sup> desiste requirere nostrum,  
 Nescius exsilii ne videare mei.  
 Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus, 5  
 Ut <sup>4</sup> capiant vitium, nō moveantur, aquæ;  
 Et mihi, si quis erat, <sup>5</sup> ducendi carminis <sup>6</sup> usus  
 Deficit; estque minor factus <sup>7</sup> inerte situ.  
 Hæc quoque, quæ legitis (si quid mihi, Maxime, credis)  
 Scribimus <sup>8</sup> invitâ, vixque coacta, manu. 10  
 Non libet in tales animum contendere curas,  
 Nec venit ad <sup>9</sup> duos Musa vocata Getas.  
 Ut tamen ipse vides, <sup>10</sup> luctor deducere versum;  
 Sed non fit fato <sup>11</sup> mollior ille meo.  
 Cum relego, scripsisse pudet; quia plurima cerno, 15  
 Me quoque, qui feci, iudice digna <sup>12</sup> lini.  
 Nec tamen emendo: labor hic quam scribere major,  
 Mensque pati durum <sup>13</sup> sustinet ægra nihil.  
 Scilicet incipiam <sup>14</sup> limâ, <sup>15</sup> mordacius uti,

Eleg. V. 2 Id est, qui in præcipuis tuis amicis erat. 3 Ne require. 4 Putredine vitientur. 5 Ducere carmen eleganter dicitur pro facere, componere. 6 Peritia usus confirmata. 7 Id est, otio, ac desidia inerti, exercitatione deficiente. 8 Multo labore, quo vix efficio, ut aliquid versuum componam. 9 Feros. 10 Magno labore opus est, dum versum aliquem deducturus sum. 11 Æque durus fit versus, & insuavis, ac est fatum meum. 12 Dederi, emendari. 13 Patitur nil grave. 14 Emendatione, *muta-  
pripinâs*. Sæpè vox *lima* de emendatione scriptorum adhibetur præcipuè à Plin. Sec. in epistolis. Vid. Indicem Lat. Cellarianum. 15 Accuratus.

Et



Et sub iudicium singula verba vocem? 20  
 Torquet enim Fortuna parum, <sup>16</sup> nisi Nilus in <sup>17</sup> Hebrum

Confluat, & frondes Alpibus addat <sup>18</sup> Athos?  
 Subducant oneri colla <sup>19</sup> miserabile vulnus habenti.

Subducant oneri colla <sup>20</sup> perusta boves. 25

At, puto, <sup>21</sup> fructus adest, <sup>22</sup> justissima causa laborum,

Et fata cum multo fœnore reddit <sup>23</sup> ager.

Tempus ad <sup>24</sup> hoc nobis (repetas licet omnia) nullum

Profuit (atque utinam non <sup>25</sup> nocuisset!) <sup>26</sup> opus.

Cum igitur scribam, miraris? Miror & ipse,

Et mecum quæro sæpè, quid inde <sup>27</sup> feram. 30

An populus <sup>28</sup> verè sanos negat esse Poëtas:

*pruiba.* Sumque fides hujus maxima <sup>29</sup> vocis ego?  
 Qui, <sup>30</sup> sterili toties cum sim deceptus ab arvo,

Damnosa <sup>31</sup> persto condere semen humo.

Scilicet est <sup>32</sup> cupidus studiorum quisque suorum; 35

Tempus & assuetâ ponere in arte <sup>33</sup> iuvat.

Saucius <sup>34</sup> ejurat pugnam gladiator, & idem

Immemor antiqui vulneris <sup>35</sup> arma capit.

Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis;

Et ducit <sup>36</sup> remos, qua modo <sup>37</sup> navit aquâ. 40

Sic ego constanter studium non utile <sup>38</sup> carpos;

<sup>16</sup> Per parcemiam, id est, nisi cura cure, & malis addatur.

<sup>17</sup> Hebrus, Thraciæ fluvius. <sup>18</sup> Athos, mons est in Macedonia,

à Xerxe professus. Cæterum hæc duo disticha ironice sunt accipiendi.

<sup>19</sup> Misericordia dignum, & grave. <sup>20</sup> Attrita, id est, ne postuletur à me afflicto tot miseriis,

ut accuratius versus meos expoliam. Allegorice vero Ovidius loquitur.

<sup>21</sup> Utilitas. <sup>22</sup> Ob quem juste laborem eum suscipio.

<sup>23</sup> Iterum allegorice, meorum carminum fructus aliquis eiisque satis magnis. Ironia. <sup>24</sup> Usque ad hoc tempus.

<sup>25</sup> Nocere enim libri de Arte. <sup>26</sup> Carmen. <sup>27</sup> Scil. utilitatis, & fructus.

<sup>28</sup> Vere dicit, non compositus mentis esse Poëtas. <sup>29</sup> populi vocis. An ego sententiæ huic, & verbo populi fidem forsitan facio?

<sup>30</sup> Poësi, sterili, ac infertili arte. <sup>31</sup> Persisto, pergo operam dare Poësi, & carmina scribere. <sup>32</sup> Cuique suum pulcrum, quisque suâ arte oblectatur.

<sup>33</sup> Libet, volupe est, oblectat. <sup>34</sup> Affirmat, se amplius in posterum non esse pugnaturum. <sup>35</sup> Denuo pugnat, & redit ad arma, artemque consuevit.

<sup>36</sup> Navigavit. <sup>37</sup> Tanquam naufragus. <sup>38</sup> Sector, urgeo, eique incumbo. Metaphora deducta est ab iis, qui exercent lanificium.



Et repeto, nollem quas coluisse, <sup>39</sup> Deas.  
 Quid potius <sup>40</sup> faciam? non sum <sup>41</sup> qui segnia ducam  
 Otia: <sup>42</sup> mors nobis tempus habetur iners.  
 Nec juvat <sup>43</sup> in lucem nimio <sup>44</sup> marcescere vino, 45  
 Nec tenet <sup>45</sup> incertas alea blanda manus.  
 Cum dedimus somno, quas corpus postulat, horas,  
 Quo <sup>46</sup> ponam vigilans tempora longa modo?  
<sup>47</sup> Moris an oblitus patrii contendere discam  
 Sarmaticos arcus, & <sup>48</sup> trahar arte loci? 50  
 Hoc quoque me studium prohibent assumere <sup>49</sup> vires;  
 Mensque magis <sup>50</sup> gracili corpore nostra valet.  
 Cum <sup>51</sup> bene quæsieris, quid agam; magis utile nil est  
 Artibus his, quæ nil utilitatis habent. <sup>52</sup>  
 Consequor ex illis casibus obliviam nostri; 55  
<sup>53</sup> Hanc satis est messem si mea reddit humus.  
 Gloria vos <sup>54</sup> acuat: vos ut <sup>55</sup> recitata probentur  
 Carmina, <sup>56</sup> Pæciis invigilate choris.  
 Quod venit <sup>57</sup> ex facili, satis est componere nobis:  
 Et nimis <sup>58</sup> intenti causa laboris <sup>59</sup> abest. 60  
 Cur ego sollicitâ poliam mea carmina curâ?  
 An verear, ne non approbet illa Getes?

39 Musas, Poësin repeto, quam nollem unquam coluisse.  
 40 Quam scribam versus. 41 Scilicet ille, talis homo, qui sit otio deditus. 42 Constructio sic habet: *tempus iners*, id est, quod nihil honesti agitur, *habetur nobis*, id est, mihi, à me, existimatur, *mors*. Plane sic Seneca, Ep. XI. 73. ad Lucil. *Otium sine literis mors est, & vivi hominis sepultura*. 43 Usque dum dies oriatur. 44 Marcidum reddi, & crapula languere. 45 Quæ non norunt, quæ lusus fortuna, & exitus sita sit. 46 Quo modo transigam. 47 Exercitationum patriarum, hoc est, Romæ obtinentium. 48 Capiar, delecter. 49 Quæ jam sunt debilitate. 50 Mens est magis firma, magis viget, quam corpusculum teæue, ac im-

becille. 51 Probe. 52 Id est, Poësis. 53 Hoc si consequar è studio meo, sufficit. 54 Excitet ad præclarum quid, ac elegans scribendum. 55 Inter convocatos amicos, aliosque, nam solemne fuit Romanis scripta sua recitare, ut vel è solo Plinio intelligitur. Mos profecto is longa fuit saluberrimus, & si fieri possit, dignus, qui hodie revocetur in usum. Consule Reimmanni ideam Systematis Antiquitatis literariæ, p. 155. seq. Ipse Ovidius huius ritus passim habet mentionem. 56 Operam date faciendis versibus. 57 Facile à nobis potest scribi. 58 Magni, accuratioris. 59 Non habeo causam, cur magno labore carmina componam.

For-



60 Forsitan audacter faciam, sed gloriôr, Istrûm  
 Ingenium nullum majus habere meo.  
 61 Hoc (ubi vivendum) satis est si consequor arvo, 65  
 Inter inhumanos esse Poëta Getas.  
 62 Quo mihi diversum fama 63 contendere in orbem?  
 Quem 64 fortuna dedit, Roma 65 sit ille locus.  
 Hoc mea contenta est infelix Musa 66 theatro: 70  
 Sic merui; magni sic voluere 67 Dei.  
 Nêc reor 68 hinc 69 istuc nostris iter 70 esse libellis,  
 Quo Boreas, 71 pennâ deficiente, venit.  
 Dividimur 72 cœlo; quæque est procul urbe 73 Quirini  
 Aspicit 74 hirsutos cominus 75 Ursa Getas;  
 Per tantum terræ, tot aquas vix credere possim. 75  
 76 Indiciûm studii transiluisse mei.  
 Finge 77 legi; quodque 78 est mirabile, finge placere:  
 79 Auctorem certè res juvet ista nihil.  
 Quo tibi, si 80 calidâ 81 positus laudêre 82 Syene?  
 Aut ubi 83 Taprobanen Indica cingit aqua? 80  
 Altius ire libet? Si te distantia longe  
 Pleiadam laudent signa, 84 quid inde feras?  
 Sed neque pervenio scriptis 85 mediocribus istuc;

60 Forsitan audax sum, dum dico reliqua. 61 Ita habet structura versus, satis est, scilicet, mihi, hoc in arvo terra Scythica, ubi vivendum mihi est, si consequor illud, nempe, ut putet esse Poëta inter Getas inhumanos, qui studiorum plane rudes sunt. 62 Quid inde ad me utilitatis redundabit? 63 Si scripta mea perveniant in urbem Romam, & fama mea, si ibi celebretur, tantum alio in orbe. 64 Factum, casus, locus, quo sum relegatus. 65 Sit mihi Romæ instar. 66 In quo quasi spectetur, & celebretur. 67 Cæsares. & præcipue Augustus. 68 Tomis. 69 Romam. 70 Pervenire nostra carmina. 71 Aliis deficientibus, & lassis, alatos enim fingi ventos, è lectione Poëtarum cons-

tat. 72 Sub cœli diversa plaga sum. 73 Romuli, qui ita dicitur à Quiri, hasta, vel à Curibus. Vid. Ovid. Pastor. II. 475. 74 Coma longa, & pellibus tectos, ut loquitur Trist. V. 10. 82. 75 Septentriones, cœleste sidus, sub quo sita Scythia. 76 Aliquid è scriptis, & meis carminibus meis. 77 Scilicet, aliquid è carminibus meis. 78 Quod maxime mirarer, quia omnia, quæ nunc à me scribuntur, non polita, & elegantia sunt. 79 Mè Nasonem. 80 Calida dicitur, quia sita est sub tropico Cancrî. 81 Vitam degens. 82 Urbe est in Ægypto. 83 Indie insula. 84 Quid tibi id proderit? id est, nihil proderit. 85 Non admodum politis carminibus.



<sup>86</sup> Famaque cum domino fugit ab Urbe suo.  
 Vosque, quibus <sup>87</sup> perii tunc, cum mea fama <sup>88</sup> supul-  
 ta est,  
 Nunc quoque de <sup>89</sup> nostra morte <sup>90</sup> tacere reor. 86

<sup>86</sup> Fama à me fugit, tum cum in exsilium fui profectus. <sup>88</sup> Pe-  
 Roma concederem in exsilium, rere cœpi, quum amitterem bo-  
 id est, famam amisi, postquam nam famam. <sup>89</sup> De me quasi  
 sum factus exsul. <sup>87</sup> Qui me pu mortuo. <sup>90</sup> Non meminisse am-  
 tastis mortuum eo tempore, quo plius mei in exsilium ire jussi.

## EPISTOLA VI.

## GRÆCINO.

## ARGUMENTUM.

*Ad Græcinum scribens docet Poëta eum non adfuisse eo tempore, quo ab Augusto relegatus est: quem arbitratur magnum cepisse dolorem, quum primum rem omnem acceperit. Secundo eum rogat, ut alloquio suo, & litteris saltim consoletur: nec scire cupiat, quam ob causam exsularit, ne recrudescant vulnera iam occlusa. Postmodum docet, non prorsus sibi ademptum esse spem reditus, fateaturque simul, in Caesaris clementia plurimum sperare, quem ut sibi reconciliet, precatur. Demum dicit, omnia impossibilia potius fieri posse, quam credere se à Græcino, fido, & veteri amico, posse destitui.*

**E**Cquid <sup>2</sup> ut audisti (nam te diversa <sup>3</sup> tenebat  
 Terra) meos <sup>4</sup> casus, cor tibi triste fuit?  
 Dissimules, metuasque licet, Græcine, fateri;  
 Si bene te novi, triste <sup>5</sup> fuisse liquet.  
 Non <sup>6</sup> cadit in mores feritas <sup>7</sup> inamabilis istos; 5  
 Nec minus à studiis <sup>8</sup> dissidet illa tuis.  
 Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,  
 Pectora <sup>9</sup> mollescunt, <sup>10</sup> asperitasque fugit.  
 Nec quisquam meliore <sup>11</sup> fide complectitur illas,  
<sup>12</sup> Quia sinit officium, militiæque labor. 10

Eleg. VI. 2 An. 3 Aberas  
 Roma. 4 Exsilium, relegatio-  
 nem. 5 Cor nempe. 6 Conve-  
 nit moribus tuis. 7 In miseri-

cordia. 8 Abhorret, ac est alie-  
 na. 9 Humana fiunt. 10 Immi-  
 tis animus. 11 Rectius, magis  
 amat. 12 In quantum.

P

Cer-



Certe ego, cum <sup>13</sup> primum potui sentire quid essem,  
(Nam fuit <sup>14</sup> attonito mens mihi nulla diu)

Hoc quoque Fortunæ sensi <sup>15</sup> quod amicus <sup>16</sup> abesses,

Qui mihi <sup>17</sup> præsidium grande futurus eras.

Tecum tunc aberant ægræ solatia mentis, 15

Magnaque pars animæ, consilii que mei.

At nunc, quod superest, fer opem, precor, <sup>18</sup> eminus  
<sup>19</sup> unam,

<sup>20</sup> Alloquioque juva pectora nostra tuo:

Quæ <sup>21</sup> (non mendaci si quidquam credis amico)

Stulta magis dici, quam scelerata, decet. 20

Nec leve, nec tutum, peccati quæ sit origo,

Scribere: <sup>22</sup> tractari vulnera nostra timent.

Qualicumque modo mihi sint ea <sup>23</sup> facta, rogare

Desine, non agites, siqua <sup>24</sup> coïre velis.

Quicquid id est, ut non facinus, sic culpa vocandum, 25

Omnis an in magnos culpa Deos scelus est?

Spes igitur menti poenæ, Græcine, levandæ

Non est ex toto <sup>25</sup> nulla relicta meæ.

<sup>26</sup> Hæc Dea, cum fugerent sceleratas numina terras,

In Dis invisâ sola remansit humo. 30

Hæc facit, ut vivat victus quoque compede <sup>27</sup> fossor,

Liberaque à ferro <sup>28</sup> crura futura putet.

Hæc facit, ut, videat <sup>29</sup> cum terras undique nullas,

Naufragus in mediis brachia jactet aquis.

Sæpè aliquem solers medicorum cura reliquit; 35

Nec spes huic, <sup>30</sup> venâ deficiente, cadit.

Carcere dicuntur clausi sperare salutem:

Atque aliquis pendens in cruce <sup>31</sup> vota facit.

<sup>13</sup> Quam primum, postquam  
rescivi, me exsulem futurum ex  
Augusti voluntate. <sup>14</sup> Perter-  
refactus in diu extra me fui po-  
situs. <sup>15</sup> A fortuna adversa e-  
tiam illud esse, quod reliqua.  
<sup>16</sup> Tu. <sup>17</sup> Auxilio poteras esse.  
<sup>18</sup> Absens. <sup>19</sup> Hanc solam. <sup>20</sup>  
Litteris solatiis plenis. <sup>21</sup> Sci-  
licet mea pectora, seu me. <sup>22</sup> At-  
tingi noli. <sup>23</sup> Vulnera. <sup>24</sup> Sa-  
nari si qua vulnera cupias, ne  
agites, aut frices ea. <sup>25</sup> Omni-  
no, planè nulla. <sup>26</sup> Spes. Vid.  
Hesiod. *Ἔργα καὶ ἡμέραι*. l. I.  
Nostrum. Metam. l. 150. <sup>27</sup> Ser-  
vus victus, agrum compedibus  
ligatus colens. <sup>28</sup> Vinculis, com-  
pedibus. <sup>29</sup> Quamvis. <sup>30</sup> Ces-  
sante ferme venarum pulsu. <sup>31</sup>  
Diis scilicet si faciant, ut à morte  
liberetur.



Hæc Dea quam multos <sup>32</sup> laqueo sua colla ligantes  
 Non est <sup>33</sup> propositâ passa perire nece. 40  
 Me quoque, conantem gladio finire dolorem,  
 Arcuit, injectâ continuitque manu.  
 Quidque facis? Lacrymis opus est, non sanguine, dixit:  
 Sæpè per has flecti Principis ira solet.  
 Quamvis est igitur meritis <sup>34</sup> indebita nostris, 45  
 Magna tamen spes est in bonitate <sup>35</sup> Dei.  
 Qui ne <sup>36</sup> difficilis mihi sit, Græcine, precare:  
 Confer & <sup>37</sup> in votum tu quoque verba meum.  
 Inque Tomitanâ <sup>38</sup> jaceam tumulatus arenâ,  
 Si te non nobis ista vovêre liquet. 50  
 Nam prius incipiant <sup>39</sup> turres vitare columbæ,  
 Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas;  
 Quam male se præstet veteri Græcinus amico.  
 Non ita sunt fatis omnia <sup>41</sup> versa meis. 54

<sup>32</sup> Desperantes, ideoque laqueo gulam frangere sibi volentes. <sup>33</sup> Qua sibi proposuerant mori. <sup>34</sup> Spes de clementia Principis mihi non debetur, scilicet. quamvis non debeam sperare de clementia Augusti propter peccatum meum. <sup>35</sup> Augusti. <sup>36</sup> Iratus, & implacabilis. <sup>37</sup> Ad votum meum, nempe restitutionem, aut mutationem exilii impetrandam. <sup>38</sup> Moriar, se-

peliarque hanc in terra, nisi certum est, *reliqua*. Quo fiduciam, & spem in Græcino collocatam significat. <sup>39</sup> Alta domicilia, in quibus libenter commorantur. <sup>40</sup> Gerat se erga amicum veterem. <sup>41</sup> Non adeo est mala mea fortuna, ut hoc de re mihi sit verendum: non omnia fatis meis, hoc est, exsilio, tam sunt desperata, ut *reliqua*.

## EPISTOLA VII.

## MESSALINO.

## A R G U M E N T U M.

*E* Ponto ad Messalinum hanc scripsit epistolam Ovidius, docetque simul ejus patris, fratrisque amorem. Loquitur deinde de pæna, qua cum effecit Augustus, cuius causa se ab eo minime rejiciendum esse colligit. Ostendit postremò, se officiosum semper fuisse in ejus domum.

<sup>2</sup> **L** Ittera pro verbis tibi, Messaline, salutem,  
 Quam legis, à sævis attulit usque Getis.

<sup>2</sup> Epistola, ut Tristium III. 7. 2.

P 2

In-



Indicat auctorem locus ? an nisi nomine lecto,

Hæc me Nasonem scribere verba laret?

Ecquis in extremo positus jacet ? orbe 4 tuorum,

Me tamen excepto , qui precor esse 5 tuus?

Dī procul à cunctis , qui te venerantur , amantque,

Hujus notitiam 6 gentis abesse velint.

Nos satis est inter glaciem , Scythicasque sagittas

Vivere ; si vita est mortis habenda 7 genus.

8 Nos premat aut bello tellus , aut frigore cœlum,

Truxque Getes armis , grandine pulset hyems :

Nos habeat regio , nec pomo 9 foeta , nec uvis ;

Et cujus nullum cesset ab hoste latus.

Cætera sit 10 sospes cultorum turba tuorum ;

In quibus , 11 ut populo , pars ego parva fui.

Me miserum , si tu verbis 12 offenderis istis ;

Nosque negas ulla 13 parte fuisse tuos !

Idque sit ut verum , 14 mentito ignoscere debes.

Nil demit laudi 15 gloria nostra tuæ.

Quis se Cæsaribus notis non fingit amicum?

Da veniam fasso ; tu mihi 16 Cæsar eris.

Nec tamen 17 irrumpo , quo non licet ire : satisque est,

18 Atria si nobis non patuisse negas.

Utque 19 tibi fuerit mecum nihil amplius , uno

Nempe salutaris , quam prius , ore 20 minus.

Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos,

3 Ultima plaga ad septentriones. 4 Ex tuis amicis. 5 Qui rogo , ut etiam nunc me vel potissimum habens in tuis. 6 Gentis Geticæ. 7 Si mortis genus , id est , exsilium meum , dicenda vita est , nam exsul civili ratione mortuus judicabatur : quamquam Naso etiam ad calamitatem suam , & miseram vitæ rationem respicit. 8 Me. 9 Facunda , & fertilis. 10 Felix. 11 Inter quos , tanquam in populo , nam multi te colunt , ipse etiam ego eram. 12 Quis me amicum , & cultorem tuum dico fuisse. 13 Ulla ratione. 14 Quamvis verum sit , me nulla ratione ad tuos cultores pertinuisse. 15 Gloria ea , qua me tuum fuisse amicum dico. 16 Id est , ego te tam honoravi , amavi que , ac Cæsarem alii. 17 Non tamen glorior me tibi fuisse familiarissimum. 18 Quo se conferebant mane salutatum venientes patronos. Seneca , epist. 84. *intuere , inquit , illas potentium domos , illa tumultuosa , rixa salutantium limina.* Plinius , ep. 7. lib. 3. n. 4. *Salutabatur , colebatur , cætera.* Adde Cellarium ad Cic. 1. Cat. c. 4. extr. 19 Quamvis nulla ætiori tibi junctus fuerim amicitia. 20 Unus ego desum ex iis , qui mane te salutatum accessere.

Hor-



Hortator studii, causaque, <sup>21</sup> faxque mei.  
 Cui nos & lacrymas, supremum in funere munus,  
<sup>22</sup> Et dedimus medio scripta canenda foro. 30  
 Adde quod est frater tanto tibi junctus amore,  
 Quantus in <sup>23</sup> Atridis, <sup>24</sup> Tyndaridisque fuit:  
 Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est:  
 Si tamen hæc illi non <sup>25</sup> nocitura putas.  
 Si <sup>26</sup> minus, hac quoque me mendacem parte <sup>27</sup> fate-  
 bor. 35  
 Clausa mihi potius tota sit ista domus.  
 Sed neque claudenda est; & nulla potentia vires  
<sup>28</sup> Præstandi, ne quid peccet amicus, habet.  
 Et tamen ut <sup>29</sup> cuperem, culpam quoque posse negari;  
<sup>30</sup> Sic facinus nemo nescit abesse mihi. 40  
 Quod nisi delicti pars excusabilis esset;  
 Parva relegari poena futura <sup>31</sup> fuit.  
 Ipse sed hoc vidit, qui pervidet omnia, Cæsar;  
 Stultitiam dici crimina posse mea.  
 Quaque <sup>32</sup> ego permisi, quaque est res passa, peper-  
 cit: 45  
 Usus est & modice fulminis <sup>33</sup> igne sui.  
 Nec vitam, nec opes, nec ademit <sup>34</sup> posse reverti;  
 Si sua per vestras victa sit ira preces.  
 At graviter <sup>35</sup> cecidi: quid enim mirabile, si quis  
 A <sup>36</sup> Jove percussus non leve vulnus habet? 50

<sup>21</sup> Impulsor. <sup>22</sup> Cui mortuo  
 lessum in foro canendum cons-  
 cripsi. <sup>23</sup> Agamemnone, & Me-  
 nelao, qui *Atrida* dicuntur, quia  
 ab *Atreo*, rege Mycænarum, pa-  
 truo, adoptati erant, filii vero  
 fuere Plisthenis. <sup>24</sup> Castor, &  
 Pollux innuuntur, Tyndari filii.  
<sup>25</sup> Propter Augustum forte Cæ-  
 sare. <sup>26</sup> Si putas, ipsi noce-  
 re, quod me amico usus est.  
<sup>27</sup> Hac etiam in re. Dicam,  
 me inter domus tuæ cultores non  
 fuisse, siquidem ea res tibi pos-

sit nocere. <sup>28</sup> Præstare pecca-  
 tum amici. Vor eines Freundes  
 Missethat stehen. <sup>29</sup> Quamvis.  
<sup>30</sup> Sic norant omnes, me aliquid  
 admisisse, quo vel exsilio gravio-  
 rem pœnam mererer. <sup>31</sup> Fuisset  
 relegatio, cum crimine compa-  
 rata, poena admodum levis. <sup>32</sup>  
 In quantum. <sup>33</sup> Ceu Jupiter suo  
 fulmine. <sup>34</sup> Potestatem, & spem  
 redeundi in patriam. <sup>35</sup> Deveni-  
 in gravissimum malum. <sup>36</sup> Ab  
 Augusto, tanquam altero Jove.

P 3

Ipse



Ipse suas ut jam vires <sup>37</sup> inhiheret Achilles,

Missa graves ictus <sup>38</sup> Pelias hasta <sup>39</sup> tulit.

Judicium nobis igitur cum <sup>40</sup> vindicis adsit,

Non est cur tua me janua nosse neget.

Culta quidem (fateor) citra, <sup>41</sup> quam debuit, illa: <sup>55</sup>

Sed fuit in fati hoc quoque, credo, meis.

Nec tamen officium <sup>42</sup> sensit magis altera nostrum,

<sup>43</sup> Hic, illic, vestro sub <sup>44</sup> Lare semper eram.

<sup>45</sup> Quæque tua est pietas, ut te non <sup>46</sup> excolat ipsum,

Jus aliquod <sup>47</sup> tecum fratris amicus habet.

Quid, quod, ut <sup>48</sup> emeritis referenda est gratia semper, <sup>60</sup>

Sic <sup>49</sup> est fortunæ promeruisse <sup>50</sup> tuæ?

Quod si permittis nobis suadere, quid <sup>51</sup> optes,

Ut des, quam reddas, <sup>52</sup> plura, precare Deos.

Idque <sup>53</sup> facis, quantumque licet meminisse, solebas <sup>65</sup>

Officii causam pluribus esse <sup>54</sup> dati.

<sup>55</sup> Quo libet in numero me, Messaline, repones;

Sim modo pars vestræ non <sup>56</sup> aliena domus.

Et mala Nasonem (quoniam meruisse videtur)

Si non ferre ~~ne~~ doles, at <sup>58</sup> meruisse dole. <sup>70</sup>

<sup>37</sup> Etsi non omnibus vibrabat viribus. <sup>38</sup> Quia in *Pelio* monte *Thessal.* cæsa, & à patre *Peleo* Achilli donata erat. Vid. eam describentem *Homerum*, *Iliad.* 16. 140. <sup>39</sup> Id est, intulit. <sup>40</sup> Quum ipse *Augustus*, à quo punitus sum, me excuset quodammodo judicio suo. <sup>41</sup> Non pro eo, ac debuit coli. <sup>42</sup> Magis tamen nulla aliis a me domus culta est. <sup>43</sup> Sive in tua, sive fratris domo. <sup>44</sup> Domo, sup. l. 1. 10. <sup>45</sup> Amor erga fratrem. <sup>46</sup> Quamvis teipsum non colat digne. <sup>47</sup> Apud te jus ha-

ber aliquod amicus fratris tui. <sup>48</sup> Bene de amicis meritis. <sup>49</sup> Deceat fortunam tuam, seu te fortunatum. <sup>50</sup> Parare tibi amicos, alios miseros adjuvare. <sup>51</sup> A Diis petas. <sup>52</sup> Beneficia potius aliis exhibeas, quam ab aliis accipias. <sup>53</sup> Plura das, quam accipis. <sup>54</sup> Aliis plura officia prestabas, quam accipiebas. <sup>55</sup> Numera me modo inter cultores tuos, vel infimos. <sup>56</sup> Modo non plane excludar ex iis, qui te colunt. <sup>57</sup> Perpeti. <sup>58</sup> Saltim dole, ea me meruisse.



## EPISTOLA VIII.

## SEVERO.

## ARGUMENTUM.

*Severo amico exponit, se cinctum hostibus in assiduis semper præliis versari, miroque amicorum, conjugis, filiae, & patriæ desiderio teneri. Simul dolet, quod quum careat prædulo, & hortis, arando, & seminando curas imminuat. Colligit tamen præ hostium multitudine, quæ Tomitanam civitatem semper infestant, non posse id sibi præstari. Postremo latatur, quod contra in Severo sint omnia secunda, monetque, ut impetret locum aliquem magis propinquum dari sibi ab Augusto.*

**A** Tibi dilecto missam Nasone salutem  
 Accipe, pars animæ <sup>2</sup> magna, Severe, mea.  
 Neve roga, quid agam: si persequar <sup>3</sup> omnia, flebis:  
 Summa satis <sup>4</sup> nostri sit tibi nota mali.  
 Vivimus assiduis expertes pacis in armis, 5  
 Dira pharetrato <sup>5</sup> bella movente Getâ.  
 Deque tot <sup>6</sup> expulsis sum miles <sup>7</sup> in exsule solus:  
 Tuta (nec invideo) <sup>8</sup> cætera turba jacet.  
 Quoque magis nostros veniâ dignere libellos,  
 Hæc in <sup>9</sup> procinctu carmina facta leges. 10  
 Stat vetus urbs, ripæ vicina binominis <sup>10</sup> Istri,  
 Mœnibus, <sup>11</sup> & positu <sup>12</sup> vix adeunda loci.  
<sup>13</sup> Caspius Ægyptus (de se si credimus <sup>14</sup> ipsis)  
 Condidit, & proprio nomine dixit <sup>15</sup> opus.  
<sup>16</sup> Hanc ferus, <sup>17</sup> Odrysiis inopino <sup>18</sup> Marte peremptis, 15

<sup>2</sup> Horat. I. Od. 3. 8. *Et serpes anima dimidium meæ.* Maxima amicitia judicatur. <sup>3</sup> Narrem tibi omnia mala, quæis premor. <sup>4</sup> Sufficiat tibi, si summa noris malorum meorum. <sup>5</sup> Pharetram & sagittas portante. <sup>6</sup> Exsulibus. <sup>7</sup> Dum exsul sum, miles etiam esse cogor, & arma adversus diros capere Getas. <sup>8</sup> Exsulum turba. <sup>9</sup> Quum armatus,

& paratus ad pugnam forem. <sup>10</sup> Nam & Ister dicitur & Danubius. <sup>11</sup> Ob mœnia. <sup>12</sup> Quia scilicet in arduo, & saxoso sita est loco, & accedi facile non potest. <sup>13</sup> Ex gente Casp. <sup>14</sup> Ægyptiis de suæ urbis origine tradentibus. <sup>15</sup> Ægyptum. <sup>16</sup> Urbem. <sup>17</sup> Id est, Thracibus, nam Oerysiis in Thracia fuere. <sup>18</sup> Bello.



Cēpit, & in <sup>19</sup> Regem sustulit arma Getes.  
 Ille memor magni generis, virtute quod auct,  
 Protinus innumero milite cinctus adest.  
 Nec prius abscessit, meritā quam cāde nocentum  
 Se <sup>20</sup> nimis ulciscens, extitit ipse nocens. 20  
 At tibi Rex ævo <sup>21</sup> detur fortissime nostro,  
 Semper honoratā scepra tenere manu.  
 Teque, <sup>22</sup> quod & præstat (quid enim tibi <sup>23</sup> plenius  
 optem?)  
 Martia cum magno Cæsare Roma <sup>24</sup> probet.  
 Sed memor unde <sup>25</sup> abii, queror, ô jucunde soda-  
 lis, 25,  
 Accedant nostris sæva quod arma malis.  
 Ut careo vobis Scythicas detrusus in <sup>26</sup> oras;  
 Quatuor <sup>27</sup> autumnos Pleias orta facit.  
 Ne tu credideris urbanæ commoda vitæ  
 Quærere <sup>28</sup> Nasonem, quærit & illa tamen. 30  
 Nam modo vos animo dulces reminiscor, amici;  
 Nunc mihi cum carâ conjuge nata <sup>29</sup> subit;  
 Eque domo rursus pulchræ loca vector ad Urbis,  
 Cunctaque <sup>30</sup> mens oculis pervidet illa suis:  
 Nunc fora, nunc <sup>31</sup> ædes, nunc marmore tecta theatra, 35  
 Nunc subit æquata <sup>32</sup> porticus omnis humo.  
 Gramina nunc <sup>33</sup> campi pulchros spectantis in hor-  
 tos,

<sup>19</sup> Rhoemetaces forte fuit, aut Cotys, filius Thraciæ regis. <sup>20</sup> Modum excedens, se ulciscendo, ipse peccavit. <sup>21</sup> Qui barbaros Ægypto, & vicinis Tomo locis expulisti. <sup>22</sup> Quod Roma etiam facit. <sup>23</sup> Majus, & excellentius. <sup>24</sup> Amet te bellicosa Roma. <sup>25</sup> Sum digressus. <sup>26</sup> Letho quasi datus, dum missus fui in exsilium. <sup>27</sup> Quatuor anni sunt. Cererum Pleias orta dicitur ortu acronycho: nam, ut Cellarius, qui ipsum hunc nostri locum ut exemplum ortus acronychi adfert in Elementis Astronomiæ, p. 39. vespere oritur, cum Sol in Scorpione, signo opposito, est. Adde Plin. XVIII. 32. <sup>28</sup> Quippe qui jam feris Scytharum moribus assuetus sum. <sup>29</sup> Venit in mentem, recordor natæ, eamque desidero. <sup>30</sup> Omnia urbis Romæ pulchra loca animo cerno. <sup>31</sup> Sacræ, templa. <sup>32</sup> Debebat scilicet æquari solum, & complari propter colles. <sup>33</sup> Martii, cui adjacent horti pulcherrimi.



34 Stagnaue & 35 Euripi, 36 Virgineusque liquor.  
 At, puto, sic Urbis misero est erepta voluptas,  
 Quolibet 37 ut saltem rure frui liceat. 40  
 Non meus 38 amissos animus desiderat agros,  
 Ruraque Peligno 39 conspicienda solo:  
 Nec quos piniferis positos in collibus hortos  
 Spectat Flaminiae 40 Claudia juncta viæ:  
 Quos ego nescio cui colui, quibus ipse solebam 45  
 Ad sata 41 fontanas (nec pudet) addere 42 aquas.  
 Sunt tibi, si 43 vivunt, nostrâ quoque 44 consita quon-  
 dam,  
 Sed non & nostrâ 45 poma legenda manu.  
 Pro quibus amissis utinam contingere possit  
 Hic saltem profugo 46 gleba colenda mihi! 50  
 Ipse ego 47 pendentes (liceat modo) rupe capellas,  
 Ipse velim baculo pascere 48 nixus oves.  
 Ipse ego, ne solitis 49 insistant pectora curis,  
 Ducam rurículas sub jugâ 50 panda boves.  
 Et discam Getici quæ 51 norint verba juveni,  
 Assuetas illis adjiciamque 52 minas. 55

34 In quibus aqua colligitur in Campo Martio, etiam lacus à Jul. Cesar. trans Tiberim ad pugnam navalem fodi jussus. 35 Aquæ ductus, in primis à Julio Cesare Circo additos. Lege Sueton. & ejus interpretes. 36 Virgineus liquor, scil. aqua Virgo appellata est, quod, quum milites aquam quærerent, virgo quedam ipsis scaturigines quasdam monstravit, quas secuti fodiendo magnam aquæ copiam invenerunt. 37 Saltem aliquantum ameno rure licet mihi frui. Prolepsis est, ad quam mox respondet. 38 Relictos. 39 Quos habui, possedi in Pelignis, ubi patria Nasonis, Sulmo, erat. 40 Claudia via contigua Flaminie. Hic enim hortos habuit Ovidium, Flaminia via à C. Flaminio strata est, & nomen ab eo

accepit; duxit in Umbriam, & Ariminum, ut Claudia, seu Claudia Florentiam, Pistorium, & Lucam. 41 Consita, plantas, arborea. 42 Irrigare. 43 Virent, vigentque. 44 Plantatæ arbores fructifere, quarum fructus manu tua decerpas. 45 Fructus. Pomi enim vox generalis est. 46 Ager aliquis. 47 Ascendentes colles, & rupes. Virg. Eclog. I. 76.

Non ego vos posthac viridi pro-  
 jectus in anstro  
 Dumosa pendere procul de rupe  
 videbo.

De capellis loquitur. 48 Innixus. 49 Intenta sint, ut ex animo curas depellam. 50 Curva. 51 Verba pastorum, vel incolarum Scythiæ, quibus pascentes pecora utuntur. 52 Quibus pelluntur, agunturque pecora.

Ipse



Ipse manu <sup>53</sup> capulum prensi moderatus aratri  
 Experiar <sup>54</sup> motâ spargere semen humo.  
 Nec dubitem longis purgare <sup>55</sup> ligonibus arva,  
 Et dare jam, sitiens quas bibat hortus, aquas. <sup>60</sup>  
 Unde sed hoc nobis, <sup>56</sup> minimum quos inter & hostem  
 Discrimen murus, clausaque <sup>57</sup> porta facit?  
 At tibi nascenti (quod toro pectore lætor)  
 Nerunt fatales <sup>58</sup> fortia fila <sup>59</sup> Deæ.  
<sup>60</sup> Te modo campus habet, densâ <sup>61</sup> modo porticus um-  
 brâ;  
 Nunc, in quo ponis tempora <sup>62</sup> rata, <sup>63</sup> Forum.  
<sup>64</sup> Umbria nunc revocat, nec non <sup>65</sup> Albana petentem  
<sup>66</sup> Appia ferventi ducit in arva <sup>67</sup> rotâ.  
 Forsitan <sup>68</sup> hîc optes, ut justam supprimat iram  
 Cesar; & hospitium sit tua villa meum. <sup>70</sup>  
 Ah, nimium est, quod, amice, petîs! <sup>69</sup> moderatius  
 opta,  
 Et voti, quæso, contrahe <sup>70</sup> vela tui.  
 Terra, velim, proprior, nullique obnoxia bello  
 Detur; erit nostris pars <sup>71</sup> bona dempta malis. <sup>74</sup>

<sup>53</sup> *Sitiam*, quia manu capi-  
 tur ab aratoribus. <sup>54</sup> *Versa*,  
 arata. <sup>55</sup> *A lolio*. <sup>56</sup> *Scilicet*.  
 sperare licet. <sup>57</sup> *Qui cinctus*  
*sum hostibus ferocissimis*, quos  
 murus tantum, & clausa porta  
 urbis summovet. <sup>58</sup> *Felicem vi-*  
*tam potes ducere ex voluntate*  
*Parcarum*, & sati. <sup>59</sup> *Deæ fata-*  
*les Parca* sunt. <sup>60</sup> *Martius*. <sup>61</sup>  
*Densam umbram præbens*. <sup>62</sup>  
*Ubi raro causarum patronum*  
*agis*, quod in felicitatis parte  
 omnino est ponendum. <sup>63</sup> *Po-*  
*tissimum id*, quod *Romanum*,  
*magnum, vetus & Latium* est ap-  
 pellatum. *Tria enim erant fora*,  
 in quibus celebrabantur judicia,  
 id nempe, de quo diximus, &  
*forum Cæsaris*, necnon *forum*

*Augusti*. <sup>64</sup> *Est in Italia*, Sa-  
 binos inter & Etruriam, ubi præ-  
 dia Severus habebat. <sup>65</sup> *Alba-*  
*na arva sunt Albana prædia*, *Al-*  
*ba Longa* in Latio. <sup>66</sup> *Scilicet*.  
*via*, à Claudio *Appio*, qui mu-  
 nivit, dicta. <sup>67</sup> *Curru*, cujus  
 axes, & rotæ celeriter circum-  
 factæ calefiunt. <sup>68</sup> *In prædio*  
*tuo*. <sup>69</sup> *Non tam multum mihi*  
*debes optare*, qui ipse minore  
 Cæsaris gratia fuerim contentus.  
<sup>70</sup> *Metaphorice hæc dicuntur*,  
 perinde ut notum illud Horatii  
 II. 10. 13.

*Contractus ven'o nimium se-*  
*cundo*  
*Turgida vela.*  
<sup>71</sup> *Magna.*



## EPISTOLA IX.

## MAXIMO.

## ARGUMENTUM.

*F*actus certior Poëta literis Maximi, de obitu Celsi amici, à quo unice amabatur, sperabatque ejus precibus Maximum daturum operam, ut re-duceretur in patriam, dicit se eam epistolam lacrymis madefecisse, nec acerbius sibi quidquam ea res contigisse eo toto tempore, quo fuit in Ponto. Stimul ejus erga se ac etiam Maximum fidem, & amorem expo- nit; quam ob causam fatetur velle se quoquo potest modo ejus funus de- corare, sibi quoque, haud secus ac mortuo, ut opem ferat precatur.

**Q**UÆ mihi de <sup>2</sup> raptō tua venit epistola Celso,  
 Protinus est lacrymis humida facta meis.  
 Quodque nefas <sup>3</sup> dictū, fieri nec posse putavi,  
 Invitis oculis littera lecta tua est.  
 Nec quidquam ad nostras pervenit acerbius aures <sup>5</sup>  
<sup>4</sup> Ut sumus in Ponto; perveniatque, precor.  
 Ante meos oculos, tanquam <sup>5</sup> præsentis imago,  
<sup>6</sup> Hæret, & <sup>7</sup> extinctum vivere fingit amor.  
 Sæpè refert <sup>8</sup> animus lusus gravitate <sup>9</sup> carentes,  
 Seria cum <sup>10</sup> liquidâ sæpè peracta fide. <sup>10</sup>  
 Nulla tamen subeunt mihi tempora <sup>11</sup> densius illis,  
 Quæ vellem vitæ <sup>12</sup> summa fuisse meæ.  
 Cum <sup>13</sup> domus ingenti subito mea lapsa ruinâ  
 Concidit; in <sup>14</sup> domini procubuitque caput;  
 Adfuit ille <sup>15</sup> mihi, cum pars me magna <sup>16</sup> reliquit, <sup>15</sup>  
 Maxime; <sup>17</sup> Fortunæ nec fuit ipse comes,  
 Illum ego non aliter flentem mea funera <sup>18</sup> vidi,

<sup>2</sup> Morte sublato, & erepto no-  
 bis. <sup>3</sup> Dicit non debebat de lit-  
 teris tuis, quas nunquam non gra-  
 tissimas mihi futuras esse credi-  
 di. <sup>4</sup> Ab eo tempore, quo in  
 Ponto vixi. <sup>5</sup> Nempe Celsi mor-  
 tui. <sup>6</sup> Obversatur. <sup>7</sup> Mortuum.  
<sup>8</sup> Mecum reputo, & recorder.  
<sup>9</sup> Nemini insuaves, aut molestas.

<sup>10</sup> Certa, & incorrupta, non  
 infucata. <sup>11</sup> Crebrius. <sup>12</sup> Ulti-  
 ma. <sup>13</sup> Cum calamitas exsilii  
 mei ingrueret. <sup>14</sup> Meum Ovi-  
 dii. <sup>15</sup> Celsus mihi solatio præ-  
 sto erat. <sup>16</sup> Amicorum. <sup>17</sup> Non  
 secutus est fortunam, & cum ea  
 me deserit. <sup>18</sup> Meum casum.  
 exsilium.

Po-



Ponendus quam si frater in <sup>19</sup> igne foret.  
 Hæsit in <sup>20</sup> amplexu, consolatusque jacentem est,  
 Cumque meis lacrimis miscuit <sup>21</sup> usque suas. 20  
 O, quoties vitæ custos invisus <sup>22</sup> amara  
 Continuit <sup>23</sup> promptas in mea fata manus!  
 O, quoties dixit: placabilis ira <sup>24</sup> Deorum est!  
 Vive, nec ignosci tu tibi posse <sup>25</sup> nega.  
 Vox tamen illa fuit <sup>26</sup> celeberrima; respice quantum 25  
 Debet auxilii Maximus esse tibi.  
 Maximus incumbet: <sup>27</sup> quaque est pietate, <sup>28</sup> rogabit,  
 Ne sit ad extremum <sup>29</sup> Cæsaris ira tenax.  
 Cumque suis fratris vires <sup>30</sup> adhibebit, & omnem,  
 Quo levius <sup>31</sup> doleas, experietur opem. 30  
 Hæc mihi verba malæ <sup>32</sup> minuerunt tædia vitæ:  
 Quæ tu, ne fuerint, Maxime, vana, <sup>33</sup> cave.  
 Huc <sup>34</sup> quoque venturum mihi se jurare solebat;  
 Non nisi te longæ <sup>35</sup> jus sibi dante viæ.  
 Nam tua non alio coluit penetralia <sup>36</sup> ritu, 35  
 Terrarum dominos quam colis ipse <sup>37</sup> Deos.  
 Crede mihi, multos habeas cum <sup>38</sup> dignus <sup>39</sup> amicos,  
 Non fuit è multis quolibet <sup>40</sup> ille minor.  
 Si modo nec census, nec <sup>41</sup> clarum nomen avorum,  
 Sed probitas magnos, ingeniumque <sup>42</sup> facit. 40  
 Jure igitur lacrymas Celso libamus <sup>43</sup> adempto;

19 Quam si frater ejus esset mortuus, & jam in rogo cremandus. 20 Arcete, & diu me amplexabatur. 21 Perseveranter. 22 Molestus mihi, quia obsistebat, ne mihi manus ipse violentas inferrem. 23 Paratum me ad me ipsum interficiendum. 24 Cæsarum. 25 Ne de venia impetranda despera. 26 Frequentissima, frequentissime tamen verbis iis ad me usus est. 27 Operam dabit. 28 Pro pietate, & fide erga te sua. 29 Ne perduret semper Augusti ira. 30 Gratiā, qua valet apud Augustum. 31 Ut minuatur exsilii calamitas. 32 Molestissima, & misera. 33 Falsa, fac ut fiat id quod mihi de te Celsus confirmavit. 34 Tomos. 35 Potestatem te sibi ab Augusto proficisci ad me impetrante. 36 Domum. 37 Augustum, & ejus fam. 38 Quamvis habeas. 39 Quod & mereris. 40 Nemine minor fuit, nulli postponendus. 41 Pecunia, opes. 42 Si modo verum est, eos demum esse homines magnos, qui non censu, & illustri genere, sed probitate, ac ingenio tales censentur esse. 43 Damus, profundimus, ut sacrificantes faciunt, unde est metaphora sumpta.

Cum



Cum <sup>44</sup> fugerem , vivo quas dedit ille mihi.  
 Carmina jure damus raros <sup>45</sup> testantia mores;  
 Ut tua <sup>46</sup> venturi nomina , Celse , legant.  
 Hoc est , quod possum Geticis tibi mittere ab arvis: <sup>45</sup>  
 Hoc solum est istic , quod liquet esse meum.  
 Funera nec potui comitare , nec ungere <sup>47</sup> corpus:  
 Aque tuis toto dividor <sup>48</sup> orbe rogis,  
 Qui potui , quem tu pro numine <sup>49</sup> vivus habebas ,  
 Præstitit officium Maximus omne tibi. 50  
 Ille tibi exsequias , & <sup>50</sup> magni funus honoris  
 Fecit , & in gelidos <sup>51</sup> versit amoma <sup>52</sup> sinus:  
 Diluit & lacrymis moerens unguenta profusis,  
 Ossaque vicinâ <sup>53</sup> condita texit humo.  
 Qui , <sup>54</sup> quoniam extinctis , quæ debet , præstat amicis,  
 Et <sup>55</sup> non extinctis annumerare potest. 56

<sup>44</sup> Irem In exsilium. <sup>45</sup> Optimos , singulares. <sup>46</sup> Posterius.  
<sup>47</sup> Quod fieri solebat , ut Kirchmannus testatur l. i. c. 7. de Fun.  
 Rom. <sup>48</sup> Longissimè absum ab eo loco , ubi es crematus. <sup>49</sup> Quem tu , Maxime , colebas. <sup>50</sup> Funus curavit satis amplum , & splendidum. <sup>51</sup> Fudit. Vid. Virgil. Æn. VI. 244. notandus est Servii locus : *Fundere* , ait , *est supina manu libare* , quod fit in sacris supernis. *Vergere autem est conversa in sinistram manu ita fundere* , ne patera convertatur , quod in infernis sit. <sup>52</sup> Amomum odoratissima herba est. <sup>53</sup> Romæ vicina terra sepeliit. <sup>54</sup> Maximus. <sup>55</sup> Me exsulantem mortuis quasi potest connumerare , & redditum mihi ab Augusto impetrare.

## EPISTOLA. X.

## FLACC O.

## ARGUMENTUM.

*Ad Flaccum scribens Poëta , corporis languorem , ejusque rei causam exponit , eumque rogat cum fratre , ut sibi opem ferat , Augustumque ei mittorem reddat.*

**N**Aso <sup>2</sup> suo <sup>3</sup> profugus mittit tibi , Flacce , salutem;  
 Mittere rem si quis , qua caret ipse , potest.  
 Longus enim curis vitiatum <sup>4</sup> corpus amaris  
 Non patitur vires languor habere <sup>5</sup> suas.

<sup>2</sup> Ita construendum : Flacce , tibi suo. <sup>3</sup> Amico. <sup>4</sup> Debile.  
 Naso profugus mittit salutem <sup>5</sup> Debitas.

N.



Nec dolor ullus adest, nec febribus uror <sup>6</sup> anhelis, <sup>7</sup> s  
Et peragit soliti <sup>8</sup> vena tenoris <sup>9</sup> iter.

<sup>10</sup> Os hebes est, positæque movent fastidia <sup>11</sup> mensæ;  
Et queror, invisi <sup>12</sup> cum venit ora cibi.

Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aër;  
Nil ibi, quod nobis <sup>13</sup> esuriatur, erit.

<sup>14</sup> Nectar, & <sup>15</sup> ambrosiam, <sup>16</sup> latices epulasque <sup>17</sup> Deo-  
rum,

Det mihi formosa nava <sup>18</sup> Juventa manu;

Non tamen exacuit <sup>17</sup> torpens sapor ille palatum:

Stabit & in stomacho pondus <sup>20</sup> interte <sup>21</sup> diu.

Næc ego non ausim, cum <sup>22</sup> sint verissima, cuivis <sup>15</sup>  
Scribere; <sup>23</sup> delicias ne <sup>24</sup> mala nostra vocet.

Scilicet <sup>25</sup> is status est, ea rerum forma mearum,  
Deliciis etiam possit ut esse locus.

Delicias illi precor has contingere, si quis,  
Ne mihi sit levior Cæsaris ira, <sup>26</sup> timet.

Is quoque, qui gracili <sup>27</sup> cibus est in corpore somnus,  
Non alit officio corpus <sup>28</sup> inane suo.

Sed vigilo, vigilantque mei sine fine <sup>29</sup> dolores;  
Quorum materiam <sup>30</sup> dat locus ipse mihi.

Vix igitur possis visos agnoscere vultus:

Quoque ierit, quæras, qui fuit ante, color.

Parvus in exsiles <sup>31</sup> succus mihi pervenit artus,

6 Quia in febris morbo magno æstu affligimur. 7 Quoniam ob æstum, & sitim laborantes febris anhelant. 8 Arteria pulsus suum servat adhuc. 9 Modum consueti, pulsus, & motus soliti. 10 Palatum stupore affectum est, nec cibum appetit. 11 Cibi in mensis appositum. 12 Quem fastidio. 13 Quod à me appetatur avide. 14 Nectar potio Deorum fingitur. 15 Ambrosia Deorum cibus est. 16 Pontum. 17 Cibus, qui potus, & cibus est Deorum. 18 Juventa est Hebe, filia Junonis, quæ potum, cibumque porrigere Diis

dicebatur. 19 Hebes, nihil appetens. 20 Non concoquente. 21 Cibus mihi in stomacho diu, multumque erit molestus. 22 Licet. 23 Hominis delicatuli fastidium. 24 *avopesciar*, & cibi fastidium, ne quis dicat, me delicatum esse nimium, & cibis parabilibus esse contentum nolle. 25 Ironice isthæc intellige. 26 Non vult, ut Cæsar aliquando mihi futurus sit propitijs. 27 corpus meum gracile instar cibi nutrire solet. 28 Jejunum. 29 Dolor perpetuo afficior. 30 t ausam. 31 Tenuis, & confectus curis.

Mem-



Membraque sunt cerâ pallidiora novâ.  
 Non hæc immodico contraxi <sup>32</sup> damna <sup>33</sup> Lyæo:  
 Scis <sup>34</sup> mihi quam solæ <sup>35</sup> pænè bibantur aquæ. 30  
 Non epulis oneror: quarum si tanger amore,  
 Est tamen in Geticis copia <sup>36</sup> nulla locis.  
 Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:  
 Non solet in mœstos <sup>37</sup> illa venire toros.  
<sup>38</sup> Unda, locusque nocent; & causa valentior <sup>39</sup> istis, 45  
 Anxiety animi, quæ mihi semper adest.  
 Hanc nisi tu pariter simili <sup>40</sup> cum fratre <sup>41</sup> levares,  
 Vix mens tristitiæ mæsta tullisset onus.  
<sup>42</sup> Vos estis fragili tellus non dura <sup>43</sup> phaselo:  
 Quamque negant multi, vos mihi fertis opem. 40  
 Ferte, precor, semper, quia semper egebimus illa,  
 Cæsaris offensum dum <sup>44</sup> mihi numen erit.  
 Qui meritam nobis minuat, non fiant <sup>45</sup> iram,  
 Suppliciter vestros quisque rogare <sup>46</sup> Deos.

<sup>32</sup> Morbum. <sup>33</sup> Vino Lyæus est Bacchus. <sup>34</sup> A me. <sup>35</sup> Modico vino mixtæ, ac temperatæ. <sup>36</sup> Facultas, epulæ hic non dantur. <sup>37</sup> Lectum tristis, & affecti hominis. <sup>38</sup> Aqua, aërque. <sup>39</sup> Major. <sup>40</sup> Ejusdem, cujus tu, fidei, & probitatis. <sup>41</sup> Pomponio Gracino, ad quem scrip-

sit epist. 6. h. 1. <sup>42</sup> Vos exsulem me sublevatis auxilio vestro. Allegoria. <sup>43</sup> Phaselus navis brevior qua, cum stagnaret Nilus, Ægyptii usi sunt. Vide Horat. III. Od. 2. 19. & ibi Aeson. <sup>44</sup> Usque dum. <sup>45</sup> Exsilium. <sup>46</sup> Cæsares, quibus quilibet vestrum est familiaris.





P. OVIDII NASONIS  
EPISTOLARUM  
EX P O N T O  
LIBER SECUNDUS.  
EPISTOLA I.  
GERMANICO CÆSARI.

ARGUMENTUM.

*Tiberii Neronis ovationem, quam hic digniori nomine triumphum appellat Poëta, ad se in Scythiam fama pertulerat, quam dicit sibi magnam lætitiā attulisse, ejusque formam describens, Cæsaris clementiam laudat; qui cum hostibus in bello captis vitam concesserit, sperat quoque majorem in modum illum usurum in se eadem clementiam. Deinadē Deos precatur, ut Tiberio longiorem vitam concedant.*

**H**UC quoque <sup>2</sup> Cæsarei pervēnit fama triumphī,  
Languida quo fessi vix <sup>3</sup> venit aura Noti.  
Nil fore <sup>4</sup> dulce mihi Scythica <sup>5</sup> regione putavi.  
Jam minus hic odio est, quam fuit ante, locus.  
Tandem aliquid pulsa curarum nube <sup>6</sup> serenum  
Vidi; Fortunæ verba <sup>7</sup> dedique meæ.  
<sup>8</sup> Nolit ut ulla mihi contingere gaudia Cæsar,  
<sup>9</sup> Velle potest cuivis hæc tamen una dari.  
Dī quoque, ut à cunctis hilari pietate colantur,  
Tristitiā poni <sup>10</sup> per sua festa jubent.  
Denique, quod certus <sup>11</sup> furor est audere fateri,

<sup>2</sup> Tiberii Cæsaris de Illyrico triumph. <sup>3</sup> Propter longinquitatem. Sup. I. 5. 72. <sup>4</sup> Gratum, & suave. <sup>5</sup> In. <sup>6</sup> Lætabile, gaudio dignum. <sup>7</sup> Lætitia quadam calamitatem meam fefelli. <sup>8</sup> Quamvis nolit. <sup>9</sup> Tamen conceder cuiuslibet gaudio non levi ob triumphum eum, seu ovationem potius, perfui. <sup>10</sup> Deponi dierum festorum tempore. <sup>11</sup> Aliquid invito Augusto facere velle manifestus furor est.

Hac



Hac ego lætitiâ , <sup>12</sup> si vetet ipse , fruar.  
 Jupiter utilibus quoties juvat imbribus agros,  
 Mixta <sup>13</sup> tenax segeti crescere lappa solet.  
 Nos quoque frugiferum sentimus inutilis <sup>14</sup> herba 15  
<sup>15</sup> Numen ; & invitâ <sup>16</sup> sæpè juvamur ope.  
 Gaudia Cæsareæ mentis pro parte <sup>17</sup> virili  
 Sunt mea : privati <sup>18</sup> nil habet illa domus.  
<sup>19</sup> Gratia , Fama , tibi , <sup>20</sup> per quam spectata triumphi  
 Includo mediis est mihi pompa Getis. 20  
<sup>21</sup> Indice te didici , nuper visenda <sup>22</sup> cõisse  
 Innumeras gentes ad <sup>23</sup> Ducis ora sui.  
 Quæque capit vastis immensum moenibus orbem,  
 Hospitiis <sup>24</sup> Romam vix habuisse locum.  
 Tu mihi narrasti , cum multis <sup>25</sup> lucibus ante 25  
<sup>26</sup> Fuderit assiduas nubilus Auster aquas,  
 Lumine cœlesti Solem fulsisse serenum,  
<sup>27</sup> Cum populi vultu conveniente die.  
 Atque ita <sup>28</sup> victorem , cum magno vocis <sup>29</sup> honore,  
<sup>30</sup> Bellica laudatis dona dedisse viris ; 30  
 Claraque sumpturum <sup>31</sup> pictas insignia vestes,  
 Thura prius sanctis imposuisse <sup>32</sup> focis:  
<sup>33</sup> Justitiamque sui <sup>34</sup> castè placasse <sup>35</sup> Parentis;  
 Illo <sup>36</sup> quæ templum <sup>37</sup> pectore semper habet:  
 Quaque ierit , <sup>38</sup> felix adjectum plausibus omen ; 35  
<sup>39</sup> Saxaque <sup>40</sup> roratis <sup>41</sup> erubuisse rosis:

12 Etsi. 13 Lappa tenax, quæ vestibus solet adhærescere, fœne rletten. 14 Exsul. 15 Cæsarem bonos, & malos victoria sua exhilarantem. 16 Præter Augusti voluntatem, aut consilium. 17 Quantum vir potest gaudere. 18 Omnia illius domus pertinent ad publicum. 19 Gratias ago tibi. Fama. 20 Cujus beneficio. 21 Te indicante. 22 Confluxisses. 23 Tiberii. 24 Ut tot hospites reciperet. 25 Diebus. 26 Effuderit. 27 Populi hilaritatem, & gaudia, die quasi imitante. 28 Tiberium. 29 Cum laude fortitudinis militum. 30 Donati-

vum, seu congiarium, vel armillas, hastas puras, torques, phaleras, reliqua. 31 Tiberium sumpturum pictas vestes, clara insignia. 32 Aris. 33 Simulacrum Justitiæ ab Augusto dedicatum. Vide inf. II. 6. 25. 34 Pie. 35 Augusti. 36 Quæ justitia. 37 In pectore illo Augusti. 38 Plausum esse ingeminatumque io triumphæ, boni omnis causa. 39 Vias lapidibus stratas. 40 Adhuc rore madentibus, & sic recentibus, vel creberrimis, & tam multis, quam est ros, quum cadit. 41 Rubicunda facta esse.

Q

Pro-



Protinus <sup>42</sup> argento <sup>43</sup> versos imitantia muros,  
 Barbara cum victis oppida <sup>44</sup> lata viris;  
 Fluminaque, & montes, & in altis pascua silvis;  
 Armaque cum telis in <sup>45</sup> strue mista suis: 40  
 Deque <sup>46</sup> triumphato, quod <sup>47</sup> Sol incenderit, auro  
 Aurea Romani tecta fuisse <sup>48</sup> fori:  
 Totque tulisse <sup>49</sup> duces captivis addita collis  
 Vincula, pæne hostes quot satis esse fuit.  
 Maxima pars horum vitam, veniamque tulêrunt; 45  
 In quibus & belli summa caputque <sup>50</sup> Bato.  
 Cur ego posse negem minui mihi Numinis iram,  
 Cum videam mites hostibus esse Deos?  
 Pertulit huc idem nobis, Germanice, rumor,  
 Oppida sub <sup>51</sup> titulo nominis isse <sup>52</sup> tui; 50  
 Atque <sup>53</sup> ea te contra, <sup>54</sup> nec muri mole, nec armis,  
 Nec satis <sup>55</sup> ingenio tuta fuisse loci.  
 Dî tibi dent annos! à te <sup>56</sup> nam cætera sumes;  
 Sint modo virtuti tempora longa tuæ.  
 Quod precor eveniet: sunt quiddam <sup>57</sup> oracula vatum. 55  
 Nam Deus optanti <sup>58</sup> prospera signa dedit.  
 Te quoque victorem <sup>59</sup> Tarpeias scandere in arces  
 Lata <sup>60</sup> coronatis Roma videbit equis.  
 Maturosque <sup>61</sup> Pater <sup>62</sup> nati spectabit honores,  
 Gaudia percipiens, quæ dedit ipse <sup>63</sup> suis. 60  
 Jam nunc hæc à me, juvenum belloque, rogâque <sup>64</sup>  
 Maxime, dicta tibi vaticinante <sup>65</sup> nota. . . . .

42 In argento, ex quo creabantur. 43 Eversos. 44 Lata fuisse in fereulis. 45 In modum struis, seu trophæi composita. 46 In triumpho lato. 47 Fulgore suo ita illustravit, ut videretur ardere. 48 Visa scil. 49 Hostiles captivos. 50 Dux Dalmatarum, qui tandem se Tiberio debebat, & ab eo veniam impetrabat. Vide Paterculum II. 114. 4. 51 Picta quædam oppida lata fuisse in triumpho pompa ac nomine tuo inscripta fuisse. 52 Fuisse lata. 53 Oppida. 54 Contra te. 55 Natura loci. 56 Bonitate naturæ tuæ. 57 Poëtarum dicta sunt oraculum instar, & vera prædicunt <sup>58</sup> Mihi. <sup>59</sup> Mihi. <sup>59</sup> vera prædicunt à Vestali Tarpeja, interfecta eo loco à Sabinis post proditam arcem. Legendum Livius, lib. 1. cap. 11. & 55. 60 Lauro enim triumphales equi coronari solebant. 61 Quos meritis maturiore ætate olim. 62 Tiberius. 63 Augusto, ejusque domui. 64 Domi, pacis tempore, in administranda republ. tore, in administranda republ. tore, ga pacis signum, sagum belli. 65 Structuræ ordo is est: ô Maxime juvenum & bello, & rogâ, jam nunc nota, quæ à me vaticinante dicta sunt.

Hunc



Hunc quoque carminibus referam fortasse triumphum:

Sufficiet nostris si <sup>66</sup> modo vita malis;

Imbuero <sup>67</sup> Scythicas si non prius ipse sagittas; <sup>65</sup>

<sup>68</sup> Abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.

Quod si, me salvo, <sup>69</sup> dabitur tibi <sup>70</sup> laurea templis;

Omnia bis <sup>71</sup> dices vera fuisse mea.

<sup>66</sup> Si modo ego tot malis sufficiam ita perferendis, ut vivam, vel, si afflicto mihi superfuerit satis ad id vita temporis. <sup>67</sup> Si ipse non prius, quam id fiat, à Scythiis interficiat. <sup>68</sup> Abscide-

rit. <sup>69</sup> Inferetur à te in templum.

<sup>70</sup> Corona è lauro facta. <sup>71</sup>

Quod & Tiberio vore prædix-

rim triumphum. Vid. Trist. IV.

2. & nunc etiam tibi.

## EPISTOLA II.

## MESSALINO.

## ARGUMENTUM.

*Messalinum rogat, ut eo quo solebat vultu, salutem accipiat missam vel ab ipso mari Euxino, ubi Poëta exsulabat; eumque monet, ut lecto ejus nomine non dubitet etiam legere totam epistolam, quandoquidem non perperayit tot, ac tanta mala, ut ejus carmina non possint ab eo legi. D. inde eum artificiose precatur, ut quum tempus ad id idoneum exstet, sibi Augustum reconciliet. Postremò monet, ut hoc tenet ea lege, si viderit sibi id minime nociturum.*

**I**lle domus vestræ primis venerator ab annis

Pulsus ad Euxini Naso <sup>2</sup> sinistra freti,

Mittit ab indomitis <sup>3</sup> hanc, Messaline, salutem,

Quam solitus præsens est tibi <sup>4</sup> ferre, Getis.

Hei mihi, si lecto vultus tibi nomine non est,

Qui <sup>5</sup> fuit, & dubitas <sup>6</sup> cætera perlegere!

Perlege, nec mecum pariter <sup>7</sup> mea verba relega:

Urbe <sup>8</sup> licet vestrâ versibus esse meis.

Non ego <sup>9</sup> concepi, si Pelion <sup>10</sup> Ossa tulisset,

Clara meâ tangi <sup>11</sup> sidera. posse manu.

10

Eleg. II. 2 In parte sinistra ingredientibus sita. 3 Feris, ferocibus, ut sæpius vocat. 4 Dicere præsens. 5 Talis, qualis fuit ante. 6 Veteris. 7 Scripta, carmina. 8 In urbe,

I. 1. 20. 21. 9 Cogitavi, in animum induxi. 10 Si Ossa impositus fuisset Pelion. Montes sunt Thessaliæ. Vid. Apollod. I. 7. 4. Trist. II. 1. 71. II. Oppugnari, violari.

Q2

Nec



Nec nos, Enceladi <sup>12</sup> dementia <sup>13</sup> castra secuti,  
In rerum dominos movimus arma Deos.

Nec, quod Tydidæ <sup>14</sup> temeraria dextera fetit,  
Numina <sup>15</sup> sunt telis ulla petita meis.

Est mea culpa gravis, sed quæ me perdere solum <sup>15</sup>  
Ausa sit, & nullum majus <sup>16</sup> adorta nefas.

Nil, nisi non sapiens <sup>17</sup> possum, timidusque vocari:  
Hæc <sup>18</sup> duo sunt animi nomina vera mei.

Esse quidem fateor, meritam post Cæsaris iram,  
Difficilem precibus te quoque jure meis. <sup>20</sup>

Quæque tua est pietas <sup>19</sup> in totum nomen Iulii,  
Te lædi, cum quis lædatur inde, <sup>20</sup> putas.

Sed licet arma <sup>21</sup> fera, & vulnera sæva <sup>22</sup> mineris,  
Non tamen efficies ut timeare mihi.

Puppis <sup>23</sup> Achæmenidem Grajum Trojana recepit: <sup>25</sup>  
Profuit & <sup>24</sup> Myso Pelias <sup>25</sup> hasta duci.

Confugit interdum <sup>26</sup> templi violator ad aram,  
Nec petere offensi numinis horret opem.

Dixerit hoc aliquis tutum non esse, fatemur;  
Sed non per placidas it mea <sup>27</sup> puppis aquas, <sup>30</sup>

<sup>12</sup> Enceladus, gigantum bello  
clarus, fulmine ictus, & Ætna  
monte oppressus fingitur. Pul-  
chre Cornelius Severus Ætna. v. 7.  
*Gurgite Trinacrio morientem*  
*Jupiter Ætna*

*Obruit Enceladum, vasti qui pon-*  
*dere montis*  
*Æstuat, & patulis expirat fau-*  
*cibus ignes.*

*Hæc est mendosa vulgata licen-*  
*tia fama.*

*Valibus ingenium est, in hinc au-*  
*dit nobile carmen,*  
reliqua. <sup>13</sup> Dementis Enceladi,  
per Hypallagen. <sup>14</sup> Diomedis,  
fil. Tydei, regis Ætolie. <sup>15</sup> Ut  
à Diomede Mars, & Venus pro  
Trojanis pugnantes. <sup>16</sup> Qua me  
solum perdidit, aliud facinus, &  
seclus ausus non sum. <sup>17</sup> Sup.

<sup>18</sup> Ita vere nominor,  
non sapiens, nempe timidus.

<sup>19</sup> Erga totam gentem Juliam, &  
ex ea Cæsares. <sup>20</sup> Ex domo Ju-  
lia. <sup>21</sup> Armatus sis, miles enim  
erat Messalinus, & fortem se  
gesserat Dalmatæ, & Pannoniæ  
præfectus. <sup>22</sup> Licet velis me  
abigere à te armis. <sup>23</sup> Achæme-  
nides hic ab Ulysse in Sicilia  
relictus ad Æneam confugiebat,  
monebatque eum, ut à Cyclopi-  
bus caveret, & ab eo in navim  
recipiebatur. Virgil. Æneid. III.  
590. 667. <sup>27</sup> Telepho regi My-  
siæ, qui quum ab Achille esset  
sauciatus, nec sanari posset, ex  
hæstæ Achillis rubigine malagma  
factum, vulnerique impositum  
est. <sup>23</sup> Achillis. Vid. sup. l. 7.  
52. <sup>26</sup> Qui commisit sacrile-  
gium. <sup>27</sup> Sicuti nautæ, ita ego  
afflictus confugere ad portum co-  
gor, qui est proximus, licet non  
adeo tutus.



Tuta petant alii : fortuna miserrima tuta est :

Nam timor eventus <sup>28</sup> deterioris abest.

Qui rapitur fatis , quid <sup>29</sup> præter fata requirat ?

<sup>30</sup> Sæpè creat molles aspera spina rosas.

Qui rapitur spumante salo , <sup>31</sup> sua brachia <sup>32</sup> caut<sup>1135</sup>

Porrigit , & spinas duraque saxa <sup>33</sup> capit

Accipitrem metuens pennis trepidantibus <sup>34</sup> ales

Audet ad humanos fessa venire sinus.

Nec se vicino dubitat committere tecto ,

Quæ fugit infestos territa cerva canes.

40

Da , precor , accessum lacrymis , mitissime , nostris :

Nec rigidam <sup>35</sup> timidis vocibus obde forem ,

Verbaque nostra favens <sup>36</sup> Romana ad Numina perfer ,

Non tibi <sup>37</sup> Tarpejo culta tonante minus.

Mandatque mei legatus suscipe causam :

45

Nulla meo quamvis <sup>38</sup> nomine causa bona est.

Jam prope <sup>39</sup> depositus , certe jam frigidus , æger

Servatus per te , si modo server , ero.

Nunc tua pro lapsis <sup>40</sup> nitatur <sup>41</sup> gratia rebus ,

Principis <sup>42</sup> æterni quam tibi præstat amor.

50

Nunc tibi , & eloquii <sup>43</sup> nitor ille domesticus adsit ,

Quo poteras trepidis utilis esse reis.

Vivit enim in vobis facundi lingua parentis :

Et res hæredem <sup>44</sup> repperit illa suum.

Hanc ego non , ut me defendere tentet , <sup>45</sup> adoro.

55

Non est confessi causa tuenda rei.

Num tamen excuses erroris <sup>46</sup> imagine factum ,

An nihil expediat tale <sup>47</sup> movere , vide.

<sup>28</sup> Casus. <sup>29</sup> Quid desideret, nisi ut fata sua meliora fiant ?

<sup>30</sup> Sæpe è fatis duris prosperiora solent evenire. Metaph. <sup>31</sup> Mari.

<sup>32</sup> Apprehendit duram cautem. <sup>33</sup> Prehendit. <sup>34</sup> Columba. <sup>35</sup> Imitem. <sup>36</sup> Augustum , Cæsaresque. <sup>37</sup> Jove Capitolino. <sup>38</sup> In qua ego sum reus. <sup>39</sup> Desperatus. <sup>40</sup> Laboret pro me læso , & misero.

<sup>41</sup> Qua polles apud Augustum. <sup>42</sup> Augusti , inter Deos referendi. <sup>43</sup> Consuetudine familiæ tuæ sermoneis elegantia. <sup>44</sup> Eloquentia illa vobis , tanquam hæreditas , tradita est à parente. <sup>45</sup> Oro, compositum verbum pro simplici , ut versa vice frequenter simplex pro composito adhibetur. <sup>46</sup> Specie , & prætextu. <sup>47</sup> Excusare culpam.

<sup>41</sup> Qua polles apud Augustum.

<sup>42</sup> Augusti , inter Deos referendi. <sup>43</sup> Consuetudine familiæ tuæ sermoneis elegantia. <sup>44</sup> Eloquentia illa vobis , tanquam hæreditas , tradita est à parente. <sup>45</sup> Oro,

compositum verbum pro simplici , ut versa vice frequenter simplex pro composito adhibetur. <sup>46</sup> Specie , & prætextu. <sup>47</sup> Excusare culpam.

<sup>41</sup> Qua polles apud Augustum. <sup>42</sup> Augusti , inter Deos referendi. <sup>43</sup> Consuetudine familiæ tuæ sermoneis elegantia. <sup>44</sup> Eloquentia illa vobis , tanquam hæreditas , tradita est à parente. <sup>45</sup> Oro,

compositum verbum pro simplici , ut versa vice frequenter simplex pro composito adhibetur. <sup>46</sup> Specie , & prætextu. <sup>47</sup> Excusare culpam.

<sup>41</sup> Qua polles apud Augustum. <sup>42</sup> Augusti , inter Deos referendi. <sup>43</sup> Consuetudine familiæ tuæ sermoneis elegantia. <sup>44</sup> Eloquentia illa vobis , tanquam hæreditas , tradita est à parente. <sup>45</sup> Oro,

compositum verbum pro simplici , ut versa vice frequenter simplex pro composito adhibetur. <sup>46</sup> Specie , & prætextu. <sup>47</sup> Excusare culpam.

Q 3

Vul.



Vulneris id <sup>48</sup> genus est, quod cum sanabile non sit,

Non contrectari tutius esse putem.

60

Lingua, sile: non est ultra narrabile quidquam.

Posse velim cineres <sup>49</sup> obruere ipse meos.

Sic igitur, quasi me nullus deceperit error,

Verba <sup>50</sup> face, ut vitâ, quam dedit <sup>51</sup> ipse, fruam.

Cumque serenus <sup>52</sup> erit, vultusque <sup>53</sup> remiserit illos, <sup>65</sup>

Qui secum <sup>54</sup> terras, Imperiumque movent.

Exiguam ne me prædam sinat esse Getarum,

Detque solum miseræ mite, <sup>55</sup> precare, fugæ.

Tempus adest aptum precibus, valêt ipse, videtque

Quas fecit vires, Roma, valere tuas;

70

Incolumes conjux <sup>56</sup> sua <sup>57</sup> pulvinaria <sup>58</sup> servat;

<sup>59</sup> Promovet Ausonium <sup>60</sup> filius imperium.

Si præterit ipse suos animo <sup>62</sup> Germanicus annos;

Nec vigor <sup>63</sup> est <sup>64</sup> Drusi nobilitate minor.

Adde <sup>65</sup> nurus, neptesque <sup>66</sup> pias, <sup>67</sup> natosque nepo-

tum,

75

Cæteraque Augustæ membra valere domûs:

Adde triumphatos modo <sup>68</sup> Pæonias, adde <sup>69</sup> quieti

Subdita montanæ <sup>70</sup> brachia Dalmatiæ.

Nec dedignata est abjectis <sup>71</sup> Illyris armis

48 Factum illud, quo Augustus læsus, ego vero sum perditus. 49 Vellem, ut memoriam delicti mei ipse possim abolere. Allegoria est à cineribus in urna sepeliendis. 50 Pro fac. Archaisimo, qui maxime est Comicis in usu. Vid. Plaut. Trocol. II. 5. 35. Terent. Andr. IV. 1. 57. etiam ita loquitur Nepos IV. 2. 4. 51 Augustus mihi donavit, quum posset adimere. Sup. I. 2. 92. 197. 52 Hilaris. 53 Exporrexerit prius contractos. 54 *ex sua divitiis*, pro terrarum imperium. Elegans est locus Metam. I. 197. de Jove:

*Terrificam capitis concussit terque  
quaterque*

*Cæsariem, cum qua terram, mare,  
sidera movit.*

55 Magis tuum. 56 Libia. 57 Talamum, quasi pulvinaria Deo-

rum. 58 Quasi iam sacerdos Augusti, quæ etiam ei post mortem constituta est. Ita Vestales Virgines ignem æternum dicuntur *servare*. 59 Amplius reddit 60 Tiberius ab Augusto adoptatus, natus è Livia. 61 Antevertit, excedit virtutis præstantia. 62 Filius Drusi, Tiberii fratris, à Tiberio, Augusto jubente, adoptatus. 63 Nec virgo Drusi, & fortitudo animi ejus nobilitate minor est. 64 Tiberii ex Agrippina filii. 65 Antonia, Livilla, Æmelia Lepida. 66 Agrippina, Livilla. 67 Germanici, & Drusi junioris, liberi. 68 Pannonios, à Græcis Pæonas dictos. Vid. & præced. v. 19. 41. 69 Pacata. 70 Tractum terræ Dalmat. 71 Illyricum, Græc. *Illyris*.

Cæ-



Cæsareum famulo <sup>72</sup> vertice ferre pedem.  
<sup>73</sup> Ipse super currum placido spectabilis ore  
 Tempora <sup>74</sup> Phœbeâ virgine nexa tulit.  
 Quem pia <sup>75</sup> vobiscum proles <sup>76</sup> comitavit euntem,  
 Digna parente suo, nominibusque <sup>77</sup> datis.  
<sup>78</sup> Fratribus assimilis, quos proxima templa tenentes <sup>85</sup>  
 Divus ab excelsa Julius <sup>79</sup> æde videt.  
 His <sup>80</sup> Messalinus, quibus omnia cedere debent,  
 Primum lætitiæ non negat esse locum.  
<sup>81</sup> Quicquid ab his superest, venit <sup>82</sup> in certamen amoris:  
 Hac hominum nulli parte secundus eris. <sup>90</sup>  
<sup>83</sup> Hunc colis, ante <sup>84</sup> diem per quem decreta merenti  
 Venit honoratis laurea <sup>85</sup> digna comis.  
 Felices, quibus ~~hos~~ licuit spectare triumphos,  
 Et Ducis ore Deos æquiparante frui.  
 At mihi Sauromatæ pro Cæsaris ore videndi, <sup>95</sup>  
 Terraque pacis inops, undaque vincta <sup>86</sup> gelu.  
 Si tamen hæc audis, & vox mea pervenit <sup>87</sup> istuc;  
 Sit tua mutando gratia <sup>88</sup> blanda loco.  
 Hoc pater ille <sup>89</sup> tuus, primo mihi cultus ab <sup>90</sup> ævo,  
 Si quid habet sensûs umbra <sup>91</sup> diserta, petit. <sup>100</sup>  
 Hoc petit & frater: <sup>92</sup> quamvis fortasse veretur,  
 Servandi noceat ne tibi cura mei.  
 Tota domus petit hoc, nec tu potes ipse negare,  
 Et nos in turbæ parte <sup>93</sup> fuisse tuæ.

<sup>72</sup> Se submittere Cæsaris. <sup>73</sup> Tiberius. <sup>74</sup> Laureo serpo. *Phœbea Virgo* est Daphne, Græcè *Δάφνη* in laurum mutata, quæ vox deinde pro lauro à Poëtis usurpatur. <sup>75</sup> Nam & Messalinus, alique legati currum Tiberii secuti sunt. Vid. Sueton. Tib. <sup>76</sup> 20 <sup>77</sup> Germanicus, Drususque. <sup>78</sup> Cæsareo, vel *Germanici*. <sup>79</sup> Castori, & Polluci, quorum ædem ante annos paucos dedicatam Tiberius suo, fratrisque Drusi nomine inscripserat. Vid. Sueton. c. I. <sup>80</sup> Jul. Cæsar, cuius Basilica ab Augusto constituta erat inter Saturni, & Poll. Cas-

torisque ædem. <sup>80</sup> Cæsaribus. <sup>81</sup> Civium reliqua multitudo. <sup>82</sup> Certat amare domum Augustam. <sup>83</sup> Augustum, Tiberium. <sup>84</sup> Ante tempus, adhuc juvenis. <sup>85</sup> Laurea corona, & reliqua ornamenta triumphii. <sup>86</sup> Congelata. <sup>87</sup> Romam. <sup>88</sup> Blanditiis, vel blandis precibus Cæsarem roga, ut in alium locum exsilii transferar. <sup>89</sup> Messalla Corvinus, de quo Vellej. II. 71. & 119. <sup>90</sup> Ætate. <sup>91</sup> Orator enim celeberrimus, & magnæ auctoritatis erat. <sup>92</sup> Valerius Corra. <sup>93</sup> Me quoque partem fuisse, seu aliquem ex tuis cultoribus.



Ingeniū certè , quo nos male sensimus usos, 105  
 94 Artibus exceptis , sæpe probator 95 eras.  
 Nec mea , si tantum peccata 96 novissima demas,  
 Esse potest domui vita pudenda tuæ.  
 97 Sic igitur vestræ vigeant 98 penetrabilia gentis:  
 Curaque sit 99 Superis , Cæsaribusque tui; 110  
 Mite , sed iratum meritò mihi Numen , 1 adora.  
 Eximat ut Scythice me feritate loci.  
 Difficile est , fateor , sed tendit in ardua virtus:  
 Et talis meriti gratia 2 major erit.  
 Nec tamen 3 Ætnæus vasto Polyphemus in antro 115  
 Accipiet voces , 4 Antiphatesve tuas;  
 Sed placidus , facilisque parens , veniæque 5 paratus;  
 Et qui fulmineo sæpe sine 6 igne tænat.  
 Qui , cum triste aliquid statuit , fit tristis & ipse :  
 Cuique 7 fere poenam sumere poena sua est. 120  
 Victa tamen vitio 8 est hujus clementia nostros;  
 Venit & ad vires ira coacta suas.  
 Qui quoniam patriâ 9 toto sumus orbe remoti,  
 Nec licet ante ipsos procubuisse 10 Deos;  
 Quos colis , ad Superos hæc fer mandata sacerdos; 125  
 Adde sed & proprias in mea verba preces.  
 Sic tamen hæc tenta , si non nocitura putabis.  
 Ignoscas ; timeo naufragus 11 omne fretum ;

94 De amandi Arte libris. 95 Probabas ingenium , quod ex carminibus meis perspiciebas. 96 Relegationis causam. 97 Sic elegans obtestantis , & voventis particula est. 98 Domus Messallarum. 99 Diis. 1 Augustum , mitem quidem , sed jam mihi iratum Deum. 2 Mihi eo gratius erit , maioremque id propter à me iniis gratiam. 3 In Ætnæ spelunca habitans. Vid. nostrum Metam. XIV. f. 6. v. 167. 209. 4 Læstrygonum rex in Italia ferocissimus , qui Ulyssis socios interfecit , navesque submersit , Metam. XIV. 233 240. 5 Ad veniam aliis dandam. 6 Qui , quasi Jupiter , tonat quidem , sed fulmine raro homines percutit. hoc est , minatur , raro infligit poenas. 7 Et cui. 8 Peccato. 9 A patria longissime absumus , 10 Coram ad genua Augusti procumbere , ei que supplicare. 11 Jam omnia timeo , postquam semel miser esse cœpi.

mus , qui Ulyssis socios interfecit , navesque submersit , Metam. XIV. 233 240. 5 Ad veniam aliis dandam. 6 Qui , quasi Jupiter , tonat quidem , sed fulmine raro homines percutit. hoc est , minatur , raro infligit poenas. 7 Et cui. 8 Peccato. 9 A patria longissime absumus , 10 Coram ad genua Augusti procumbere , ei que supplicare. 11 Jam omnia timeo , postquam semel miser esse cœpi.

EPIS-



## EPISTOLA III.

## M A X I M O.

## ARGUMENTUM.

*Maximi fidem, & constantiam in rebus suis miseris, & perditis laudat Poëta, qui non utilitate, ut vulgus ignobile, sed honestate, & virtute eos probat, quos semel amandos suscepit: hortaturque illum, ut in fide perstet, & sibi, quantum potest, opem ferat.*

**M**Axime, qui claris nomen virtutibus <sup>2</sup> æquas,  
Nec sinis ingenium nobilitate <sup>3</sup> premi;  
Culte mihi (quid enim status hic à funere <sup>4</sup> differt?)

Supremum vitæ <sup>5</sup> tempus ad usque meæ:

Rēm facis, afflictum non aversatus amicum,

Qua non est ævo rarior ulla tuo.

Turpe quidem dictu, sed (si modo vera fatemur)

Vulgus amicitias utilitate <sup>6</sup> probat.

<sup>7</sup> Cura quid expediat prius est, quam quid sit honestum,

Et cum fortunā <sup>8</sup> statque, caditque fides.

Nec facile invenias multis è millibus unum,

Virtutem pretium <sup>9</sup> qui putet esse sui.

Ipse <sup>10</sup> decor recti, facti si præmia <sup>11</sup> desint,

Non <sup>12</sup> movet, & <sup>13</sup> gratius poenitet esse probum.

Nil, nisi quod prodest, carum est: i, detrahe menti <sup>14</sup> mira

Spem <sup>14</sup> fructus avidæ, nemo <sup>15</sup> petendus erit.

At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit

Utile, sollicitis supputat <sup>16</sup> articulis,

Eleg. III. à sup. I. 2 Item 8. propter seipsam amandam censet virtutem. 10 Honestatis pulchritudo. 11 Si non utilitas vitæ probæ simul adsit. 12 Placeret. 13 Sine pretio vix quisquam probus esse vult. 14 Utilitatis spem deme. 15 Amicos parandos. 16 Digitis, quæis Vesteres, nosque hodie adhuc subducimus rationem.

Illud



Illud amicitiae quondam venerabile numen  
 Prostat <sup>17</sup> & in quaestu <sup>18</sup> pro meretrice sedet. <sup>20</sup>  
 Quo magis admiror, non, ut torrentibus <sup>19</sup> undis,  
 Communis vitii te quoque labe <sup>20</sup> trahi.  
 Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est;  
 Quae, simul <sup>21</sup> intonuit, proxima quaeque fugat.  
 En ego, non paucis quondam munitus amicis, <sup>25</sup>  
<sup>22</sup> Dum flavit velis aura secunda meis?  
 Ut <sup>23</sup> fera nimbo tumuerunt <sup>24</sup> æquora vento,  
 In mediis lacerâ puppe relinquo aquis.  
 Cumque alii nolint etiam me nosse videri,  
 Vix duo projecto, <sup>26</sup> tresve tulistis opem. <sup>30</sup>  
 Quorum tu princeps: <sup>27</sup> nec enim comes esse, sed <sup>28</sup>  
 auctor,  
 Nec <sup>29</sup> petere exemplum, sed dare dignus eras.  
 Te, nihil exacto, <sup>30</sup> nisi nos <sup>31</sup> peccasse <sup>32</sup> ferentem,  
 Sponte suâ probitas, <sup>33</sup> officiumque juvant.  
 Iudice te, mercede caret, per seque petenda est <sup>35</sup>  
 Externis <sup>34</sup> virtus incommutata bonis.  
 Turpe putas <sup>35</sup> abigi, quia <sup>36</sup> sit miserandus, ami-  
 cum;  
 Quodque sit infelix, desinere esse tuum,  
 Mitius est lasso <sup>37</sup> digitum supponere mento,  
 Mergere quam liquidis ora natantis aquis. <sup>40</sup>  
 Cerne, quid <sup>38</sup> Æacides post mortem præstet <sup>39</sup> amico;  
 Instar <sup>40</sup> & hanc vitam mortis habere puta.

<sup>17</sup> Tanquam res venalis. <sup>18</sup> Ut  
 questum, seu meretrices, faciat.  
<sup>19</sup> Quasi torrentis aqua. <sup>20</sup> Ab-  
 ripi simul. <sup>21</sup> Simul ac adversa  
 esse cepit. <sup>22</sup> Dum statu qua-  
 si fortunæ prosperæ usus sum.  
<sup>23</sup> Postquam. <sup>24</sup> Intumuerunt  
 fluctibus. Metaphorice scribit,  
 sermone à navigantibus ducto.  
<sup>25</sup> Fracta. <sup>26</sup> Misero, exsuli.  
<sup>27</sup> Præcipuus. <sup>28</sup> Alii exem-  
 plum esse decebat te, non exem-  
 plum cæterorum sequi. <sup>29</sup> Su-  
 mere ab aliis. <sup>30</sup> Factis tuis.  
<sup>31</sup> Recte fecisse. <sup>32</sup> Auferen-  
 tem. <sup>33</sup> Probitas, officiumque  
 te delectant, & pretium sunt tui  
 virtutis, nulla alia utilitas, quam  
 aliis benefaciendo videaris res-  
 picere, & consequi velle. <sup>34</sup> O-  
 pibus, honoribus, bonis fortu-  
 næ. <sup>35</sup> Rejici, deserere. <sup>36</sup> I-  
 deo quia. <sup>37</sup> Naufrago opem fer-  
 re, allevare ejus caput, non sub-  
 mergere. <sup>38</sup> Achilles, nepos  
 Æaci. <sup>39</sup> Patrochio, ludos mag-  
 nos, nempe in funere ejus, dedit.  
<sup>40</sup> Similitudinem cum morte.



Pirithoum <sup>41</sup> Thæseus <sup>42</sup> Stygiæ comitavit ad undas:

A Stygiis quantum sors mea distat aquis!

Adfuit insano juvenis <sup>43</sup> Phocæus <sup>44</sup> Orestæ:

Et mea non minimum culpa <sup>45</sup> furoris habet.

Tu quoque magnorum laudes <sup>46</sup> admitte virorum,

Utque facis, lapso, quam <sup>47</sup> potes, affer opem.

Si <sup>48</sup> bene te novi, si, quod prius esse solebas,

Nunc quoque es, atque animi non cecidère <sup>49</sup> tui. 50

Quo Fortuna magis sævit, magis ipse resistis;

Utque decet, ne te vicerit illa, caves;

Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit <sup>50</sup> hostis;

Sic eadem prodest <sup>51</sup> causa, nocetque <sup>52</sup> mihi.

Scilicet indignum, juvenis rarissime <sup>53</sup> ducis

Te fieri <sup>54</sup> comitem stantis in orbe <sup>55</sup> Deæ.

Firmus <sup>56</sup> es; &, quoniam non sunt ea, <sup>57</sup> qualia velles,

Vela regis quassæ qualiacunque <sup>58</sup> raris.

Quæque ita concussa est, ut jam casura <sup>59</sup> putetur,

Restat <sup>60</sup> adhuc humeris fulta ruina tuis. 60

Ira quidem primò fuerat tua justa, nec ipso

Lenior, offensus qui mihi jure fuit:

Quique dolor pectus tetigisset Cæsaris alti,

<sup>41</sup> Ixionis filius fuit Pirithous, qui eo adduxit Theseum, ut rapiendæ Proserpinæ causa, secum descenderet ad inferos. Sed ambos Pluto jussit in vincula conjici, est quibus tamen Theseus, Herculis virtute, est liberatus. <sup>42</sup> Egæi fil. rex Athen. <sup>43</sup> Py-lades, Strophii Phocæensis fil. qui nec insanientem Orestem amicissimum sibi reliquit. <sup>44</sup> Agamemnonis filia à furis agitata ob occisam matrem Clytemnestram, & adulterum Egistum. <sup>45</sup> Ego ipse etiam furibundus quasi fui, quum culpa mea exsilium merui. <sup>46</sup> Mereri, & consequi studè. <sup>47</sup> Quam opem adferre potes, vel, quantum potes. <sup>48</sup> Supr. I. 7. 4. <sup>49</sup> Si adhuc es tam magnanimus. <sup>50</sup> Fortuna mea mihi maxime adversa. <sup>51</sup> Quia

fortuna eadem prodest mihi, quia tu contra eam pugnas, meque defendis. <sup>52</sup> Quia affligit me exsilio. <sup>53</sup> Raris ornati virtutibus. <sup>54</sup> Sequi, tam varium esse. <sup>55</sup> Fortunæ, quæ insistere orbi cuidam fingitur. Vid. Cebe-tis tap. cap. 7. pag. ed. Cl. Bischoffi. <sup>56</sup> *ἐπι*, verba habent, *ἐπι* *προσβολῆς* *λίδος* *ἐστίν*. *ἐν* *ἑτα*, *τί* *τὸ* *σημαίνει* *πρὸς* *ὅτι* *ἐν* *ἀσφαλῆς*, *ὅλῃ* *βεβαία* *ἐστίν* *ἡ* *παρ' αὐτῆς* *δύοις*, reliqua. <sup>57</sup> Constanti animo. <sup>58</sup> Vela talia non sunt, cet. <sup>59</sup> Qualiacunque etiam, id est, licet non adeo bene constituta sint. Fortunam vero suam allegoriam utens intelligit. <sup>60</sup> Dilapsura. <sup>60</sup> Consistit, & cohæret ruina mea.

Illum



Illum jurabas protinus esse <sup>61</sup> tuum;  
 Ut tamen audita est nostræ tibi cladis <sup>62</sup> origo; 65  
 Diceris erratis ingemuisse meis.  
 Tum tua me primum solari littera cœpit;  
 Et læsum flecti spem dare posse <sup>63</sup> Deum.  
 Movit <sup>64</sup> amicitia tum te constantia longæ,  
 Ante tuos ortus <sup>65</sup> quæ mihi cœpta fuit: 70  
 Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus:  
 Quodque tibi in cunis oscula prima dedi.  
 Quod, cum vestra domus teneris mihi semper ab annis  
 Culta sit, esse <sup>66</sup> vetus nunc tibi cogor onus.  
 Me tuus ille pater, Latia <sup>67</sup> facundia lingua, 75  
 Quæ non inferior nobilitate fuit,  
 Primus, ut auderem <sup>68</sup> committere carmina Famæ,  
 Impulit, ingenii dux fuit ille mei.  
 Nec, quo sit primum nobis à tempore cultus,  
<sup>69</sup> Contendo fratrem posse referre tuum. 80  
 Te tamen ante omnes ita sum complexus, <sup>70</sup> ut <sup>71</sup> unus  
 Quolibet in casu gratia nostra <sup>72</sup> fores.  
 Ultima me tecum vidit, mœstisque cadentes  
 Excepit lacrymas Æthalis Ilva <sup>73</sup> genis.  
 Cum tibi quærenti, nunc verus nuntius esset, 85  
 Attulerat culpæ quam mala fama meæ:  
 Inter confessum dubiè, dubièque <sup>74</sup> negantem,  
 Hærebam, pavidas dante timore <sup>75</sup> notas:  
 Exemploque navis, quam <sup>76</sup> solvit aquaticus <sup>77</sup> Auster,  
 Gutta <sup>78</sup> per attonitas ibat oborta genas, 90  
 Hæc igitur <sup>79</sup> referens, & quod mea crimina primi

61 Ad te pertinere putabas. 72 Delectatio, & spes mea. 73  
 62 Causa exsilii mei. 63 Et spem Una maris Tyrrheni insula, olim  
 cœpit dare, læsum Deum, *Augustum*, flecti, mitigari posse. Græce *Æthalis*,  
 64 Ad misericordiam commovit. quasi *Æthalica* nominatur, ut ora  
 65 Antequam esses natus. 66 *Sarmatica*, pro *Sarmatis*. 74 Nec  
 Vetus amicus, qui jam tibi esse fateri aperte volebam, nec ne-  
 molestus cogor. 67 Redi ad l. 2. gare. 75 Prodeunte rei verita-  
 69. 68 Edere in publicum. tem. 76 Dissolvit, liquefacit.  
 69 Confirmit tibi. 70 Amore 77 Pluvius, humidus. 78 La-  
 amavi. 71 Solus, tu præcipue. crymæ. 79 Recordans, Sup. l.  
 9. 9.



Erroris veniâ <sup>80</sup> posse latere vides;  
 Respicias antiquum lapsis in rebus amicum;  
 Fomentisque <sup>81</sup> juvas vulnera nostra tuis:  
 Pro quibus optandi si nobis copia <sup>82</sup> fiat,  
 Tam bene promerito <sup>83</sup> commoda mille precer.  
 Sed <sup>84</sup> si sola mihi dentur tua vota, precabor,  
 Ut tibi sit, salvo Cæsare, salva parens.  
 Hæc <sup>85</sup> ego, cum faceres altaria <sup>86</sup> pingua thure,  
 Te solitum memini <sup>87</sup> prima rogare Deos.

100

80 Si primi modo erroris veniam impetrem. 81 Solatio, & auxiliis. 82 Si debeam tibi vicissim aliquid optare, & adprecari. 83 De me merito. 84 Si solum id tibi adprecari debeam, quod tu ipse habes in votis. 85 Hæc eadem, quæ nempe præcedunt. 86 Cum sacrificares. 87 Ante omnia, primum.

## EPISTOLA IV.

## A T T I C O.

## A R G U M E N T U M.

*Attico veterem amicitiam, ejusque fructus ultro, citroque jucundiores commemorat, quibus fretus dicit, sibi persuadere, illum, quamvis absentem, adhuc in fide permanere; quod ut faciat, hortatur.*

**A** Ccipe colloquium <sup>2</sup> gelido Nasonis ab Istro,  
 Attice, judicio <sup>3</sup> non dubitande meo:  
 Ecquid <sup>4</sup> adhuc remanes <sup>5</sup> memor infelicis amici?  
 Deserit an <sup>6</sup> partes <sup>7</sup> languida cura suas?  
 Non ita Di <sup>8</sup> tristes mihi sunt, ut credere possim, <sup>9</sup>  
 Fasque <sup>9</sup> putem jam te non meminisse mei.  
 Ante meos oculos tua <sup>10</sup> stat, tua semper imago est:  
 Et videor vultus mente videre tuos.  
 Seria multa mihi tecum collata <sup>11</sup> recorder:  
 Nec data jucundis tempora pauca jocis.

10

Eleg. IV. 2 Epistolam, qua tecum colloquitur. 3 De cujus fide non dubito. 4 An. 5 Perseveras memor esse. 6 Remanetne, an deserit, rel. 7 Offici- cium suum. 8 Irati. 9 Scilicet credere. 10 Adest. 11 Mista, ut Plin. loquitur, II. epist. 13. qui, cum hoc, inquit, seria cum hoc jocos miscui.

Sa-



Sæpè citæ <sup>12</sup> longis visæ sermonibus horæ;  
 Sæpè fuit <sup>13</sup> brevior, quam mea verba, dies.  
 Sæpè tuas factum venit modo <sup>14</sup> carmen ad aures;  
 Et nova iudicio subdita Musa <sup>15</sup> tuo est,  
 Quod tu laudaras populo <sup>16</sup> placuisse putabam: 15  
 Hoc pretium curæ dulce recentis erat.  
 Utque meus limâ rarus <sup>17</sup> liber esset amici,  
 Non semel admonitu facta litura <sup>18</sup> tuo est.  
 Nos fora viderunt <sup>19</sup> pariter, nos porticus <sup>20</sup> omnis,  
 Nos via, nos iunctis <sup>21</sup> curva <sup>22</sup> theatra locis. 20  
 Denique tantus amor nobis, carissime, semper,  
 Quantus in <sup>23</sup> Æacide, Nestorideque fuit.  
 Non ego, si <sup>24</sup> biberes securâ pocula <sup>25</sup> Lethes,  
 Excidere hæc credam pectore posse tuo.  
<sup>26</sup> Longa dies citius brumali sidere, noxque 25  
 Tardior hibernâ solstitialis erit.  
 Nec Babylon <sup>27</sup> æstum, nec frigora Pontus habebit,  
 Calthaque <sup>28</sup> Præstans <sup>29</sup> vincet odore rosas:  
 Quam tibistrarum veniant oblivia <sup>30</sup> rerum.  
 Non ita pars fati candida nulla <sup>31</sup> mei. 30  
 Ne tamen hæc dici posse fiducia <sup>32</sup> mendax,  
 Stultaque credulitas nostra fuisse, cave:  
 Constantique fide veterem tutare <sup>33</sup> sodalem,  
 Qua <sup>34</sup> licet, & quantum <sup>35</sup> non onerosus ero. 34

<sup>12</sup> Cito prætereuntes. <sup>13</sup> Dies defecit nostris sermonibus. <sup>14</sup> Recens, novum, tibi res vitavi. <sup>15</sup> Carmen. <sup>16</sup> Tam pulcrum esse existimabam, quam si totus id populus probasset. <sup>17</sup> Emendatus. Supr. I. 5. 19. <sup>18</sup> Delevi, induxique, ac mutavi sæpè aliquid in meis scriptis te momento. <sup>19</sup> Simul causas agere cœpimus toga sumpta. <sup>20</sup> In quibus una deambulavimus. <sup>21</sup> Proximi sedimus in theatris. <sup>22</sup> In rotundum edificata. <sup>23</sup> Achillem, & Antilochum, Nestoris fil. <sup>24</sup> Etsi. <sup>25</sup> Si vel maxime obliviosus esses. *Lethæ* fluvius apud inferos, qui soporem, & oblivionem in iis qui bibe-

rant, efficiebat. Græcis *Λήθη* oblivio est. <sup>26</sup> Id, quod fieri non potest, Poëta exprimit solemniori more. <sup>27</sup> Urbs maxima in Chaldaea, sicca regione. <sup>28</sup> Viola lucei coloris, gravisque odoris. <sup>29</sup> Præstum in Lucanis maritimum oppidum, non longe à Campania, at Campanæ, & Prænestinæ rostræ præstantissimæ traduntur. Vid. Plin. III. 5. 21. 4. <sup>30</sup> Quam tu mei obliviscaris. <sup>31</sup> Non sunt tam tristia, & infelicia fata mea. <sup>32</sup> Fallax, ne ea fallar. <sup>33</sup> Defende. <sup>34</sup> Qua ratione potes, ita ut Augustum non offendas. <sup>35</sup> Non molestus tibi ero.

EPIS-



## EPISTOLA V.

## S A L A N O.

## ARGUMENTUM.

*Ad Salanum scribit, agitque illi gratias, quandoquidem tam moleste tulerit relegationem suam, quamvis modico amicitia usu illi junctus fuerit, dicitque sibi gratum fuisse, carmina sua à se esse laudata. Eum deinde rogat, ut si ad ejus aures liber de triumpho Germanici pervenerit, ejus tutelam suscipiat. Postremo docet, quandam esse conjunctionem ingentiorum.*

<sup>2</sup> **C**ondita disparibus numeris ego Naso Salano  
Præposita misi verba salute meo.

Quæ <sup>3</sup> rata sit cupio; <sup>4</sup> rebusque ut comprobet omen,  
Te precor à salvo possit, amice, legi.

Candor, in hoc ævo res intermortua pæne,

Exigit, ut faciam talia vota, tuus.

Nam fuerim quamvis modico <sup>5</sup> tibi cognitus usu,  
Diceris exiliis ingemuisse meis.

Missaque ab extremo legeres cum carmina Ponto;

<sup>6</sup> Illa tuus juvit qualiacunque <sup>7</sup> favor.

Optastique brevem <sup>8</sup> patri mihi Cæsaris iram:

Quod tamen <sup>9</sup> optari, si sciat, ipse sinat:

<sup>10</sup> Moribus ista tuis tam mitia vota dedisti:

Nec minus idcirco sunt ea grata mihi.

Quoque magis moveare malis, doctissime, nostris, <sup>15</sup>

Credibile est fieri conditione <sup>11</sup> loci.

Vix hac invenias totum (mihi crede) per orbem.

Quæ minus <sup>12</sup> Augustâ pace fruatur, humum.

Eleg. V. <sup>2</sup> Scripta. Ita construe: Ego Naso misi verba condita numeris disparibus, id est, *Elegiacos versus*, salute præposita, Salano meo. <sup>3</sup> Salus, salutatio. <sup>4</sup> Ipsa res, ut omen, & votum meum sequatur. <sup>5</sup> Non longa amicitia, & veteri consuetudine. <sup>6</sup> Favore illa tuo comprobasti. <sup>7</sup> Quamlibet tenuia.

<sup>8</sup> Optasti ut salvus sit Augustus pater patriæ, & brevi mihi ignoscat. <sup>9</sup> Etiam. <sup>10</sup> Tam bene mihi te esse precatum, moribus tuis, & facilitati tribuendum est. <sup>11</sup> Propter conditionem loci hujus, in quo vivo miserimus. <sup>12</sup> Ab Augusto parta, sacra, divina.

Tu



Tu tamen hîc <sup>13</sup> structos fera inter prœlia versus,  
 Et legis, & lectos ore favente probas. 20  
 Ingenioque meo, <sup>14</sup> venâ quod paupere manat,  
 Plaudis <sup>15</sup> & è rivo flumina magna facis.  
 Grata quidem sunt hæc animo <sup>16</sup> suffragia nostros;  
 Vix sibi cum miseros posse placere <sup>17</sup> putes.  
 Dum tamen in rebus <sup>18</sup> tentamus carmina parvis, 25  
 Materiæ gracili sufficit ingenium.  
 Nuper ut huc magni pervenit fama triumphi,  
 Ausus sum tantæ sumere <sup>19</sup> molis opus.  
 Obruit audentem rerum gravitasque <sup>20</sup> nitorque:  
 Nec potui <sup>21</sup> coepi pondera <sup>22</sup> ferre mei. 30  
 Illic quam laudes, erit officiosa voluntas.  
 Cætera materiâ debilitata <sup>24</sup> jacent.  
 Quod si forte liber vestras pervenit ad aures;  
 Tutelam <sup>25</sup> mando sentiat ille tuam.  
 Hoc tibi facturo, vel si non ipse <sup>26</sup> rogarem, 35  
 Accedat cumulus gratia <sup>27</sup> nostra levis.  
 Non ego laudandus; <sup>28</sup> sed sunt tua pectora lacte,  
 Et non calcata candidiora nive.  
 Mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse;  
 Nec lateant <sup>29</sup> artes, eloquiumque tuum. 40  
 Te juvenum Princeps, cui dat Germania <sup>30</sup> nomên,  
<sup>31</sup> Participem studii Cæsar habere solet.  
 Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis,  
 Ingenio mores <sup>32</sup> æquiparante, places.  
 Te dicente prius <sup>33</sup> fit protinus impetus <sup>34</sup> illi: 45

<sup>13</sup> Compositos. <sup>14</sup> Quod est leve, & exiguum, cujus facultas poetica jam exigua est. <sup>15</sup> Applausu tuo probas ingenium meum. <sup>16</sup> Judicium de me tuum. <sup>17</sup> Putare quis possit, da man glauben solte. <sup>18</sup> Conor componere carmina. <sup>19</sup> Triumphum describendum, rem omnino magnæ molis. <sup>20</sup> Splendor. <sup>21</sup> Institutum mei. <sup>22</sup> Gravitate verbis æquare. <sup>23</sup> Eo in carmine. <sup>24</sup> Non sunt ita scripta, ut reum dignitas merebatur. <sup>25</sup> Conmendo, rogo, ut reliqua. <sup>26</sup> Etiam si non rogarem, sponte tua. <sup>27</sup> Gratia, qua apud te valeo, & amor erga te meus, vel potius gratiarum actio mea, parva & non necessaria accessio. <sup>28</sup> Mereor laudari, laudari tamen ob animi candorem. <sup>29</sup> Ignoræ sint. <sup>30</sup> Cæsar Germanicus. <sup>31</sup> Socium studiorum. <sup>32</sup> Quum ingenium tuum non minus sit, quam candidissimi mores. <sup>33</sup> Declamante. <sup>34</sup> Cupido.

Te-



Teque habet, elicias<sup>35</sup> qui sua verba tuis.  
 Cum tu desisti, mortaliaque<sup>36</sup> ora quierunt,  
 Clausaque non longâ<sup>37</sup> conticuere morâ;  
 Surgit Iulio<sup>38</sup> juvenis cognomine dignus,  
 Qualis ab Eois<sup>39</sup> Lucifer ortus aquis.  
 Dumque silens adstat;<sup>40</sup> status est, vultusque disertus,  
 Spemque decens<sup>41</sup> doctæ vocis amictus habet:  
 Mox, ubi pulsa<sup>42</sup> mora est, atque<sup>43</sup> os cœleste so-  
 lutum;

Hoc Superos,<sup>44</sup> jures, more solere loqui.  
 Atque, hæc est, dicas, facundia Principe digna;<sup>55</sup>  
 Eloquio tantum<sup>45</sup> nobilitatis inest.  
 Huic tu cum<sup>46</sup> placeas, &<sup>47</sup> vertice sidera tanges,  
 Scripta tamen profugi vatis habenda putas.  
<sup>48</sup> Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,  
 Et servat studii fœdera<sup>49</sup> quisque sui.  
 Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,  
 Rectorem dubiæ<sup>50</sup> navita puppis amat.  
 Tu quoque<sup>51</sup> Pæridum studio, studiose, teneris;  
 Ingenioque faves, ingeniose, meo.  
 Distat<sup>52</sup> opus nostrum; sed fontibus<sup>53</sup> exit ab isdem,<sup>65</sup>  
 Artis & ingenuæ cultor uterque sumus.  
 (Tyrus<sup>54</sup> enim vobis, gestata est laurea nobis;

35 Excites ad dicendum. 36 amant. 49 Amicus est illis, qui  
 Tuum, ut hominis, os. 37 Ali- eadem colunt studia. 50 *Dubia*  
 quandiu conticuere, vel, post *puppis*, in periculo versans est.  
 orationem breviorē. 38 Julio, 51 Musarum, Poëtarum. 52 Nos-  
 Cesareo. 39 Id est, nitide, & tra studia diversa sunt, nam tu  
 pulcherrime surgit. 40 Status eloquentiæ, ac dicendi arti, ego  
 corporis eloquentiam testatur. Poësi navo operam. 53 Ab ea-  
 41 Decenti ratione complicata dem origine. 54 Innuit orato-  
 promittit doctam orationem. Vid. rum elegantiam esse concitati-  
 Quintilian. XI. extr. 42 Finita, nem, & quasi eos Bacchi agita-  
 quum incipit. 43 Germanici, ri stimulis, Poëtas vero Apollini-  
 ubi loqui incipit. 44 Deos. 45 Tantam in dicendo eloquentiam nis. Pro sequente vocula *nobis*  
 monstrat. 46 Etsi. 47 Felix sis. Verportennius legit *vobis*, & deinde  
 Horat. Od. I. 36. *vobis*, ac eleganter, ut solet  
 Sublimi feriam sidera vertice. omnia, doctæque explicat; sed  
 Forte etiam ad familiaritatem, locus est corruptus, & Burman-  
 aut adeo affinitatem cum Cæsa- ni, Cel. & magni viri lectionem  
 rea domo respicitur. 48 Simili- sequendam putavimus, sensu sa-  
 bus dediti studiis se invicem tis probo.

R

Sed



Sed tamen ambobus debet inesse <sup>55</sup> calor.  
 Utque meis numeris tua dat facundia <sup>56</sup> nervos;  
 Sic venit à nobis in tua verba <sup>57</sup> nitor. 70  
 Jure igitur studio confinia carmina vestro,  
 Et <sup>58</sup> commilitii sacra tuenda putas:  
 Pro quibus ut maneat, de quo <sup>59</sup> censeris, amicus,  
 Comprecor, ad vitæ tempora summa tuæ:  
 60 Succedatque suis orbis moderator habenis.  
 Quod <sup>61</sup> mecum populi vota precantur idem. 76

<sup>55</sup> Impetus, vis. <sup>56</sup> Vim, & gravitatem orationis. <sup>57</sup> Orationis numerus, suavis & decora compositio. <sup>58</sup> Studiorum societatem; & ex studiorum similitudine ortum amorem sacrum, & conservandum putas. <sup>59</sup> Cuius census quasi pars quædam es. <sup>60</sup> Consiliis tuis prospere regatur hic olim orbis moderator. <sup>61</sup> Quod idem populus vocet, & precatur.

## EPISTOLA VI.

## GRÆCINO.

## ARGUMENTUM.

*Ad Græcinum scribens Poëta, eum monet, ne crimen admissum culpet, quandoquidem præterita mutari non possint. Illum postremo monet, ut mali sibi lapso opem aliquam ferre, ut facit, quam ea damnare, quæ potius excusanda sunt.*

**C**Armine Græcinum, qui præsens voce solebat,  
 Tristis ab Euxinis Naso salutatur aquis.  
 Exsulis <sup>2</sup> hæc vox est, <sup>3</sup> præbet mihi littera linguam:  
 Et, si non liceat scribere, mutus ero,  
 4 Corripis, ut debes, stulti peccata sodalis: 5  
 Et <sup>5</sup> mala me meritis ferre minora doces.  
 Vera facis, sed sera, meæ convicia culpæ.  
 6 Aspera confesso verba remitte reo.

Eleg. VI. 2 Epistola. 3 Est mihi epistola instar linguæ, quæ præsens tecum agere solitus sum. 4 Culpas reprehendit. 5 Poëtam minorem, quam quidem pro delicti gravitate meritis sum. 6 Acerbitatem reprehensionis omittit, & parce reo culpam confitenti.

Cum



Cum poteram recto <sup>7</sup> transire <sup>8</sup> Ceraunia velo,

Ut fera vitarem saxa, monendus eram.

Nunc mihi naufragio quid prodest discere <sup>9</sup> factō,

Quam mea debuerit currere cymba viam?

Brachia da <sup>10</sup> lasso potius prendenda natanti:

Nec pigeat mento supposuisse manum.

Idque facis, faciasque precor, sic mater, & uxor, <sup>15</sup>

Sic tibi sint fratres, totaque salva domus.

Quodque soles animo, quod semper voce precari,

Omnia Cæsaribus sic tua facta <sup>11</sup> probes.

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico

Auxilium nullâ parte tulisse tuum.

Turpe <sup>12</sup> referre pedem, nec passu stare <sup>13</sup> tenaci; <sup>20</sup>

Turpe laborantem <sup>14</sup> deseruisse ratem.

(Turpe sequi <sup>15</sup> casum, & fortunæ cedere, <sup>16</sup> amicum

Et, nisi sit felix, esse negare suum.)

Non ita vixerunt <sup>17</sup> Strophio, atque Agamemnone

nati;

Non hæc Ægidæ <sup>18</sup> Pirithoiq̃ue fides. <sup>25</sup>

Quos prior est mirata, sequens mirabitur ætas:

In quorum <sup>19</sup> plausus tota theatra sonant.

Tu quoque, per durum servato tempus amico,

Dignus es in <sup>20</sup> tantis nomen habere viris. <sup>30</sup>

Dignus es; & quoniam laudem pietate mereris,

<sup>7</sup> Erecto cum velis malo, seu, fortuna mea nondum eversa, & mutata. <sup>8</sup> Eripi promontorium, etiam *Acroceraunia* dictum à fulminibus, & tempestatibus eo loco frequentioribus. *νεπαυρὸς* fulmen est. Noster vero apposite nominat *Ceraunia*, scilicet. *ὀπν*, quia præternavigare ea debebat, quum in exsilium Brundisio concederet. <sup>9</sup> Quid debuisses facere. <sup>10</sup> Opem fer naufrago quasi, & afflictissimo. <sup>11</sup> Omnia sic facias, ut placeas Cæsariibus. Cic. ad Att. ep. 14. lib. IV. *libros, quos in manibus habeo, ut spero, tibi valde probabo, id*

est, sic conscribam, ut probaturus sis. <sup>12</sup> Recedere. <sup>13</sup> Gradum, & locum tueri. <sup>14</sup> In periculo constitutam. <sup>15</sup> Fortunæ inconstantiam, de qua supra etiam dixit. <sup>16</sup> Ordo structuræ is est; & negare, amicum esse suum, nisi sit felix. <sup>17</sup> Pylades, & Orestes: redi ad II. 3. 43. <sup>18</sup> Thesei. <sup>19</sup> Id est, quorum amicitia ut maxime comprobetur, & laudetur, tota theatra in quibus tragœdiæ de iis hominibus aguntur, plausibus, & lætitiæ omnis significationibus resonant. <sup>20</sup> Inter tantos.

R 2

Non



Non erit officii gratia <sup>21</sup> surda <sup>22</sup> tui.  
 Crede mihi ( nostrum si non mortale futurum  
 Carmen) in ore frequens posteritatis eris.  
 Fac modo permanas lapsa , Græcine , fidelis; 35  
 Duret & in longas impetus <sup>23</sup> iste <sup>24</sup> moras.  
 Quæ tu cum præstes , <sup>25</sup> remo tamen utar in aurâ.  
 Nil nocet admissio <sup>26</sup> subdere calcar equo.

<sup>21</sup> Quam habeo tibi , qui officio me juvisti. <sup>22</sup> Obscura, non tacebitur , ac audietur. *Sarda buccina dicitur à Juvenal. Sat. VIII. 71.* <sup>23</sup> Ardens erga me studium tuum , *enfer.* <sup>24</sup> Tempora. <sup>25</sup> Non prætermittam te cohortari , allegorice dictum , & à navigatione sumptum. <sup>26</sup> Cui laxata sunt frena , & qui currit. *Noster de Arte II. 731.*  
*Quum mora non tuta est , totis incumbere remis.*  
*Utile , & admissio subdere calcar equo.*

## EPISTOLA VII. A T T I C O.

### A R G U M E N T U M.

*A<sup>D</sup> Atticum scribens , primo eum salutat : deinde percunctatur quid agat , & an eum amet : queriturque de fortuna , ac mala sua breviter commemorat , & innumerabilia esse dicit : postremo in tot , tantisque malis solum sibi spem relictam solatio esse asserit , precaturque , ut in fide pristina permaneat , nec se amicum deserat.*

**E** Sse salutatum vult te mea littera primum,  
 A male <sup>2</sup> pacatis , Attice , missa Getis.  
 Proxima <sup>3</sup> subsequitur , quid agas , audire , voluptas :  
 Et si <sup>4</sup> quicquid agas , sit tibi cura mei.  
 Nec dubito quin sit : sed me timor ipse malorum <sup>5</sup>  
 Sæpe supervacuus cõgit habere metus.  
 Da veniam , quæso , nimioque ignosce timori.  
 Tranquillas etiam naufragus horret <sup>5</sup> aquas.  
 Qui semel est læsus <sup>6</sup> fallaci piscis ab hamo,

*Eleg. VII. 2 Neutiquam pacatis. Vid. II. 2. 3. 3 Deinde scire aveo quid agas. 4 An. 5 Timor. 6 Qui , dum esca occultus est , fallit pisces.*

Om-



Omnibus unca <sup>7</sup> cibis æra <sup>8</sup> subesse putat. 261  
 Sæpe canem longè visum fugit agna, lupumque 10.  
 Credit; & ipsa suam nescia vitat <sup>9</sup> opem.  
 Membra reformidant mollem quoque saucia tactum:  
 Vanaque <sup>10</sup> sollicitis incutit umbra <sup>11</sup> metum.  
 Sic ego Fortunæ telis confixus iniquis, 15  
 Pectore concipio <sup>12</sup> nil, nisi triste, meo.  
 Jam mihi fata liquet <sup>13</sup> cœptos servantia cursus  
<sup>14</sup> Per sibi consuetas semper itura vias.  
 Observare <sup>15</sup> Deos, ne quid mihi cedat <sup>16</sup> amicè;  
 Verbaque Fortunæ <sup>17</sup> vix puto posse dari. 20  
 Est illi curæ me perdere, quæque solebat  
 Esse levis, <sup>18</sup> constans & <sup>19</sup> bene certa nocet.  
 Crede mihi, si sum veri tibi <sup>20</sup> cognitus oris,  
 Nec <sup>21</sup> fraus in nostris casibus esse potest;  
<sup>22</sup> Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas, 25  
 Altaque quam multis floreat Hybla <sup>23</sup> thymis,  
 Et quot aves motis <sup>24</sup> nitantur in æra pennis,  
 Quotque natent pisces æquore, certus eris:  
 Quam tibi nostrorum statuatur <sup>25</sup> summa laborum,  
 Quos ego sum terrâ, quos ego passus aquâ. 30  
 Nulla Getis toto gens est truculentior orbe;  
 Sed tamen hi nostris ingemuere malis.  
 Quæ <sup>26</sup> tibi si memori <sup>27</sup> coner prescribere versu:  
 Ilias <sup>28</sup> est fatis longa futura meis.  
 Non igitur vereor, quod <sup>29</sup> te rear esse <sup>30</sup> verendum,  
 Cujus amor nobis pignora mille <sup>31</sup> dedit: 36

7 Curva æra hamus sunt; ver-  
 nacule, Anzuelo. 8 Latere sub  
 cibis. 9 Opitulatore. 10 Me-  
 ticulosus. 11 A qua timendum  
 non erat. 12 Cogito. 13 Jam  
 manifestum est. 14 Tenorem  
 suum servatura esse. 15 Judi-  
 co cavete. 16 Prospere, & ex  
 animi sententia. 17 Decipi pos-  
 se meam fortunam. 18 Pergit  
 constanter mihi nocere. 19 Ad  
 modum certa. 20 Si cognovisti  
 me vera loqui solitum esse. 21  
 Mendacium in gravi casu meo  
 à me dici. 22 Cinyphes fluvius  
 Africa minoris est, unde Ciny-  
 phius, Africanus. 23 Mons in  
 Sicilia, salicum, & thymi copia  
 percelebris apud Poëtas. 24 Vol-  
 lent. Sic etiam Maro Æn. IV.  
 252 Paribus nitens Cyllenius a-  
 lis. 25 Dicatur, seu exprima-  
 tur. 26 Mala. 27 Velim com-  
 memorare, & enarrare. 28 Mul-  
 titudo maxima. 29 Quasi. 30  
 Timendum. 31 Documenta plu-  
 rima.

R 3

Sed



Sed quia res timida est omnis miser, & quia longo  
 Tempore <sup>32</sup> lætitiæ janua clausa meæ est.  
 Jam dolor <sup>33</sup> in morem venit meus: utque <sup>34</sup> caducis  
 Percussu crebro saxa cavantur aquis; 40  
 Sic ego continuo Fortunæ vulneror ictu:  
 Vixque habet in nobis jam nova plaga locum.  
 Nec magis assiduo vomer <sup>35</sup> tenuatur ab usu,  
 Nec magis est curvis <sup>36</sup> Appia trita rotis;  
 Pectora quam mea sunt serie cæcata <sup>37</sup> laborum: 45  
 Et nihil inveni quod mihi ferret opem.  
 Artibus ingenuis quæsitæ est gloria multis:  
 Infelix perii dotibus <sup>38</sup> ipse meis.  
 Vita prior vitio caret, & sine labe peracta:  
 Auxilii misero nil tulit illa mihi. 50  
 Culpa gravis precibus <sup>39</sup> donatur sæpe suorum;  
 Omnis pro nobis gratia <sup>40</sup> muta fuit.  
 Adjuvat in duris alios præsentia <sup>41</sup> rebus:  
 Obruit hoc absens <sup>42</sup> vasta procella caput.  
 Quem <sup>43</sup> non obrueret taciti quoque Cæsaris ira? 55  
 Addita sunt pœnis <sup>44</sup> aspera verba meis.  
 Fit fuga temporibus <sup>45</sup> levior: <sup>46</sup> projectus in æquor,  
 Arcturum <sup>47</sup> subii, Pleiadumque minas.  
 Sæpe solent <sup>48</sup> hyemem placidam sentire carinæ:  
 Non <sup>49</sup> Ithacæ puppi sævior unda fuit. 60  
 Recta fides comitum poterat mala nostra levare:  
 Dirata est spoliis perfida <sup>50</sup> turba meis.

32 Nullam lætitiæ sensi. 33 Abiit in consuetudinem, & contraxit habitum doloris. 34 Cadentibus. 35 Attenuatus. 36 Appia via. 37 Debilitata, & orbatæ sensus. 38 Virtutibus. 39 Condonatur, remittitur. 40 Nullus pro me, & salute mea est deprecatus. 41 Quando sunt præsentibus. 42 Me absentem. 43 Id est, omnia obruuntur, tacitæ Cæsaris iræ. 44 Trist. II. 1. 133.

*Tristibus inyeſtus verbis, ita Principe dignum, Ulſus es offeſſas, ut decet, ipſe tuas.*

45 Si anni tempus fugientibus incommodum non est. 46 Navigare jussus sum alieno, & hiberno tempore. 47 Tempeſtares à Plejad. & Arcturi ſidere excitatas. 48 Tempeſtatem etiam hyemis tempore. 49 Ulyſſis navis. 50 Perſidi comites multa mihi ſunt furati.



Mitius exilium faciunt loca : tristior <sup>51</sup> istâ

Terra sub ambobus non jacet ulla <sup>52</sup> polis.

Est <sup>53</sup> aliquid , patriis vicinum finibus esse :

Ultima me tellus , ultimus orbis habet :

Præstat & exsulibus pacem <sup>54</sup> tua laurea , Cæsar :

Pontica finitimo terra sub hoste jacet.

Tempus in agrorum cultu consumere dulce est :

Non patitur <sup>55</sup> verti barbarus hostis humum.

Temperie <sup>56</sup> cœli corpusque , animusque juvantur :

Frigore perpetuo Sarmatis ora <sup>57</sup> riget.

Est in aquâ <sup>58</sup> dulci non invidiosa <sup>59</sup> voluptas :

Æquoreo bibitur cum sale mista <sup>60</sup> palus.

Omnia deficiunt : animus tamen omnia vincit.

Ille etiam vires corpus habere facit ;

Sustineas ut onus , nitendum <sup>61</sup> vertice pleno est ;

At <sup>62</sup> flecti nervos si patiare , cadet. <sup>63</sup>

Spes quoque , posse morâ mitescere Principis iram,

Vivere ne nolim , <sup>64</sup> deficiamque , caver.

Nec vos parva datis <sup>65</sup> pauci solatia nobis,

Quorum spectata est per mala nostra fides.

Cœpta <sup>66</sup> tene , quæso ; nec in æquore desere navem :

Meque simul serva , <sup>67</sup> iudiciumque tuum.

<sup>51</sup> Quam Ponti terra est. <sup>52</sup> Toto cœlo. <sup>53</sup> Res non contemnenda est. <sup>54</sup> Victoriæ , ac imperium. <sup>55</sup> Arari , & coli. <sup>56</sup> Aëris temperie , temperato aëre. <sup>57</sup> Sarmatia. <sup>58</sup> Bibenda scilicet. <sup>59</sup> Non invidenda. Invidiosa. <sup>60</sup> Palustris aqua mihi bibenda est , æque , ob mare vicinum , salsa. <sup>61</sup> Totis viribus. <sup>62</sup> Capitis , & cer-

vicis nervos si flecti patiaris. <sup>63</sup> Onus. <sup>64</sup> Desperem. <sup>65</sup> Supr. Eleg. 3. 30.

*Vix duo projecto , tresve tulistis opem ;*

<sup>66</sup> Qua cœpisti , pergere. <sup>67</sup> Exsistimationem de me tuam , seu iudicium , quo putasti me dignum venia , ac defensione , amicitiaeque tua , aut Cæsarem mihi olim fore mitiorem.





# EPISTOLA VIII. MAXIMO COTTÆ.

## ARGUMENTUM.

*Hanc Epistolam scribit ad Cottam, eique gratias agit, quod ad se miserit Augusti Caesaris, Livie, ac etiam Tiberii imagines: quos quantam præsentem, & aliter videre non poterat, pro Diis venerabatur. Rogat deinde eos, ut sibi mitius exsilium concedant, nec patiat eorum imagines, quas habet semper secum, esse in hostili, & in inuito loco.*

**R**editus est nobis <sup>2</sup> Cæsar cum Cæsare nuper,  
Quos mihi misisti, Maxime Cotta, Deos.  
Utque suum munus numerum, quem <sup>3</sup> debet, haberet,  
Est ibi Cæsaribus Livia juncta suis.  
Argentum <sup>4</sup> felix, omnique beatius auro, 5  
Quod fuerit <sup>5</sup> pretium cum rude, numen habet.  
Non mihi divitias dando, majora dedisses,  
Coelitibus missis <sup>6</sup> nostra sub ora tribus.  
Est aliquid spectare Deos, & adesse putare;  
Et quasi cum vero numine posse loqui. 10  
Præmia <sup>7</sup> quanta Dei! nec me tenet ultima <sup>8</sup> tellus;  
Utque prius, media, sospes in Urbe, moror.  
Cæsareos video vultus, velut ante videbam:  
Vix hujus voti spes fuit ulla mihi.  
Utque <sup>9</sup> salutabam, numen cœleste saluto. 15  
Quod <sup>10</sup> reduci tribuas, nil (puto) majus habes.  
Quid nostris oculis, nisi sola palatia <sup>11</sup> desunt?  
Qui locus, ablato <sup>12</sup> Cæsare, vilis erit.

Eleg. VIII. <sup>2</sup> Augusti, & Tiberii imagines ad me perlatae sunt. <sup>3</sup> Ternarium scilicet sacrum, & diis gratum. <sup>4</sup> In quo imagines pictæ sunt. <sup>5</sup> Quum per se ac rude pretiosum sit, numen jam habet, Cæsarum nempe imagines. <sup>6</sup> Mihi, sub as-

pectum meum. <sup>7</sup> Quantum donum sunt Diis? <sup>8</sup> In Ponto amplius esse non videor. <sup>9</sup> Nempe præsens quum adhuc essem. <sup>10</sup> Si Romam redirem, vix majus quid tribuere mihi posses. <sup>11</sup> Ubi Cæsar habitabat. <sup>12</sup> Si Augustus non adsit.

Hunc



Hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romam.

Nam patriæ faciem sustinet <sup>13</sup> ille suæ.

20

Fallor? An irati mihi sunt in imagine vultus;

Torvaque nescio <sup>14</sup> quid forma minantis habet?

<sup>15</sup> Parce, vir immenso major virtutibus orbe,

Iustaque vindictæ <sup>16</sup> supprime lora tuæ.

Parce, precor, sæcli decus indelebile nostri;

25

Terrarum dominum quem sua cura facit.

Per patriæ nomen, quæ te tibi carum ipso est;

Per nunquam <sup>17</sup> surdos in tua vota Deos;

Perque tori sociam, quæ par <sup>19</sup> tibi sola reperta est,

Et cui majestas non onerosa tua est;

30

Perque tibi similem virtutis imagine <sup>20</sup> natum,

Moribus <sup>21</sup> agnosci qui tuus esse potest;

Perque tuos vel <sup>22</sup> avo, vel dignos <sup>23</sup> patre nepotes,

<sup>24</sup> Qui veniunt magno per tua vota gradu;

Parte leva minima nostras & contrahe <sup>25</sup> poenas,

35

Daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum.

Et tua (si fas est) à Cæsare proxime, <sup>26</sup> Cæsar,

Numina sint precibus non inimica meis.

Sic fera quamprimum pavido Germania vultu

Ante triumphantes serva <sup>27</sup> feratur equos.

40

Sic pater in <sup>28</sup> Pylios, <sup>29</sup> Cumæos mater in annos

Vivant, & possis filius esse diu.

Tu quoque, conveniens ingenti nupta <sup>30</sup> marito,

Accipe non <sup>31</sup> durâ supplicis aure preces.

Sic tibi vir sopes, sic sint cum <sup>32</sup> prole nepotes,

45

Cumque bonis nuribus quas peperere <sup>33</sup> nurus.

<sup>13</sup> In illo cerno totam patriam. <sup>14</sup> Aliquid. <sup>15</sup> Augustum, scilicet ejus effigiem alloquitur. <sup>16</sup> Adhuc fræna, cohibe iram. <sup>17</sup> Semper tua vota audientes. <sup>18</sup> Liviam. <sup>19</sup> Tua digna majestate; & persona principe. <sup>20</sup> Tiberium. <sup>21</sup> Qui potest agnosci moribus tuus esse, seu, quod tuus fil. sit. <sup>22</sup> Augusto. <sup>23</sup> Tiberio. <sup>24</sup> Qui ex voto tuo gradiuntur ad virtutem. <sup>25</sup> Minue calamitatem meam exsili. <sup>26</sup> Tiberi. <sup>27</sup> Imago Germaniæ præferatur in triumpho. <sup>28</sup> Nestoris. Sup. l. 4. 10. <sup>29</sup> Cumææ Sibillæ, quam Virgil. VI. Æneid. v. 321. Longævam sacerdotem vocat. <sup>30</sup> Livia. <sup>31</sup> Clementi. <sup>32</sup> Tiberio fil. <sup>33</sup> Neptes.



Sic, quem dira tibi rapuit <sup>34</sup> Germania, Drusus  
Pars fuerit partus sola <sup>35</sup> caduca tui.

Sic tibi fraterni maturè funeris ultor,  
Purpureus niveis filius instet <sup>36</sup> equis.

Annuite, ô timidis <sup>37</sup> mitissima numina votis.

Præsentes aliquid prosit habere <sup>38</sup> Deos.

Cæsaris adventu tota gladiator <sup>39</sup> arena

Exit; & auxilium non leve ultus <sup>40</sup> habet:

<sup>41</sup> Nos quoque vestra juvet quod, qua licet, ora vi-  
demus: 55

Intrata est Superis quod domus una tribus.

Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos, <sup>42</sup>

Quique Deum coram corpora vera vident.

Quod quoniam nobis invidit <sup>43</sup> inutile fatum;

Quos dedit ars votis, effigiemque colo. 60

Sic homines novere <sup>44</sup> Deos, quos arduus æther

Occulit, & colitur pro Jove forma <sup>45</sup> Jovis.

Denique, quæ mecum est, & erit sine fine, cavete,

Ne sit in invisio vestra figura <sup>46</sup> loco.

Nam caput è nostrâ citius cervice <sup>47</sup> recidi,

Et patiar <sup>48</sup> fossis lumen abire genis; 65

Quam caream raptis, ô publica numina, vobis:

Vos eritis nostræ portus, & ara fugæ.

Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis;

Vosque mea, <sup>49</sup> Aquilas, vos mea signa sequar. 70

34 Qui mortuus est in Germania. Legenda elegia Pedovis Altinovan, cui Gorallus, scilicet Johan. Clericus V. C. qui edidit pulcherrime, adscribit, qua auctor Liviam de morte Drusi consolatur. 35 Morti obnoxia. 36 De Germania triumphet quadrigis albis vectus. 37 Humilibus. 38 Imagines vestras tanquam Deorum. 39 Quando Cæsar veniebat in locum, quo depugnabant gladiatores, hi victi, & ad eum confugientes liberi dimittebantur, ut docet Lipsius, Sat. II. 22. 40 Cæsaris. 41 Juvet

etiam me, quod video ora vestra, qua licet, id est, in effigie. 42 Ipsum Augustum, Tiberiumque, & Libiam. 43 Invidum, noxium. 44 Per imagines, & simulacra homines Deos, quos videre non licet, cognoscunt. 45 Simulacrum, signum. 46 Imagines vestre, quas mecum, apud me, habeo, ac semper habeo. 47 Amputari patiar. 48 Oculos mihi patiar effodi. 49 Exercitum, quo me defendam. Aquilæ signa erant in legionibus, quæ sequebantur milites.



Aut ego me fallo, nimiaque cupidine <sup>50</sup> ludor;

Aut spes exilii commodioris adest.

Nam minus & minus est facies in imagine <sup>51</sup> tristic:

Visaque sunt dictis annuere <sup>52</sup> ora meis.

Vera, precor, fiant timida præsagia mentis:

Justaque quamvis est, sit <sup>53</sup> minor ira Dei.

76

<sup>50</sup> Decipior nimia cupiditate <sup>51</sup> Irata mihi videtur. <sup>52</sup>  
loci melioris, quam quo commo- <sup>53</sup> Tamen sit levior.

## EPISTOLA IX.

## COTY REGI.

## ARGUMENTUM.

*Ad Cotyn, filium Cotys, Regis Thracie, hanc epistolam scribit, laudans illum à generis origine, monetque, regium, ac divinum esse, miseris succurrere, & sibi potissimum, ob studia Poëtica facultatis, siquidem illa quasi quoddam amicitia vinculum habent. Postremo cum rogat, ut oranti terra sua bellicosa, in qua exultabat, sit ei fida, & amica.*

**R**egia progenies, cui nobilitatis origo  
Nomen <sup>2</sup> in Eumolpi pervenit usque, Cotys:  
Fama loquax vestras si jam pervenit ad aures,

Me tibi finitimi parte jacere <sup>3</sup> soli;

Supplicis <sup>4</sup> exaudi, juvenum mitissime, vocem;

Quamque potes profugo (nam potes) affer opem.

Me Fortuna tibi (de qua non conquerar hoc est)

Tradidit, <sup>6</sup> hoc uno non inimica mihi.

Elegia IX. 2 Qui genus ducis ab Eumolpo, Neptuni fil. 3 Commorari, esse in exilio. 4 Audi: nam *exaudio*, & *audio* unum notant & idem. Ita Cellarius Cur. Poster. p. 377. & Joann. Ker. tom. I. Observat. I. L. judicant. Aliter Borrichius, qui optimos etiam auctores adhibere ait pro audiendo *expugnari*. Vid. Guntheri Lat. Rest. part. I. p. 210. id notandum puto juventuti, nos-

trates perperam voci *exaudire* unicum significatum, *precibus annuere*, *exhoren*, tribuere, nam æquè benè dixeris *audire* alicujus preces, ac *exaudire*, quum etiam simplex *audire* notet facere, quod quis petiit. Vid. Cellar. Antiq. p. 172. 5 Quod est unicum, cujus causa de fortuna non conqueri debeo. 6 Commendavit.

Ex-



Excipe naufragium <sup>7</sup> non duro litore nostrum,  
 Nec fuerit terrâ tutior unda <sup>8</sup> tuâ. 10  
 Regia (crede mihi) res est, succurrere lapsis:  
 Convenit & tanto; quantus es ipse, viro.  
 Fortunam decet hoc <sup>9</sup> istam: quæ maxima cum sit,  
 Esse potest animo vix tamen æqua tuo.  
 Conspicitur nunquam meliore potentia <sup>10</sup> causâ, 15  
 Quam quoties vanas non sinit esse preces.  
 Hoc <sup>11</sup> nitor, ille tui generis desiderat, hoc est  
 A Superis <sup>12</sup> ortæ nobilitatis opus.  
 Hoc tibi & Eumolpus, generis clarissimus auctor,  
 Et prior Eumolpo suadet <sup>13</sup> Erichtonius. 20  
 Hoc tecum <sup>14</sup> commune Deo, quod uterque rogati  
 Supplicibus vestris ferre soletis opem.  
<sup>15</sup> Numquid erit, quare solito dignemur honore  
 Numina, si <sup>16</sup> demas velle juvare Deos?  
 Jupiter oranti surdas si præbeat aures; 25  
 Victima pro <sup>17</sup> templo cur cadat icta Jovis?  
 Si <sup>18</sup> pacem nullam Pontus mihi præstet <sup>19</sup> eunti,  
 Irrita <sup>20</sup> Neptuno cur ego thura feram?  
 Vana laborantis si <sup>21</sup> fallant vota coloni,  
 Accipiat gravidæ <sup>22</sup> cur suis exta <sup>23</sup> Ceres? 30  
 Nec dabit intonso <sup>24</sup> jugulum, caper hostia Baccho,  
 Musta sub <sup>26</sup> adducto si pede <sup>27</sup> nulla fluant.  
 Cæsar ut imperii moderetur fræna precamur,  
 Tam bene <sup>28</sup> quo patriæ consulit ille suæ.

7 Me quasi naufragum. 8 Ne  
 tutior fuisse videar in mari, quam  
 terra tua. 9 Tam altum te, re-  
 gem quippe. 10 In re, nego-  
 tio. 11 Splendor. 12 Hoc con-  
 venit tibi, qui ab Eumolpo, Nep-  
 tuni fil. genus ducis. 13 Ata-  
 vus erat Eumolpi maternus. 14  
 Cic. Orat. pro Ligar. extr. *Ho-*  
*mines ad Deos nulla re proprius ac-*  
*cedunt, quam salutem hominibus*  
*dando.* 15 An causa erit, quare.  
 16 Si dicas, fingas, Deos juvare  
 homines nolle. 17 Ante tem-  
 plum Jovis. 18 Tranquillam na-  
 vigationem. 19 Naviganti, pro-

ficiscenti. 20 Nihil juvantia.  
 21 Non impleat, non respon-  
 deat ejus desiderii. 22 Nam  
 porca animal satis nocivum, Ce-  
 reri immolabatur. 23 Exta sunt  
 cor, pulmo, jecur, lien. 24 Bar-  
 bam non habenti. Sic enim Bac-  
 chus fingitur 25 Mactabitur,  
 jugulabitur. 26 Attracto, ad  
 premendum sublato. 27 Pedi-  
 bus enim veteres calcabant uvas  
 in torculari. 28 Quo imperio:  
 quia tam bene imperium gerit,  
 & publicam rem saluberrime ad-  
 ministrat.

Uti-



Utilitas igitur magnos hominesque, Deosque

Efficit; auxiliis <sup>29</sup> quoque favente suis.

35

Tu quoque fac prosis intra tua <sup>30</sup> castra jacenti,

O Coty, progenies digna parente tuo.

Convensiens homini est, hominem servare, voluptas:

Et melius nullâ quæritur arte favor.

40

Quis non <sup>31</sup> Antiphaten Læstrygona <sup>32</sup> devovet? aut quis

Munifici mores improbat <sup>33</sup> Alcinoi?

Non tibi <sup>34</sup> Cassandreus pater est, gentisque <sup>35</sup> Pherææ;

<sup>36</sup> Quive repertorem torruit arte suâ

Sed quàm <sup>37</sup> Marte ferox, & vinci nescius armis,

45

Tam, numquam factâ pace, cruoris amans.

Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes,

Emollit mores, nec sinit esse feros.

Nec Regum quisquam magis <sup>38</sup> est instructus ab illis, <sup>39</sup>

<sup>39</sup> Mitibus aut studiis tempora plura dedit.

Carmina <sup>40</sup> testantur: quæ, si, tua nomina demas,

Threïcium <sup>41</sup> juvenem composuisse negem,

Neve sub <sup>42</sup> hoc tractu vates foret unicus <sup>43</sup> Orpheus;

<sup>44</sup> Bistonis ingenio terra superba tuo est.

Utque tibi est <sup>45</sup> animus, cum res ita postulat, arma <sup>46</sup>

Sumere, & hostili tingere cæde manum:

Atque ut es excusso <sup>46</sup> jaculum torquere lacerto,

<sup>29</sup> Dum quisque favet sibi auxilianti, eumque amat. *Epistetus Enchirid. ἐπὶ τὸ συν-φύειν, ἐνὶ καὶ τὸ εὐσεβῆς*, ubi commodum, ibi & pietas, p. 48. ed. Ad Relandi. <sup>30</sup> Præsidia, fines regni. <sup>31</sup> Vid. supr. II. 2. 116. <sup>32</sup> Execratur, abominatur. <sup>33</sup> Is Phæacum Rex, Ulyssem naufragum hospitio excepit. <sup>34</sup> Apollodorus, ab urbe Macedoniæ Cassandra, cujus tyrannus crudelis erat, *καταστροφῆς*, Cassandreus dictus. Vid. Polyen. VI. 37. Non tibi pater est è gente Pheræa, id est, talis, tam crudelis, quam fuit Alexander Pheræus, Pherarum in Thessalia ty-

rannus. Vid. Nepotem XVI. 5. 1. & ibi Cellarii notam. <sup>36</sup> Phalaris notatur, qui Perillum, æret bovis fabricatorem, eodem primum ussit. <sup>37</sup> Bello fortis Rhy-metalicis. Vid. Tacit. Ann. II. 64. <sup>38</sup> Quam tu. <sup>39</sup> Effective, mites redentibus, ac mansuetos, it. paci convenientibus. <sup>40</sup> Tua, quæ composuisti. <sup>41</sup> A Thrace facta esse non crederem. <sup>42</sup> In hoc tractu, regione, in Thracia. <sup>43</sup> Vid. Metam. XI. 1. 66. <sup>44</sup> Thracia. <sup>45</sup> Utque fortis es, & animum ad bella etiam aptum habes. <sup>46</sup> Ad jactum moto. *Excussaque brachia jacto*, inquit Met. V. 596.

Col-



Collaque velocis flectere doctus equi.  
 Tempora sic <sup>47</sup> data sunt studiis ubi justa paternis,  
 Utque suis <sup>48</sup> humeris forte quievit opus; 60  
 Ne tua marcescant per inertes otia somnos,  
 Lucida Pieriâ <sup>49</sup> tendis in astra viâ.  
 Hæc quoque res aliquid tecum mihi <sup>50</sup> fœderis adfert;  
 Ejusdem sacri cultor uterque sumus.  
 Ad vatem vates orantia brachia tendo, 65  
 Terra sit exsiliis ut tua <sup>51</sup> fida meis.  
 Non ego cæde nocens in Pontica litora veni,  
 Mistave <sup>52</sup> sunt nostrâ dira venena manu:  
 Nec <sup>53</sup> mea <sup>54</sup> subjectâ convicta est <sup>55</sup> gemma tabellâ  
<sup>56</sup> Mendacem <sup>57</sup> linis imposuisse notam: 70  
 Nec quidquam, quod lege veter committere, feci:  
 Et tamen his gravior <sup>58</sup> noxa fatenda mihi est.  
 Neve roges quid sit; stultam conscripsimus Artem.  
 Innocuas nobis hæc vetat esse <sup>59</sup> manus.  
 Ecquid præterea peccarim, quærere noli: 75  
 Ut <sup>60</sup> lateat solâ culpa sub Arte mea.  
 Quidquid id est, <sup>61</sup> habui moderatam vindicis iram;  
 Qui, <sup>62</sup> nisi natalem, nil mihi dempsit, humum.  
 Hac quoniam careo, tua nunc vicinia <sup>63</sup> præstet,  
 Inviso <sup>64</sup> possim tutus ut esse loco.

<sup>47</sup> Studia paterna sunt militaria, exercitationes militares, quibus ejus pater delectabatur. <sup>48</sup> Quasi depositum ex humeris opus bellicum. <sup>49</sup> Via ad Musas decente contendis ad gloriam, & Poësi operam das. <sup>50</sup> Conjunctionis. <sup>51</sup> Tuta, pacata. <sup>52</sup> Non ob beneficii crimen sum ab Augusto relegatus. <sup>53</sup> Nec sum falsarius. <sup>54</sup> Falsa tabella, falso testamento, vel contractu sup-

positio. <sup>55</sup> Sigillum. <sup>56</sup> Falsum sigillum impresisse. <sup>57</sup> Vinculo & lino factò, quo tabulæ colligari solebant. <sup>58</sup> Crimen. <sup>59</sup> Hæc est in causa, quo minus innocuus sim. <sup>60</sup> Ut tantum tegatur meum crimen sub causa conscriptæ à me Artis amatorie. <sup>61</sup> Expertus sum. <sup>62</sup> Patriæ usuram. <sup>63</sup> Tu mihi vicinus facias. <sup>64</sup> Mihi insuavi, ubi non lubens vivo.

EPIS-



## EPISTOLA. X.

## M A C R O.

## ARGUMENTUM.

*Ad Macrum Poëtam scribens multis indicîis ostendit, debere eum esse memorem sui, & pristinae amicitiae: cujus fructus, & amoris signa si illi in mentem venerint, dicit se absentem futurum illi tanquam præsentem semper ante oculos: quod ut ipse quoque efficiat, impense precatur Poëta.*

**E**Cquid ab impressæ <sup>2</sup> cognoscis imagine ceræ,  
 Hæc tibi Nasonem scribere verba, Macer?  
 Auctorisque sui si non est <sup>3</sup> annulus index,  
 Cognitane est nostrâ littera facta manu?  
 An tibi notitiam <sup>4</sup> mora temporis eripit horum;  
 Nec repetunt <sup>5</sup> oculi signa <sup>6</sup> vetusta tui? 5  
 Sis licet oblitus pariter gemmæque, manusque,  
 Exciderit tantum ne <sup>7</sup> tibi cura mei:  
 Quam <sup>8</sup> tu vel longi debes convictibus <sup>9</sup> ævi,  
 Vel mea quod conjux non <sup>10</sup> aliena tibi; 10  
 Vel studiis, <sup>11</sup> quibus es, quam nos, sapientius usus;  
 Utque decet, nullâ factus <sup>12</sup> es Arte nocens.  
 Tu canis <sup>13</sup> æterno quidquid restabat <sup>14</sup> Homero;  
 Ne careant <sup>15</sup> summâ Troïca bella manu.  
 Naso parum prudens, Artem dum tradit amandi. 15  
 Doctrinæ pretium triste <sup>16</sup> magister habet.  
 Sunt tamen inter se communia sacra Poëtis;  
 Diversum quamvis quisque <sup>17</sup> sequamur iter.

Eleg. X. <sup>2</sup> Ceræ, cui est impressum signum. <sup>3</sup> Annuli signum. <sup>4</sup> Diuturnitas temporis. <sup>5</sup> Memoria scilicet. recordantur. <sup>6</sup> Olim tibi nota. <sup>7</sup> Illud ne optantis est. <sup>8</sup> Curam, <sup>9</sup> Amicitiae, & familiaritati diuturnæ. <sup>10</sup> Cognata. <sup>11</sup> Poëticiis nempe. <sup>12</sup> Nullam scripsisti amandi Artem. <sup>13</sup> Immortalis glo-

riæ Poëte. Tibullus: *Valgius æterno proprior non alter Homero.* <sup>14</sup> Adhuc canendum supererat. <sup>15</sup> Suprema, ne imperfecta sit descriptio belli Trojani. <sup>16</sup> Non jucundum, exilium scilicet pro mercede accipit. <sup>17</sup> Quamvis diversis carminum generibus utamur.

Quo-



Quorum <sup>18</sup> te memorem (quamquam procul absumus) esse  
<sup>19</sup> Suspitor ; & casus velle levare meos.

Te duce , <sup>20</sup> magnificas Asiæ perspeximus urbes :

<sup>21</sup> Trinacris est oculis , te duce , nota meis.

Vidimus Ætnâ cœlum splendescere flammâ ;

Suppositus monti quam vomit ore <sup>22</sup> Gigas :

<sup>23</sup> Hennæosque locus , & olentia stagna <sup>24</sup> Palici , <sup>25</sup>

Quaque suis Cyanen <sup>25</sup> miscet Anapus aquis.

Nec procul hinc <sup>26</sup> Nymphen , quæ , dum fugit Elidis

<sup>27</sup> amnem ,

Tecta <sup>28</sup> sub æquoreâ nunc quoque currit aquâ.

Hic mihi labentis pars anni magna peracta est.

Heu , quam dispar est locus ille Getis ! <sup>30</sup>

Et quota pars hæc sunt rerum , quam vidimus ambo ,

Te <sup>29</sup> mihi jucundas efficiente vias !

Seu rate cæruleas picta sulcavimus undas ;

Esseda <sup>30</sup> nos agili sive tulère rotâ.

Sæpè brevis nobis <sup>31</sup> vicibus via visa loquendi ; <sup>35</sup>

Pluraque , si numeres , verba fuère <sup>32</sup> gradu.

<sup>18</sup> Sacrorum communium , conjunctionis ex studiorum similitudine ortæ. <sup>19</sup> Puto. <sup>20</sup> Tecum Asiam peragravi. <sup>21</sup> Studium Encladus , aut Typhæus. Vid. sup. Eleg. 2. 11. & Metam. V. 352. <sup>23</sup> Henna scil. Enna , Urbs Siciliae , ad quam lacus , Pergus. Nost. Met. V. 385. <sup>24</sup> Vel Palicorum potius. Palici enim fuere Jovis filii ex nympa , quam compresserat. Thalia , seu Ætna. Hæc Junonis iram metuens optabat ut dehisceret terra , seque absumeret : impetrato , parvus tempus advenit , duo igitur ex ea nata pueri de terra proruphebant , & ab eo in auras reducti *Palici* dicuntur , ἀπό τῶν πάλιν ἰνδράων *rursus veniendo*. Vid. Macrobi. Saturn. V. 19. Serv. Virg. An. IX. 385. *Olientia* dicuntur , ob sulphur , etiam Met. V. 405. <sup>25</sup> Fontem in Syracusano agro , qui defluit in *Anapum* , Cya-

ne à nympa ejus nominis , in eum mutata , dictus est. Met. V. 411. seqq. <sup>26</sup> Arethusam fontem in insula Syracusa. Ea Arcadia nympa à Poëtis in Arcadia fuisse dicitur , & amata ab *Alpheo* , fluvio Elidis , quem ut effugeret , mutata in fontem , qui per meatus subterraneos in Sicilia deferatur , & ibi *rursus* erumpat. Noster Metam. V. 572. seqq. <sup>27</sup> *Alpheum* , qui ejus erat amore captus. <sup>28</sup> Abscondita , subterraneo meatu. <sup>29</sup> Quum titu gratissimus comes suavem huius viam redderes. Pertinet huc illud : *Facundus comes in via pro vehiculo est*. <sup>30</sup> *Essedum* , vehiculum leve , & velox olim apud Belgas , & Britones in bello quoque usitatum , ut Cæsar testatur de B. G. IV. 33. <sup>31</sup> Sermonis vicissitudine. <sup>32</sup> Plura verba à nobis dicta sunt , quam fuere passus.

Sr-



Sæpè dies sermone minor fuit ; 33 inque loquendum

Tarda 34 per æstivos defuit hora dies.

Est aliquid , casus pariter timuisse marinos,

Junctaque 35 ad æquoreos vota tulisse Deos:

Et modo 36 res egisse simul , modo rursus ab illis,

40

Quorum non pudeat posse referre 37 jocos.

Hæc tibi si subeant (absim licet) omnibus horis

Ante tuos oculos , ut 38 modo visus , ero.

Ipse quidem extremi cum sim sub 39 cardine mundi, 45

Qui semper liquidis 40 altior extat aquis;

Te tamen intueor , quo solo 41 pectore possum,

Et tecum gelido sæpè sub axe loquor.

Hic es , & ignoras ; & ades celeberrimus absens,

Inque Geras mediâ visus ab urbe venis.

50

Redde 42 vicem ; & , quoniam regio felicior ista 43

est,

Illic me memori pectore semper habe.

33 Ad loquendum , ad sermonem. 34 Tardæ vocantur horæ æstivæ , quoniam necesse erat æstate horas esse longiores , quia Romani diem quemlibet dividebant in duodecim horas. 35 Simul precatum esse Deos maris. 36 Serias , debita negotia. 37 Jocos sumptos à rebus non turpibus. Seu egisse jocos post res actas , quas referre non turpe esset. 38 Tanquam me modo vidisses. 39 Pòlo Àrtico , & Septentrionali. 40 Qui nunquam occidit , & sub aquas mergitur. Tristium IV. 3.

Magna minorque fere , quarum Regis altera Grajas , Altera Sidonias , utraque sicca , rates , Omnia quum summo positæ videatis in axe , Et maris occiduas non subeatis aquas.

Alia loca studio non adducimus , 41 Solo pectore , quo possum , facere. 42 Vicissim memoriam mei cole , & parem mihi præsta amorem. III. 5. 35. infra. 43 Italia.





## EPISTOLA XI.

RUFO.

## ARGUMENTUM.

*Ad Rufum Fundanum, uxoris suæ ayunculum, hanc Epistolam scribit Poëta; cujus merita dicit se habere in memoria, quamvis sit longissimo intervallo remotus. Demum Deos precatur, ut illi meritas gratias referant.*

**H**Oc tibi, Rufe, brevi properatum<sup>2</sup> tempore mittit

Naso, parum faustæ conditor artis; <sup>3</sup> opus;  
Ut, quamquam longè toto sumus orbe remoti,

Scire tamen possis, nos meminisse tui.

<sup>4</sup> Nominis ante mei veniant oblivia nobis.

Pectore quàm pietas sit tua pulsa meo:

Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,

Quàm fiat meriti gratia vana <sup>5</sup> tui.

Grande voco lacrymas meritum, quibus ora rigas,

Cum mea <sup>6</sup> concreto sicca dolore <sup>7</sup> forent.

Grande voco meritum, mœstæ solatia mentis,

Cum pariter nobis illa tibi que dares.

Sponte quidem, per seque mea est laudabilis uxor;

Admonitu melior fit tamen illa tuo:

Namque quod <sup>8</sup> Hermiones Castor fuit, Hector <sup>9</sup> Iuli,

Hoc ego te lætor conjugis esse meæ.

Quæ, ne dissimilis sibi sit probitate, laborat;

Seque tui <sup>10</sup> vitâ sanguinis esse probat.

Eleg. XI. 2 Scriptum celeriter, nec magna cura adhibita ob temporis brevitatem. 3 Epistol. 4 Obliviscer ante mei nominis. 5 Quam deponam gratum animum. 6 Ora, facies. 7 Ego stupidus dolore, & ceu glacies, factus rigidus, emittere lacrymas non valerem. 8 Sororis, & filie, nam Helenæ filia fuit Hermione, Helena soror Castoris. 9 Iulus, seu Ascanius, Æneæ fil. erat è matre creusa natus, quæ fuit soror Hectoris. 10 Moribus piis, & proba vita demonstras.

Er-



Ergo, quod fuerat <sup>11</sup> stimulis factura sine ullis,

Plenius <sup>12</sup> auctorem te quoque nacta, facit;

20

<sup>13</sup> Acer, & ad palmæ <sup>14</sup> per se cursurus honores,

Si tamen <sup>15</sup> horteris, fortius <sup>16</sup> ibit equus.

Adde, quod absentis curâ mandata fidei

Perficis, & nullum ferre gravaris onus.

O referant grates, quoniam non possumus ipsi,

25

Dî tibi, qui referent, si pia facta <sup>17</sup> vident.

Sufficiatque <sup>18</sup> diu corpus quoque moribus istis,

Maxima <sup>19</sup> Fundani gloria, Rufe, soli.

<sup>11</sup> Cohortatione. <sup>12</sup> Ego melius. <sup>13</sup> Alacer. <sup>14</sup> Victoriæ Circensibus ludis reportandæ, nam in iis victores palmâ honorabantur. <sup>15</sup> Incites calcaribus, aut alio modo quolibet. <sup>16</sup> Celenius. <sup>17</sup> Si vident pie aliquem

facere, vel si respiciunt pios, & eorum facta. <sup>18</sup> Integris viribus sit tuum corpus, ut mores istos tuos porro amicis possis declarare. <sup>19</sup> Fundi oppidum in Campania, unde Rufus ortus erat.





P. OVIDII NASONIS  
EPISTOLARUM  
EX P O N T O  
LIBER TERTIUS.  
EPISTOLA I.  
UXORI.

ARGUMENTUM.

*Hanc hujus libri primam epistolam ad uxorem mittit, cui Ponticæ regionis, ubi exsulabat, incommoda narrat, quibus dicit debere illi minime mirum videri, si mitioris soli exsilium petat: qua in re ipsa pro marito debeat præ cæteris laborare, si vult bonæ uxoris officio fungi. Docet deinde, id sibi præstari posse, si ad Liviæ Augusti uxoris præsidium confugerit, cujus clementiam, ac benignitatem exponit, ad quam rem peragendam eligendum esse tempus idoneum, admonet. Quo pacto autem id agendum, quidve petendum sit, elegantissime colligit Poëta.*

**Æ** Quor<sup>2</sup> Iäsonio pulsatum remige primum,  
Quæque nec hoste fero, nec nive, terra, <sup>3</sup> cares;  
Ecquod erit tempus, quo vos ego Naso relinquam,  
In minus hostilem jussus abire locum?  
An mihi Barbariâ vivendum semper in istâ? 5  
Inque Tomitanâ condar <sup>4</sup> oportet humo?  
Pace tua, si pax ulla est tibi, Pontica tellus,  
Finitimus rapido quam terit hostis equos;  
Pace <sup>5</sup> tuâ dixisse velim: tu pessima <sup>6</sup> duro  
Pars es in exsilio, tu mala nostra gravas. 10

Elegia I. 2 A nautis Jasonis. malorum, in exsilio tolerando.  
3 Id est, terra Pontica. 4 Se- rum, maximum es & gravissi-  
pellar. 5 Bona cum venia. 6 Tu mum.

Tu.



Tu neque ver sentis, cinctum 7 florente coronâ:  
 8 Tu neque messorum corpora 9 nuda vides:  
 Nec tibi pampineas autumnus porrigit uvas;  
 Cuncta sed immodicum tempora frigus habent:  
 Tu glacie freta 10 vincta tenes, & in æquore piscis 15  
 Inclusus testâ 11 sæpè natavit aquâ:  
 Nec tibi sunt fontes, laticis 12 nisi pæne marini:  
 Qui potus dubium sistat, alatne sitim.  
 Rara, neque hæc 13 felix, in apertis eminet arvis  
 Arbor; & in terrâ est 14 altera forma maris. 20  
 Non avis 15 obloquitur, 16 silvis nisi si qua remotis  
 Equoreas rauco 17 gutture potat aquas.  
 Tristia 18 per vacuos horrent 19 absinthia campos,  
 Conveniensque suo 20 messis amara loco.  
 Adde metus, & quod murus pulsatur ab hoste, 25  
 Tinctaque 21 mortifera tabe sagitta madet:  
 Quod procul 22 hæc regio est, & ab omni devia 23  
 cursu:  
 Nec pede quo quisquam, nec rate tutus eat.  
 Non igitur mirum, finem 24 quærentibus horum,  
 25 Altera si nobis usque rogatur humus. 30  
 Te, magis est mirum, non hoc 26 evincere, conjux:  
 Inque meis lacrymas posse 27 tenere malis.  
 Quid facias, quæris? Quæras 28 hoc scilicet ipsum;  
 Invenies, 29 verè si reperire voles.  
 Velle parum est: cupias, 30 ut re 31 potiarius, oportet;  
 35

7 Per *prosopopeiam*, ut *Metamorph.* II. 2.

Verque novum stabat cinctum florente corona.

Stabat nuda æstas, & spicæ sarta gerebat.

8 Nec æstate admodum caletur.

9 Sed omnia anni tempora habent frigus magnum. 10 Constricta. 11 In aqua glacie obducta. 12 Aquæ marinæ, id est, salis.

13 Fertilis, bene crescens. 14 Equæ sterilis, & vacua est terra, quam mare est.

15 Cantare auditur. 16 Silvis

longe à Tomis remotis, & in maris litore quæ sint. 17 Non suaviter canens. 18 Amara. 19 Inculta succrescunt. 20 Fructus amarus. 21 Veneno lethali. 22 Scilicet ab Italia. 23 Quo nemo facile proficiscitur. 24 Mihi quærenti. 25 Alia. 26 Impetrare ab Augusto. 27 Non fatigare Cæsarem, & lacrymis pro me deprecari. 28 Convenit scilicet ut hoc quæras. Ironia. 29 Serio. 30 Cum studio aliquid velle significat *id cupere*, & plus est quam *velle*. 31 Optata sc.

S 3

Et



Et faciat somnos hæc tibi cura breves.  
 32 Velle reor multos, quis enim mihi tam sit iniquus,  
 Optet ut exsilium pace 33 carere meum?  
 Pectore te toto, cunctisque incumbere 34 nervis,  
 Et niti 35 pro me nocte, dieque decet. 40  
 Utque juvent 36 alii, tu debes vincere amicos,  
 Uxor; & ad 37 partes prima venire tuas.  
 Magna tibi imposita est nostris 38 persona libellis:  
 Conjugis exemplum diceris esse bonæ.  
 Hanc cave 39 degeneres, ut sint præconia nostra 45  
 Vera, 40 vide; Famæ quo tuearis 41 opus.  
 Ut nihil ipse querar, 42 tacito me, Fama queretur;  
 Quæ debet, fuerit ni 43 tibi cura mei.  
 Exposuit mea me populo Fortuna 44 videndum;  
 Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit. 50  
 Notior est factus 45 Capaneus de fulminis ictu:  
 Notus humo mersis 46 Amphiaræus equis.  
 Si minus 47 errasset; notus minus esset Ulysses;  
 Magna 48 Philoctetæ vulnere fama suo est.  
 Si locus 49 est aliquis tanta inter nomina parvis, 55  
 Nos quoque conspicuos 50 nostra ruina facit:

32 Puto multos me juvari vel-  
 le, & optare, ut melius, & com-  
 modius vivam. 33 Tranquilli-  
 tate. 34 Viribus omnibus. quæ  
 in nervis consistunt. 35 Labo-  
 rare, curare, ut juver, & suble-  
 ver. 36 Me. 37 Officium tuum,  
 succurrendo marito. 38 Nomen,  
 vel præcipuas in hac quasi sce-  
 na tibi agendas imposui. 39 Ne  
 alienam ab his te moribus gere.  
 Noster Met. VII. 543. *palmas de-*  
*generare* dicit, hoc est, inho-  
 nestare. 40 Fac, da operam.  
 41 Monumentum, quod in libris  
 meis fama tibi posuit, sive ip-  
 sam famam tuere, & ea fac,  
 quæ laudi, in libris meis à me  
 tibi tributæ, conveniunt. 42 Ta-  
 cito me, me tacente. 43 Con-  
 true: ni fuerit tibi ea cura mei,  
 quæ debet, scilicet esse. 44 In-

fortunium fecit, ut innolesce-  
 rem omnibus. 45 Capaneus è  
 ducibus, qui Thebas oppugna-  
 runt, fil. Hipponoi, quum di-  
 xisset, vel invito se Jove cap-  
 turum esse Thebas, jamque in-  
 summum earum murum evasis-  
 set scalis, à Jove ictus fulmine  
 occisus est. Vid. Apollodor. III.  
 6. & 7. nostrum Metam. IX. 404.  
 46 Oiclis fil. Argivus à Thebis  
 oppugnandis quum ad Ismenium  
 fluv. fugeret hiatu terre cum  
 curru, & auriga absorptus, ab  
 Jove autem immortalitate dona-  
 tus esse fertur. Vid. Diod. Si-  
 cul. I. V. 47 Non tamdiu. 48  
 Vid. sup. I. 3. 5. 49 Si me de-  
 beo conferre tantis hisce homi-  
 nibus. 50 Casus meus, exsi-  
 lium.

Nec



Nec <sup>51</sup> te nesciri patitur mea pagina, qua non  
 Inferius <sup>52</sup> Coâ Battide nomen habes.  
 Quidquid ages igitur, <sup>53</sup> scena spectabere magnâ:  
 Et pia, non <sup>54</sup> parvis testibus, uxor eris. 60  
 Crede mihi; quoties laudaris carmine nostro;  
 Qui legit has laudes, an mereare, <sup>55</sup> rogat.  
 Utque favere reor plures virtutibus <sup>56</sup> istis,  
 Sic tua non paucâ carpere facta volent.  
 Quarum, tu <sup>57</sup> præsta, ne livor <sup>58</sup> dicere possit: 65  
 Hæc est pro miseri lenta <sup>59</sup> salute viri.  
 Cumque ego deficiam, nec possim ducere <sup>61</sup> currum,  
 Fac tu sustineas debile sola <sup>62</sup> jugum.  
 Ad medicum specto, venis fugientibus, <sup>63</sup> æger:  
 Ultima pars animæ dum <sup>64</sup> mihi restat, <sup>65</sup> ades. 70  
 Quodque ego præstarem, si te magis ipse valerem,  
 Id mihi, cum valeas fortius, ipsa <sup>66</sup> refer.  
 Exigit hoc socialis amor, foedusque <sup>67</sup> maritum:  
 Moribus <sup>68</sup> hoc, conjux, exigit ipsa tuis.  
 Hoc <sup>69</sup> domui debes, de qua censeris, <sup>70</sup> ut illam 75  
 Non minus officiis, quam probitate, colas.  
 Cuncta licet facias, nisi sis laudabilis, <sup>71</sup> uxor,  
 Non poterit credi <sup>72</sup> Martia culta tibi.

<sup>51</sup> Ignoram esse. <sup>52</sup> Battide, quam Philetas Cous Poëta amavit, & in carminibus suis laudavit. Vid. Trist. I. 5. 2. <sup>53</sup> Theatro magna fama eris. <sup>54</sup> Magnis, gravibus. <sup>55</sup> Scilicet eas laudes. <sup>56</sup> Quas in te laudo. <sup>57</sup> Fac, ad id incumbe. <sup>58</sup> Invidentes tibi. <sup>59</sup> Hæc negligit salutem mariti sui. Vocabulum *lenta* elegantissime est adhibitum, & significationem quamdam habet *securitatis cum contemptu* conjunctæ, teste Jano Brouckhusio, magno viro, ad Tibullum I. 5. 45. quem lege, si es elegans. <sup>60</sup> Quoniam ego sum debilis, & viribus destitutus. <sup>61</sup> Trahere. Allegoria à bonis sumpta. <sup>62</sup> Res meas, af-

flictum me, curæ tibi habeas. <sup>63</sup> Sanguine, & pulsu venarum fugiente. <sup>64</sup> Quandiu vel minima vitæ pars mihi superest. <sup>65</sup> Fer mihi auxilium. <sup>66</sup> Præsta, redde vicem, ut superius est locus. <sup>67</sup> Conjugale. Heroid. XI. 101. *faces marita* habetur. <sup>68</sup> Mores pii, & probi, quibus conspiciua es, hoc postulant. <sup>69</sup> Marcia familia, vel, ut placet nonnullis, Fabia. <sup>70</sup> Ut illa te præbeas dignam, non solum te probam, sed officiosam erga me gerendo, meque summo adjuvando studio, & cunctis viribus, quod supra urisit. <sup>71</sup> Nisi ut uxor mea te ita geras erga me, ut laudem merearis probitatis, & officii. <sup>72</sup> Sup. I. 3.



Nec sumus <sup>73</sup> indigni, nec (si vis vera fateri)  
 Debetur meritis gratia nulla meis. 80  
 Redditur illa quidem grandi cum <sup>74</sup> fœnore nobis,  
 Nec te, <sup>75</sup> si cupiat lædere, livor habet. <sup>76</sup>  
 Sed tamen hoc factis adjuuge prioribus unum;  
 Pro nostris ut sis <sup>77</sup> ambitiosa malis.  
 Ut minus infesta jaceam regione, labora: 85  
<sup>78</sup> Clauda nec officii pars erit ulla tui.  
 Magna peto, sed non tamen <sup>79</sup> invidiosa roganti:  
 Utque <sup>80</sup> ea non teneas, tuta <sup>81</sup> repulsa tua est.  
 Nec mihi succense, toties si carmine nostro,  
 Quod facis, ut <sup>82</sup> facias, <sup>83</sup> teque imitere, rogo. 90  
 Fortibus assuevit tubicen <sup>84</sup> prodesse, suoque  
 Dux bene pugnantes incitat ore <sup>85</sup> viros.  
 Nota tua est probitas, testaque tempus in omne:  
 (Sit <sup>86</sup> virtus etiam non probitate minor.)  
 Non tibi Amazonia est pro me sumenda <sup>87</sup> securis, 95  
 Aut <sup>88</sup> excisa levi pelta gerenda manu.  
 Numen adorandum est, non ut mihi fiat amicum;  
 Sed sit ut iratum, quam fuit ante, minus.

<sup>73</sup> Nec ope tua indignus sum.  
<sup>74</sup> Grata erga me es cumulate.  
 Metaphoram ducit à pecunia, cuius *fœnus* vocabant, ut Festus testatur. Græce etiam *τίνος* est *παρὰ τὸ τί τινος*. Proprie fœnus est naturalis terræ fœtus. Vid. vel Hormani Partitiones jur. civ. elem. p. ed. Gerhards 122. <sup>75</sup> Etsi vel maxime cupiat. <sup>76</sup> Scil. causam, propter quam te reprehendat. <sup>77</sup> Ne pigeat te ambire, prensare, & rogare multos, ut auxilium mihi præstent. Cic. ad divers. XIII. 1. <sup>78</sup> Deficiens, ita omnes officii tui partes implebis. <sup>79</sup> Quæ mihi, qui rogo, possint vitio verti. Redi ad II. 7. <sup>80</sup> Quamvis non obtineas pro me rogata. <sup>81</sup> Repulsa tibi non damnoſa erit. <sup>82</sup> Ut, quod facis, opem mihi præstes. <sup>83</sup> Ut te, quæ semper optima fuisti, porro imi-

tere, & ut in posterum etiam bona sis, mihiq; præstes auxilium. Eodem modo Cicero loquitur. ep. ad Dolabel. *Re imitere oportet, tecum ipse certo*. <sup>84</sup> Tubicines in bello etiam forres incitant ad majorem fortitudinem. <sup>85</sup> Sermone, & adhortatione sua. <sup>86</sup> Fortitudo, constantia, fortis animus. <sup>87</sup> De Amazonibus, quæ bipenni utebantur in bello. Videndus Justinus 2. 4. Legendus etiam Gorop. Becanus in Amazonicis. It. Pet. Petitus de Amazonibus dissertatione. <sup>88</sup> Nam hæ peltæ erant scuta brevia, levique in lunæ formam fabricata, & earum altera ex parte bina segmenta scissa, figuram lunularum referentia. Vid. Lips. Annal. ad Milit. Rom. dial. 3. 2 Serv. ad Maronem *Æn.* I. 494.



Gratia si nulla est, <sup>89</sup> lacrymæ tibi gratia fient.

Hac <sup>90</sup> potes, aut nullâ, parte movere Deos. 100

<sup>91</sup> Quæ tibi ne desint, bene per mala nostra cavetur:

Meque viro, <sup>92</sup> flendi copia dives <sup>93</sup> adest.

Utque meæ res <sup>94</sup> sunt, omni (puto) tempore flebis,

Has Fortuna tibi nostra ministrat <sup>95</sup> opes.

Si mea mors redimenda tuâ quod <sup>96</sup> abominor) esset, 105

<sup>97</sup> Admeti conjux, quam sequereris, erat.

Æmula Penelopes <sup>98</sup> fleres, si fraude pudicâ

<sup>99</sup> Instantes velles fallere nupta procos.

Si comes extincti manes <sup>1</sup> sequerere mariti,

Esset dux facti <sup>2</sup> Laodamia tui. 110

<sup>3</sup> Iphias ante oculos tibi erat ponenda, volenti

Corpus in accensos mittere forte rogos.

Nil opus est letho, nil <sup>4</sup> Icarotide telâ;

Cæsaris at conjux ore precanda tuo.

Quæ præstat virtute suâ, ne prisca vetustas 115

Laude pudicitie sæcula nostra <sup>5</sup> premat.

Quæ Veneris formam, mores <sup>6</sup> Junonis <sup>7</sup> habendo,

Sola est <sup>8</sup> cœlesti digna reperta toro.

Quid trepidas, & adire <sup>9</sup> times? Non impia <sup>10</sup> Progne,

<sup>89</sup> Lacrymæ faciant, ut gratia valeas apud Augustum. <sup>90</sup> Hoc modo, ea ratione. <sup>91</sup> Ne desint tibi lacrymæ mala nostra cavent. <sup>92</sup> Scil. tibi existente, quum ego miser Naso sim tuus maritus. <sup>93</sup> Materiam flendi omnino habebis. <sup>94</sup> Prout sunt res, & conditio mea misera. <sup>95</sup> Facultatem flendi. <sup>96</sup> Quod in omnem dictum nolim, quod abhorreo. <sup>97</sup> Admetus, Rex Pherarum, in matrimonio habuit *Alcestim*, filiam Pelie, Jolei Regis, quæ pro marito se morti obtulit Apollod. I. 9. 15. <sup>98</sup> quæ quum pereretur à multis procis telam incipiebat texere, ac rogare procos, ut expectarent, donec eam perfecisset, noctu vero dissolvebat quod interdiu texebat, ut sic eluderet procos. <sup>99</sup> Sollicitan-

tes te ad ineuudum secum matrimonium. <sup>1</sup> Si mori mecum velles. <sup>2</sup> *Prot silai* uxor, quæ interfecti in bello Trojano mariti umbram videre optavit, quo impetrato, in ejus amplexu exspiravit. Noster Trist. I. 5. 20.

*Comes extincto Laodamia viro.*

<sup>3</sup> Evadne Iphidis filia, quæ in rogam mortui conjugis se ipsam injectit Vid. nostr. Metam. IX. 40. alibi. Apollod. III. 6. & 7. <sup>4</sup> Penelopes, Icarii, & Peribœæ fil. Ulyssis uxoris. <sup>5</sup> Vincat. superest. <sup>6</sup> Gravitationem, pudicitiam. <sup>7</sup> Quod habebat. <sup>8</sup> Divi Augusti conjugio. <sup>9</sup> Eam Liviam. <sup>10</sup> Tercei, Thraciæ Regis conjux, quæ filium Ityn mac-tavit, ac Tereo comedendum posuit. Noster Metam. VI. 440. seq.

Fi-



- <sup>11</sup> Filiavæ Ætæ voce movenda tuâ est: 120  
 Nec nurus <sup>12</sup> Ægysthi, nec sæva <sup>13</sup> Agamemnonis uxor,  
<sup>14</sup> Scyllaque, quæ Siculas inguine <sup>15</sup> terret <sup>16</sup> aquas:  
<sup>17</sup> Telegonive parens vertendis nata figuris,  
 Nexaque nodosas <sup>18</sup> angue <sup>19</sup> Medusa <sup>20</sup> comas,  
 Femina sed Princeps, in qua Fortuna <sup>21</sup> videre 125  
 Se probat, & cæcæ crimina falsa <sup>22</sup> tulit.  
 Qua nihil in terris, ad finem <sup>23</sup> Solis ab ortu,  
 Clarius, <sup>24</sup> excepto Cæsare, mundus habet.  
 Eligito tempus, captatum, <sup>25</sup> sæpè, rogandi,  
<sup>26</sup> Hæreat adversâ ne tua navis aquâ. 130  
 Non semper sacras reddunt oracula <sup>27</sup> sortes;  
 Ipsaque non omni tempore fana patent.  
 Cum status Urbis erit, qualem nunc auguror esse,  
 Et nullus populi contrahet <sup>28</sup> ora dolor;  
 Cum domus Augusti, <sup>29</sup> Capitoli more colenda, 135

<sup>11</sup> Medea. <sup>12</sup> Aliqua Danaï filia, in maritum crudelis. Danaus autem Beli in Ægypto Regis filius, ejus filie quinquaginta matrimonio cum totidem filiis Ægysthi, qui frater Danaï erat, junctæ, prima nocte statim omnes sponso interfecerunt, una excepta Hypermenestra. Vid. Hygin. f. 168. Apollodor. II. 1. 5. <sup>13</sup> Clytemnestra ea erat, quæ occidit Agamemnonem, Mycenarum Regem. <sup>14</sup> Nisi, Regis Megarens. fil. cujus amore Minois capta, ut ejus conjugio potiretur, capillum purpureum, quo salvo is vinci, aut interire non poterat, detondit, sicque patrem, ac patriam minoi, Nisum obsidenti, prodidit, sed à Minoe tamen in mare dejecta est, & in monstrum marinum versa. Vid. Mithographos. <sup>15</sup> Ventre monstrosa, cui adherere canes finguntur. <sup>16</sup> Terribiles reddit navigantibus. <sup>17</sup> Circe, ex qua natus dicitur Telegonus, patre

Ulysse, cuius ea socios in bruta mutavit. <sup>18</sup> Implexis nempe inter se, & nodos facientibus anguibus. <sup>19</sup> Medusa, una ex Gorgonibus, quæ pro capillis angues in capite habebat, eamque qui aspicerent confestim converti in lapides dicebantur. <sup>20</sup> Ad comas quod attinet. <sup>21</sup> Non cæcam esse, quod dicitur vulgo. <sup>22</sup> Et si Liviam cogites, cæcæ mulieris crimina falso ipsi tributa sunt. *Tulit*, id est, abstulit, pati debuit falsas criminationes, tanquam sit cæca. <sup>23</sup> Ab oriente ad occidentem, id est, nullibi, periphrasi & *μικροῦ* poetico. <sup>24</sup> Excellentius, divinius. <sup>25</sup> Quod sæpè captasti, & tentasti quasi. <sup>26</sup> Quasi adverso flumine, brevibus, aut limo, id est, ne frustra ores Augustam, patriæ matrem. <sup>27</sup> Responsa. <sup>28</sup> Vultum rugis obducet, hoc est, tristem reddet. <sup>29</sup> Ut Jovis Templum.



Læta (quod est, & sit) plenaque pacis erit;  
 Tum tibi Dī faciant adeundi copia <sup>30</sup> fiat,  
 Profectura <sup>31</sup> aliquid tum tua verba, puta.  
 Si quid aget majus, differ tua <sup>32</sup> cœpta, caveque  
 Spem, festinando, præcipitare meam. 140  
 Nec rursus jubeo, dum sit <sup>34</sup> vacuissima, <sup>35</sup> quæras;  
 Corporis ad curam vix vacat <sup>36</sup> illa sui.  
<sup>37</sup> Curia cum patribus fuerit stipata verendis,  
 Per <sup>38</sup> rerum turbam tu quoque, oportet, eas.  
 Cum tibi contigerit vultum Junonis <sup>39</sup> adire, 145  
 Fac sis personæ, <sup>40</sup> qua tueare, memor.  
 Nec factum defende meum: mala causa silenda est.  
 Nil nisi sollicitæ sint tua verba preces.  
 Tum lacrymis demenda <sup>41</sup> mora est, submissaque  
 terræ

Ad non mortales brachia <sup>42</sup> tende pedes. 150  
 Tum pete nil aliud, sævo nisi ab hoste <sup>43</sup> recedam:  
 Hostem Fortunam, sit satis, esse mihi.  
 Plura quidem <sup>44</sup> subeunt; sed jam turbata timore,  
 Hæc quoque vix poteris ore tremente loqui.  
<sup>45</sup> Suspicio hoc damno tibi non fore: sentiat illa 155  
 Te majestatem pertimuisse suam:  
 Nec tua si fletu <sup>46</sup> scindentur verba, nocebit;  
 Interdum lacrymæ pondera, <sup>47</sup> vocis habent.  
<sup>48</sup> Lux etiam cœptis, facito, bona talibus adsit,

<sup>30</sup> Ut adire tibi liceat Liviam. <sup>31</sup> Effectura, profutura mihi. <sup>32</sup> Consilium, propositum rogandi pro salute mea. <sup>33</sup> Corrumperé, evertere. <sup>34</sup> Nullis plane districta, occupata negotiis. <sup>35</sup> Occasionem pro me rogandi tamdiu, donec, *religua*. <sup>36</sup> Vix satis habet otii ad curandum corpus, & valetudinem. <sup>37</sup> Porte ipsum Augusti palatium intelligit, quod in eo cum certis senatoribus consilia habere Augustus solebat. <sup>38</sup> Multitudinem, Augusti domum adeuntem. <sup>39</sup> Livie Augusti. <sup>40</sup> Mei exsulis memor esto, & cogita, meam causam precibus supplicibus agendam esse apud Liviam. <sup>41</sup> Cito est plorandum à te. <sup>42</sup> Amplectere divinos Livie pedes, quod est supplicum. <sup>43</sup> Nisi in mitiorem exsilii locum transferat. <sup>44</sup> In mentem mihi veniunt, quæ dicere apud Liviam possis. <sup>45</sup> Spero, auguror tibi timorem tuum apud Liviam non fore fraudi. <sup>46</sup> Interrumpantur. <sup>47</sup> Equè ponderosæ sunt, idemque valent, quod verba. <sup>48</sup> Dies faustus, & auspicatus fit, quo ad Liviam accedas.

Ho-



Horaeque conveniens, auspiciūque <sup>49</sup> favens. 160  
 Sed prius imposito sanctis altaribus igni,  
 Tura fer ad magnos, vinaque <sup>50</sup> pura, Deos.  
 E quibus <sup>51</sup> ante omnes Augustum numen adora,  
<sup>52</sup> Progeniemque piā, <sup>53</sup> participemque tori.  
 Sint utinam mites solito tibi more, tuasque 165  
<sup>54</sup> Non duris lacrymas <sup>55</sup> vultibus aspiciant.

<sup>49</sup> Indiciū, & signum faustum, qualia capiebantur à sacrificantibus (sacrificare vero Poëta jubet conjugem) ex stridore flammæ, cæterisque pluribus rebus observabantur <sup>50</sup> Vino, & ture enim supplicabant. Probat locus apud Sueton. Augusto, c. 35. Sanxit (Augustus) ut prius quam consideret quisque, ture, ac me-

ro supplicaret apud aram ejus Dei, cujus in templo coiretur. De Senatu conveniente Tranquillo sermo est. <sup>51</sup> Diis. <sup>52</sup> Tiberium. <sup>53</sup> Liviam conjugem. <sup>54</sup> Placido lumine, ut Horatius loquitur, id est, propitio vultu. <sup>55</sup> Lacrymas tuas, id est, te plorantem.

## EPISTOLA II.

## C O T T Æ.

## A R G U M E N T U M.

*Ad Cottam Romanum scribens, ejus fidem laudat Poëta, quod quum alii amicū in rebus adversis deseruerint, ipse semper in amicitia firma opinione permanserit, cujus merita dicit futura sibi semper in memoria, quoad vixerit, ac etiam post ejus mortem, si modo ejus scripta ad posteros pervenerint.*

Quam legis á nobis missam tibi, Cotta, salutem,  
 Missa sit ut <sup>2</sup> vere, perveniatque, precor.  
 Namque meis sospes multum <sup>3</sup> cruciatibus aufers,  
 Utque sit è nobis pars <sup>4</sup> bona salva, facis.  
 Cumque <sup>5</sup> labent alii, jactataque vela relinquunt, <sup>6</sup> s  
 Tu laceræ remanes ancora sola rati.  
 Grata tua est igitur pietas: ignoscimus illis

Eleg. II. <sup>2</sup> Ita, ut vere salus tibi contingat, & ad te perveniat. <sup>3</sup> Malis, & miseriis demis. <sup>4</sup> Magna. <sup>5</sup> Non constanter me tueantur, & adjuvent. <sup>6</sup> Vento, & tempestate jactata vela, id est, me miserum.

Qui



Qui 7 cum Fortunâ terga dedere fugæ.

8 Cum feriant 9 unum, non unum 10 fulmina terrent;

11 Junctaque percuso turba pavere solet.

Cumque 12 dedit paries venturæ signa ruinæ,

Sollicito vacuus fit locus ille 13 metu.

Quis non è timidus 14 ægri contagia vitat,

Vicinum 15 metuens ne 16 trahat inde malum?

Me quoque amicorum nimio terrore, metuque,

Non odio, quidam destituere, mei.

Non illis pietas, non officiosa voluntas

Defuit; adversos 17 extimere Deos.

Utque magis cauti possunt, timidique videri,

Sic appellari non meruere mali.

At meus excusat caros ita candor amicos,

Utque habeant de 18 me crimina nulla, 19 favet.

Sint hæc contenti veniâ, 20 signentque, licebit

Purgari factum me quoque teste suum.

Pars estis 21 pauci potior, qui rebus in 22 arctis

Ferre mihi nullam turpe putastis opem,

Tunc igitur meriti 23 morietur gratia vestri,

24 Cum cinis, absumpto 25 corpore, factus ero.

26 Fallar, & illa 27 meâ superabit tempora vitæ,

Si 28 tamen à memori 29 posteritate 30 legar.

Corpora 31 debentur mœstis 32 exsanguia bustis: 33

7 Qui quum aufugeret quasi à me prospera fortuna, & ipsi fugam capessivere, meque destituerunt. 8 Cur ignoscat amicis, se deserentibus. 9 Licet unum tantummodo fulmen percutiat. 10 Tamen. 11 Proxima. 12 Minatâ est ruinam. 13 E loco illo, quo ruiturus est paries, omnes abeunt, metuentes ne lædantur. 14 Contactum, quo ipse etiam morbo infici queat. 15 Cui proximus est. 16 Sibi contrahat. 17 Augustum mihi iratum. 18 Propter me. 19 Favet ipsis, & eos excusat. 20 Referant inter sua testimonia, testimonium enim est *signare*, quando aliquid & subscriptione, & sigillo confirmant. 21 Pauci me-

lius se gerunt erga me. 22 Angustus, miseris. 23 Interitura est, cessabit, non ante quam fuerim mortuus. 24 Quum in cinerem fuero redactus. 25 Combusto corpore. 26 Correctionis species, pro immo. 27 Gratia, scilicet memoria meritorum vestrorum. 28 Modo. 29 Antiquiorum rerum memoriam conservante. 30 Si scripta mea à posteris legantur. 31 Debent tradi, imponi rogis, seu sepulchris. 32 Mortua. 33 Sepulchris *bustum* locus erat, quo cadavera urebantur pariter, & sepeliebantur cineres, & ossa. Vid. Kirchmannus de funer. Rom. & Nieupoort. Compend. Ant. Rom. p. m. 514.

Ef.



Effugiunt <sup>34</sup> structos nomen, honorque rogos.  
 Occidit & Theseus, & qui comitavit <sup>35</sup> Oresten:  
 Sed tamen <sup>36</sup> in laudes vivit uterque suas.  
 Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes; 35  
 Claraque erit scriptis gloria vestra meis.  
 Hic quoque Sauromatæ jam vos novêre, Getæque;  
 Et tales <sup>37</sup> animos barbara turba probat.  
 Cumque ego de vestrâ nuper probitate <sup>38</sup> referrem,  
 (Nam didici Getice, Sarmaticique loqui) 40  
 Forte senex quidam, cœtu cum staret in illo,  
 Reddidit ad <sup>39</sup> nostros talia verba sonos.  
 Nos quoque amicitia nomen bene novimus, <sup>40</sup> hospes,  
 Quos <sup>41</sup> procul à vobis frigidus Ister habet.  
 Est locus in Scythiâ (Tauros dixere priores) 45  
 Qui Geticâ longe non ita distat humo.  
 Hac ego sum terrâ (patriæ nec <sup>42</sup> poenitet) ortus.  
<sup>43</sup> Consortem Phœbi gens colit illa Deam.  
 Templâ <sup>44</sup> manent hodie vastis innixa <sup>45</sup> columnis;  
 Perque <sup>46</sup> quater denos itur in illa gradus. 50  
 Fama refert, illic <sup>47</sup> signum cœleste fuisse.  
 Quoque minus dubites, stat basis orba <sup>48</sup> Dea.  
 Araque, quæ fuerat naturâ candida saxi,  
 Decolor <sup>49</sup> affuso tincta <sup>50</sup> cruore rubet.  
 Femina sacra facit, <sup>51</sup> tædæ non nota jugali, 55  
 Quæ superat Scythicas nobilitate <sup>52</sup> nurus.

34 Non intermoriuntur, ac in-  
 tereunt. 35 Pylades. Supr. II. 3.  
 45. 36 Ita ut ab omnibus laude-  
 tur. 37 Tam fidam amicitiam ves-  
 tram. 38 Dicerem de fide vestra.  
 39 Ejusmodi respondit. 40 O  
 Naso. 41 Qui procul à Romano  
 orbe habitamus ad Istrum. 42  
 Nec me pudet, inde fuisse or-  
 tum. 43 Sociam in arte jaculan-  
 di. Diana intelligitur Phœbi so-  
 ror. 44 Restant adhuc hodie.  
 45 Superstructa. 46 Id est, qua-  
 draginta gradus, qua re offen-  
 dit, quam magnificum fuerit is-

tud Dianæ templum. 47 Imagi-  
 nem, simulacrum divæ. 48 Nu-  
 da simulacro Dianæ, quod  
 ἀγανυαδίοπετις erat, qualis  
 ancilla, Palladium, & Ephesie  
 Dianæ simulacrum erant. 49 Ma-  
 culata. 50 Sanguine humano,  
 nam homines Dianæ Tauricæ  
 fuerunt immolati. 51 Virgo des-  
 cribitur, quia in nuptiis tædæ  
 præferri solebant. 52 Quæ est  
 inter Scythicas virgines nobilis-  
 simo orta genere. Nurus vox  
 apud Poëtas pro qualibet femina,  
 vel virgine sumitur.



Sacrifici genus est (sic instituere <sup>53</sup> priores)

Advena <sup>54</sup> virgineo cæsus ut ense cadat.

Regna Thoas habuit, <sup>55</sup> Mæotide clarus in orâ:

Nec fuit Euxinis notior <sup>56</sup> alter aquis. <sup>57</sup>

Spectra tenente illo, liquidas fecisse per auras

Nescio <sup>58</sup> quam dicunt <sup>59</sup> Iphigeniam iter:

Quam levibus ventis sub nube per æquora vectam

Creditur his <sup>60</sup> Phœbe deposuisse locis.

Præfuerat templo multos ea rite <sup>61</sup> per annos,

Invitâ peragens <sup>62</sup> tristitia sacra manu.

Cum duo <sup>63</sup> veliferâ juvenes venere carinâ,

Presseruntque suo litora nostra <sup>64</sup> pede.

Par fuit his ætas, & amor, quorum alter Orestes,

Alter erat Pylades, nomina fama <sup>65</sup> tenet.

Protinus immitem <sup>66</sup> Triviæ ducuntur ad aram,

<sup>67</sup> Evincti geminas <sup>68</sup> ad sua terga manus.

Spargit aquâ captos <sup>69</sup> lustrali <sup>70</sup> Graja sacerdos,

Ambiat <sup>71</sup> ut fulvas infula longa comas.

Dumque parat sacrum, dum velat tempora <sup>72</sup> vittis, <sup>75</sup>

Dum tarde causas <sup>73</sup> invenit usque moræ:

Non ego crudelis, <sup>74</sup> juvenes ignoscite, dixit,

Sacra suo facio <sup>75</sup> barbariora loco.

<sup>53</sup> Majores. Ita voce *priores* usus est Plinius ep. l. III. 4. 5. & l. II. 1. Tacitus item, ut ad Plinii l. II. 1. Cellarius annotavit. <sup>54</sup> Virginis sacerdotis. <sup>55</sup> In locis, regionibus, Scythia, ad paludem Mæotidem. <sup>56</sup> Alius. <sup>57</sup> Terris finitimis Ponto Euxino. <sup>58</sup> Id est, quandam Iphigeniam, rudiori Seni Scythæ Poëta elegantissime accomodat orationem. <sup>59</sup> Iphigenia. Agamemnonis filia, ex Aulide à Diana abrepta per auras, seu aërem delata est in Tauros. <sup>60</sup> Diana. <sup>61</sup> Ut ritus Dææ postulabat, id est, rectè, sanctèque. <sup>62</sup> Crudelia. <sup>63</sup> Vela habente navi. <sup>64</sup> In litus Tauricæ excenderunt. <sup>65</sup> Retinuit, nota fecit. <sup>66</sup> Trivia dicitur Diana, quod trivis

præsetter, alii alias reddunt rationes. Vid. Varron. de LL. VI. Acron, & Porphy. ad Horat. III. 22. 4. Odar. alios. <sup>67</sup> Manibus ad terga revinctis. <sup>68</sup> Ad manus quod attinet. <sup>69</sup> Quæ aspergebatur purgandis, & lustrandis hostiis, vel crimine pollutis expiandis. <sup>70</sup> Iphigenia. <sup>71</sup> Ut infula indui possent, & sic ad sacrificium rite preparari, *Infula* fascia fuit ex lana confecta, qua tum sacerdotes ligabant caput, tum qua etiam victimæ ligabantur ita, ut *vitta*, seu extremæ partes, propenderent. <sup>72</sup> Sua tempora, caput suum ornât infula. <sup>73</sup> Quærit. <sup>74</sup> Scilicet. <sup>75</sup> Crudeliora Scythiis ipsi.

Ri-



Ritus is est gentis : qua vos tamen <sup>76</sup> urbe venitis?  
<sup>77</sup> Quoque parum faustâ <sup>78</sup> puppe petistis iter? 80  
 Dixit; &, audito patriæ <sup>79</sup> pia nomine virgo,  
<sup>80</sup> Consortes urbis comperit esse suæ,  
 Alteruter <sup>81</sup> votis, inquit, cadat <sup>82</sup> hostia sacris,  
 Ad patrias sedes nuntius alter eat.  
 Ire jubet Pylades carum periturus Oresten; 85  
 Hic negat : inque vicem pugnat <sup>83</sup> uterque mori.  
 Exstitit hoc unum, quo non <sup>84</sup> convenerit illis:  
<sup>85</sup> Cætera par concors, & sine lite fuit.  
 Dum peragunt pulchri juvenes certamen amoris,  
 Ad fratrem scriptas exarat <sup>86</sup> illa notas. 87 90  
 Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur,  
 (Humanos <sup>88</sup> casus aspice) frater erat.  
 Nec mora, de templo rapiunt <sup>89</sup> simulacra Dianæ,  
 Clamque per immensas puppe feruntur aquas.  
 Mirus amor juvenum, quamvis abiêre tot anni, 95  
 In Scythiâ magnum nunc quoque nomen habet.  
<sup>90</sup> Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo,  
 Laudarunt <sup>91</sup> omnes facta, piâque fidem.  
 Scilicet hac etiam (qua nulla ferocior) orâ  
 Nomen amicitæ barbara corda movet. 100  
 Quid facere <sup>92</sup> Ausoniâ geniti debetis in Urbe,  
 Cum tangant <sup>93</sup> diros talia facta Getas?  
 Adde, quod est animus semper tibi mitis, & <sup>94</sup> altæ

76 Ex urbe. 77 Quem ad locum navigare voluistis. 78 Infelici nave, infelici sidere. 79 Sux, *Mycenarum*, unde Iphigenia originem ducebat. Ejus enim pater Agamemnon Rex fuit *Mycenarum* in Peloponneso. 80 Cives. 81 Sit sacrificium, quod ex voto fit, votivum. Vid. Metam. IX. 136. 82 Immoletur, mactetur. 83 Vult, contendit. 84 In hoc uno non convenerunt, consenserunt, quum in cæteris una ipsorum esset voluntas. 85 Ad cætera quod attinet, par erat concors. 86 Scribit, metapho-

ricè, quia veteres *stilo* utentes, quasi litteras exarabant, sulcosque quosdam faciebant in cera, aut corticibus. 87 Epistolam ad fratrem Oresten. 88 En, quam mirandum in modum res sæpe cadant apud homines! 89 Dianæ statuam auferunt. 90 Hoc loco Naso loquitur, finit suum sermonem Scythæ senex. 91 Scythæ scil. 92 Romæ descriptio. 93 Commoveant. 94 Mores habent indicium altæ nobilitatis, id est, indicant animi nobilitatem magnam.



Indicium mores nobilitatis habent.

Quos<sup>95</sup> Volesus<sup>96</sup> patrii cognoscat nominis auctor, 105

Quos<sup>97</sup> Numa maternus non neget esse<sup>98</sup> suos:

Adjectique probent<sup>99</sup> genitiva ad nomina Cottæ,

Si tu non esses, interitura<sup>100</sup> domus.

Digne vir \* hac serie, lapso succurrere amico,

Conveniens istis \*\* moribus esse, puta. 110

95 Mores, nempe. 96 Quos mores dignos se puter suaque gente ipse *Valerius Volesus*, gentis tuæ paternæ auctor. De Voleso legendus est Livius, l. 38. & 11. 18. necnon Plutarch. in Numa, & Publicola. 97 Secundus Rom. Rex, à quo Cotta materno genere erat ortus. 98 Sibi convenire, se dignos esse, nec improbet. 99 *Ajecti ad nomina*

*genitiva Cottæ*, est Cottarum domus, nomenque, in quorum familiam erat adoptatus, ne interiret prorsus, cujusque nomen paterno adjectum susceperat Valerius. 100 Cottæ domus interitura, per appositionem, quam Grammaticorum filii vocitant. \* Majorum origine, & stemmate clarissimo. \*\* Tam probis.

## EPISTOLA III.

## FABIO MAXIMO.

## ARGUMENTUM.

*AN* Fabium Maximum scribens fingit sibi in lecto cubanti sese obtulisse Cupidinem, Poëtamque de illo questum, quod quum ejus causa in exilium ejectus sit, velit etiam efficere, ut Augustus placatus mitius exilium concedat. Postremo inducit etiam Cupidinem ad ea respondentem.

**S**I vdeat exiguum profugo dare tempus amico,  
O<sup>2</sup> sidus Fabiæ, Maxime, gentis, 3 ades:

Dum tibi, quæ vidi, referam; seu corporis 4 umbra,

Seu 5 veri species, seu fuit ille 6 sopor.

Nox erat, & 7 bifores intrabat Luna fenestras,

Mense ferè medio 8 quanta nitere solet.

Eleg. III. 2 Splendor, decus. Vid. quæ à nobis dicta sunt in perbrevis dissertatione de Musæo Grammatico. 3 Attende animum, animo ades. 4 *Fantasma*, simulacrum alicuius corporis inane. 5 Vere à me visum, ὅρα-

μα; ἐναργὲς ὄψις. 6 Somnium φαντασμά in τῷ καθεύδειν. 7 Duas habentes valvas. 8 Tam clare lucens, quam solet, quando fere plena est.



Publica me<sup>9</sup> requies curarum somnus habebat,  
 Fusaque<sup>10</sup> erant toto languida membra toro.  
 Cum subito pennis agitatus<sup>11</sup> inhorruit aër;  
 Et<sup>12</sup> gemuit parvo mota fenestra sono. 10  
 Territus in<sup>13</sup> cubitum relevo mea membra sinistrum:  
 Pulsus & è trepido pectore somnus abit.  
 Stabat<sup>14</sup> Amor vultu, non quo prius esse solebat,  
<sup>15</sup> Fulcra tenens lævâ tristis acerna manu.  
 Nec torquem collo, nec habens<sup>16</sup> crinale capillis, 15  
 Nec bene dispositas<sup>17</sup> comptus, ut ante, comas.  
<sup>18</sup> Horrida pendebant molles super ora capilli;  
 Et visa est oculis<sup>19</sup> humida penna meis.  
 Qualis in aëriæ tergo solet esse<sup>20</sup> columbæ,  
<sup>21</sup> Tractantum multæ quam tetigere manus. 20  
 Hunc simul<sup>22</sup> agnovi (<sup>23</sup> neque enim mihi notior al-  
 ter )  
 Talibus affata est libera lingua sonis:  
 O puer, exsilii decepto causa<sup>24</sup> magistro,  
<sup>25</sup> Quem fuit utilius non docuisse mihi:  
 Huc quoque venisti, pax est ubi tempore nullo, 25  
 Et coit<sup>26</sup> adstrictis barbarus Ister aquis?  
 Quæ tibi causa viæ, nisi uti mala nostra videres?  
 Quæ sunt, si nescis, <sup>27</sup> invidiosa tibi.

9 Sup. I. 2. 43. 10 Extensa, recumbebam. 11 Sonuit strepitus in aëre. 12 Crepuit leviter, parvum edidit sonum. 13 Sostengo el cuerpo sobre el codo izquierdo. 14 Cupido, Eros Græc. 15 Baculum ex æcere. Hyacinthinum, ei tribuit Anacreon meus longe melitissimus, Od. VII. 16 Ornamentum, & ligamen, quo cohibentur crines; eo depictum, si aveas cernere puellum, cum exhibet nitidissime expressum pulcherrima summi Burmanni editio Nasonis, statim in fronte operis longe pulcherrimi. 17 Non habens comptas, & compositas comas: comptus comis, id est, quod ad comas attinet. 18 Non composita, super incultum vultum. 19 Humidæ visæ mihi sunt ejus alæ, ac sordidæ. 20 Penna scil. seu alæ. 21 Quam multum contrectarunt. 22 Simul ac. 23 Notissimus omnium mihi est. 24 Magistro amandi Artis, qui causa es exsilii. 25 Quem si non docuissem amandi Artem, utilius mihi fuisset. Sup. I. 4. 42. Illud festivæ juxere Cupidinis artes, Quas à me vellem non didicisset Amor. Vel: cujus artes si non docuissem, præstitisset. Docere cupidinem, pro docere Artes amandi. Prius probatur etiam V. 47. infr. 26 Gelu constringitur. 27 Invidiam tibi conciliant.

Tu



Tu mihi distasti juvenilia carmina primus,

Apposui <sup>28</sup> senis, te duce, quinque pedes.

Nec, me <sup>29</sup> Mæonio consurgere <sup>30</sup> carmine, nec me

Dicere magnorum, passus es, acta <sup>31</sup> ducum.

Forsitan exiguas, aliquas tamen, arcus, <sup>32</sup> & ignis

Ingenii vires comminuere <sup>33</sup> mei.

Namque ego dum canto tua <sup>34</sup> regna, tuæque <sup>35</sup> pa-

rentis,

In nullum mea mens grande vacavit <sup>36</sup> opus.

Nec satis id fuerat, stultus quoque carmina feci,

Artibus ut posses non rudis esse meis.

Pro quibus exsilium misero mihi reddita merces:

Id <sup>37</sup> quoque in extremis, & sine pace, locis.

At non <sup>38</sup> Chionides Eumolpus in Orphea <sup>39</sup> talis,

In <sup>40</sup> Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.

Pramia nec <sup>41</sup> Chiron ab <sup>42</sup> Achilli talia cepit,

<sup>43</sup> Pythagoræque ferunt non nocuisse Numam.

<sup>28</sup> Genere elegiaco scripsi.

<sup>29</sup> Homericò, heroico, Homerus

*Mæonio* dicitur ab Horatio l. 4.

Od. 9. vel quia ejus pater Mæon

fuisse traditur, vel à Lydiæ re-

gione Mæonia. Vid. Porphy. ad

Horat. l. Od. VI. 30. Altiori scri-

bere spiritu, quam heroicum car-

minis genus postulat. 31 Res

gestas, quæ materia est carminis

heroici. 32 Arcus tuus, & fa-

ces, arcu enim, sagittisque plea-

na pharetra, faceque ardente,

Cupido fingitur instructus. 33 A-

lienum reddidere à rebus ducum

maximorum gestis describendis.

34 Tuam potentiam, & quam &

Dii, & homines sentiunt. 35 Ve-

neris matris. 36 Mens mea gra-

vioribus rebus describendis, &

canendis operam non dedit. Ver-

bum *vacare* quid notet, & quo

pacto ab optimis scriptoribus ad-

hibeatur, discere possunt stu-

diosi Romanæ linguæ ex utilissi-

mo, & paucis recte cognito li-

bro *Joan. Ker*, qui observat.

*selecta de Lingua Lat. præscrip-*

sit, Tom. I. voce *vacare*. 37 Id-

que. 38 Eumolpus ex Chione

natus, patre Neptuno. 39 Or-

pheum. Græcus casus. *Orpheus*

docuit cithara canere Eumolpum.

40 *Marsyam* intelligit, à quo *O-*

*lympus* canere tibiis didicerat, de

*Marsya* Noster Met. VI. 383. seq.

41 *Chiron* Centaurus artis eques-

tris, & medicæ potissimus, e-

ducasse dicitur *Achillem*. 42 Pro

*Achille*, Archaismo. 43 Et Py-

thagoras Samius, Philosophus,

qui præceptor Numæ Pompilii,

Romanorum Regis fuisse fertur,

non malam à discipulo Numa gra-

tiam iniit. Sed recte Naso addit

hoc l. vocabulum *ferunt*, quod

sæpè apud historiarum scriptores

indicat, rem veram non fuisse,

aut saltem dubitatam. Livius cer-

tè omnium rectissime isthac de

causa tradidit l. 18. 2. hoc mo-

do: *Auctorem doctrinæ ejus (Nu-*

*ma)* qui non exstat alius, falso

Samium Pythagoram edunt, quem

Servio Tullio regnante Romæ,

centum amplius post annos, in-

T 2

ul.



Nomina <sup>44</sup> neu referam longum collecta per ævum, <sup>45</sup>  
 Discipulo perii solus <sup>45</sup> ab ipse meo.  
 Dum damus <sup>46</sup> arma tibi, dum te, lascive, docemus;  
<sup>47</sup> Hæc te discipulo dona magister habet.  
 Scis tamen, ut <sup>48</sup> liquido juratus <sup>49</sup> dicere possis,  
 Non me legitimos <sup>50</sup> sollicitasse toros. <sup>50</sup>  
 Scripsimus hæc istis, <sup>51</sup> quarum nec vitta pudicos  
 Contingit crines, nec stola longa pedes.  
 Dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas,  
 Et facere <sup>52</sup> incertum per mea jussa <sup>53</sup> genus?  
 An sit ab his omnis rigide <sup>54</sup> submota libellis, <sup>55</sup>  
 Quam <sup>55</sup> lex furtivos arcet habere <sup>56</sup> viros?  
 Quid tamen hoc prodest, vetiti si lege severâ,  
 Crëdor, adulterii composuisse <sup>57</sup> notas?  
 At tu, sic habeas ferientes cuncta sagittas;  
 Sic nunquam rapido <sup>58</sup> lampades igne vacent; <sup>60</sup>  
 Sic regat imperium, terrasque coërceat omnes  
 Cæsar, ab <sup>59</sup> Ænea qui tibi fratre <sup>60</sup> nepos;  
 Effice, sit nobis non implacabilis <sup>61</sup> ira,  
 Meque loco plecti commodiore, velit.

ultima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleamque, & Crotona, juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. Ex quibus locis, etsi ejusdem ætatis fuisset, qua fama in Sabinos, aut quo lingvæ commercio quemdam ad cupiditatem discendi excivisset? Quoque præsidio unus per tot gentes dissonas sermone, moribusque pervenisset. <sup>44</sup> Viros claros, qui gratum erga præceptores animum testati sunt. <sup>45</sup> Ope discipuli mei, Amoris, scilicet Cupidinis miser factus sum. <sup>46</sup> Dum Artem amandi doceo. <sup>47</sup> Hæc mala, quæ premor, exsilium. <sup>48</sup> Certo, tanquam quod certo tibi constet. <sup>49</sup> Adactus ad confirmandum juramento testimonium. <sup>50</sup> Corruptere voluisses alienas uxores, legitimos

viros habentes. <sup>51</sup> Virginibus, aut matronis. *Virgines* enim vitis capillos restringere, *matrone* stola uti solebant. <sup>52</sup> Vid. Trist. Lib. II. 11. 352.

*Nec quisquam est adeo media de plebe maritus,*

*Ut dubius vitio sit pater ille meo.*

<sup>53</sup> Facere, ut liberi patribus incertis nascantur. <sup>54</sup> Severe. Eodem modo Trist. c. I. 55 Julia de adult. <sup>56</sup> Amatores illicitos. *mœchos*, *Galanteadores*. <sup>57</sup> Notas, quas adulteri sibi invicem dent, seu, præcepta de violandis aliorum legitimis toris. <sup>58</sup> Faces nunquam extinctæ sint. <sup>59</sup> Qui ab Ænea, Veneris fil. & fratre tuo genus ducit. <sup>60</sup> Cognatus tibi est. <sup>61</sup> Augusto scilicet.

Hæc



Hæc ego visus eram <sup>62</sup> puero dixisse volucris, 65

Hos visus nobis ille dedisse <sup>63</sup> sonos.

Per mea tela <sup>64</sup> faces, & per mea tela sagittas,

Per matrem <sup>65</sup> juro, Cæsareumque <sup>66</sup> caput;

Nil, nisi concessum, <sup>67</sup> nos te dedicisse magistro;

Artibus, & nullum crimen inesse tuis.

Utque hoc, sic utinam defendere cætera posses!

Scis aliud, quod te læserit, esse <sup>68</sup> magis.

Quidquid id est (neque enim debet <sup>69</sup> dolor ille referri)

Non potes à culpâ dicere abesse <sup>70</sup> tuâ.

Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres;

Non gravior merito vindicis ira fuit.

Ut tamen aspicerem, consolarerque jacentem,

Lapsa per immensas est mea <sup>72</sup> penna vias.

Hæc loca tum primum vidi, cum, matre rogante,

<sup>73</sup> Phasias est telis fixa puella meis.

Quæ nunc cur iterum post sæcula longa revisam,

Tu facis, ô castris miles amice meis.

Pone metus igitur; mitescet Cæsaris ira,

Et veniet votis <sup>74</sup> mellior hora tuis.

Neve moram timeas, tempus, quod quærimus, ins-  
tat:

Cunctaque lætitiæ plena <sup>75</sup> triumphus habet.

Dum domus, & nati, dum mater Livia gaudet,

Dum gaudes Patriæ magne, <sup>76</sup> Ducisque Pater,

Dum sibi gratatur <sup>77</sup> populus, totamque per Urbem

Omnis <sup>78</sup> odoratis ignibus ara calet,

Dum faciles aditus præbet venerabile <sup>79</sup> templum;

62 Alato Cupidini. 63 Ita respondisse visus mihi est. 64 Per faces, quæ tela mea sunt, & per sagittas, iridem tela mea, seu arma. 65 Venerem. 66 Per Augustum, per nomen enim, & nomen Augusti jurare Romanis jurandi sanctissimus mos erat. 67 Scil. legibus. 68 Scis aliud quid esse, quod te magis læserit, quam Ars amandi. 69 Causa, ob quam Augustus mihi maxime sit iratus. 70 Carere tua culpa. 71

Prætextu. 72 Ego alatus per longissimam ad te volavi. 73 Medea, à Phasi Colchidis fluvio. 74 Secundum vota tua; tibi veni hora mollior veniet. 75 Tiberii de Dalmatia, & Illyrico. Sup. II. 1. & 2. 76 Tiberii, Augustum intelligit. 77 Gratulatur, ut Metamorphosi, & alibi etiam Ovidius. 78 Ture in ignem jacto. 79 Augusti forte domus; vel Jovis Capitol. templum, ad quod triumphator vehebatur.



Sperandum, nostras posse valere preces.  
 Dixit; & aut ille est tenues<sup>80</sup> dilapsus in auras,  
 Cœperunt sensus aut vigilare mei,  
 Si dubitem, quin his faveas, ô Maxime,<sup>81</sup> dictis, 25  
<sup>82</sup> Memnonio cygnos esse colore, patem.  
 Sed neque mutatur nigra<sup>83</sup> pice<sup>84</sup> lacteus humor;  
 Nec, quod erat candens, fit<sup>85</sup> terebinthus, ebur.  
 Conveniens animo genus est tibi, nobile namque  
 Pectus, & <sup>86</sup> Herculeæ simplicitatis habes. 100  
<sup>87</sup> Livor, inest<sup>88</sup> vitium, mores non<sup>89</sup> exit in istos,  
 Utque latens imâ vipera<sup>90</sup> serpit humo.  
 Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum:  
 Grandius ingenio nec tibi nomen<sup>91</sup> inest. 105  
 Ergo alii noceant miseris, optentque timeri,  
 Tinctaque<sup>92</sup> mordaci spicula felle gerant;  
 At tua supplicibus domus est assueta juvandis:  
 In quorum numero me, precor, esse velis.

80 Avolavit. 81 Quin velis vera fieri. 82 Nigro colore. Memnon enim dux Æthiopum, Trojanis auxilio venientium, erat. 83 In nigram picem. 84 Lac. 85 Terebinthus arbor Syriæ nigri coloris. Plin. H. N. lib. XIII. 6. 86 Tam candidum, & ingenium pectus, animumque habes, quam Hercules, à quo ducis originem. Lege Plut. in Fabio. 87 Invidia. 88 Quod inestibus, qui sua virtute non possunt confidere, & ipsi magni aliquid audere, adhæret. 89 Cadit, convenit istis tuis moribus. 90 Obscurorum, & pusilli animi hominum est. 91 Nec nomen habes majus animo, qui est excelsissimus. 92 Alios dictis acerbius impetant.

## EPISTOLA IV.

## R U F I N O.

## A R G U M E N T U M.

*Tiberii orationem, seu triumphum de Germania, vel potius de Illyrico, Romam mittens Poëta Rufino amico, & doctissimo viro commendat, excusatque se multis rationibus, quod non ita eleganter materiam istam absolvat, ut æquum fuerat. Postremo venit sermonem ad Liviam, Cæsaris matrem, vaticinaturque fore ut brevi alterum etiam triumphum de Germania consequatur, ut inferius dicemus.*

**H**Æc tibi non vanam<sup>2</sup> portantiâ verba salutem  
 Naso Tomitanâ mittit ab urbe tuus;

Eleg. IV. 2 Quæ, ut rara sit, tibi que contingat, precor.

Ut-



Utque suo faveas <sup>3</sup> mandat, Rufine, <sup>4</sup> Triumpho.

In vestras venit si tamen ille manus.

Est opus exiguum, vastisque <sup>5</sup> paratibus impar;

Quale tamen cunque est, ut tuare, rogo.

Firma valent per se, nullumque <sup>6</sup> Machaona quærunt:

Ad medicam dubius <sup>7</sup> confugit æger opem.

Non opus est magnis <sup>8</sup> placido lectore Poëtis:

Quamlibet <sup>9</sup> invitum, difficilemque <sup>10</sup> tenent.

Nos, quibus ingenium longe minuere labores,

Aut etiam nullum forsitan ante fuit,

Viribus infirmi vestro candore <sup>11</sup> valemus,

Quam mihi si demas, omnia rapta putem.

Cunctaque cum mea sint propenso nixa favore,

<sup>12</sup> Præcipuum veniæ jus habet ille liber.

<sup>13</sup> Spectatum vates alii scripsere triumphum.

<sup>14</sup> Est aliquid memori visa notare manu.

Nos ea vix avidam vulgo <sup>15</sup> captata per aurem

Scripsimus, atque oculi fama fuere mei.

<sup>16</sup> Scilicet affectus <sup>17</sup> similes, aut impetus <sup>18</sup> idem

<sup>19</sup> Rebus ab auditis, <sup>20</sup> conspicuisque venit?

Nec nitor argenti, quem vos vidistis, & auri,

Quod mihi defuerit, purpuraque illa, queror.

Sed loca, sed gentes formata mille figuris

Nutrissent <sup>21</sup> carmen, præliaque ipsa, meum.

Et Regum vultus, certissima pignora <sup>22</sup> mentis,

Juvisent aliquâ forsitan illud opus.

<sup>3</sup> Rogat. <sup>4</sup> Carminē de Tiberii triumpho conscripto. <sup>5</sup> Pompei, & rei magnitudini non satis respondens. <sup>6</sup> Medicum, qualis erat Machaon, de quo Propertius II. l. 59.

Tarda Philoëteta sanavit crura Machaon.

<sup>7</sup> De vita, & salute sua. <sup>8</sup> Benevolo. <sup>9</sup> Quantumvis morosum. <sup>10</sup> Capiunt. <sup>11</sup> Probor cum carminibus meis. <sup>12</sup> Præ cæteris scriptis meis meretur veniam. <sup>13</sup> A seipsis visum.

<sup>14</sup> Magni momenti res est.

<sup>15</sup> Vulgo audita, cognovi. <sup>16</sup> Ironice hæc scribit. <sup>17</sup> Non æque nos afficiunt audita. <sup>18</sup> Non ita excitatur auditis animus, ac visis. <sup>19</sup> Horat. Art. Poet. 180.

Segnius irritant animos demissa per aures,

Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ

Ipsæ tibi tradit spectator.

<sup>20</sup> Non idem, qui à conspicuis rebus solet. <sup>21</sup> Materiam mihi scribendi suppeditassent pictæ gentes, pictaque prælia. <sup>22</sup> Indicia.

T 4

Plau-



Plausibus ex ipsis populi, lætoque favore  
 Ingenium quodvis <sup>23</sup> incaluisse potest. 30  
 Tamque ego sumpsissem tali <sup>24</sup> clangore vigorem,  
 Quam <sup>25</sup> rudis auditâ miles ad arma tubâ.  
 Pectora sint nobis nivibus, glacieque, <sup>26</sup> licebit,  
 Atque hoc, quem <sup>27</sup> patior, frigidiora loco;  
 Illa Ducis facies, in curru stantis <sup>28</sup> eburno, 35  
 Excuteret <sup>29</sup> frigus sensibus omne meis,  
 His ego <sup>30</sup> defectus, dubiisque <sup>31</sup> auctoribus usus,  
<sup>32</sup> Ad vestri venio jure favoris opem.  
 Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum  
 Nomina: materiam vix habuere <sup>33</sup> manus. 40  
 Pars quora <sup>34</sup> de tantis rebus, quam fama referre,  
 Aut aliquis nobis scribere posset, erat?  
 Quo magis, ô lector, debes ignoscere, si quid  
 Erratum est illic, præteritumve <sup>35</sup> mihi,  
 Adde, quod assiduam domini meditata querelam, 45  
 Ad lætum carmen vix mea versa <sup>36</sup> lyra est.  
 Vix bona post tanto <sup>37</sup> quærenti verba subibant:  
 Et <sup>38</sup> gaudere aliquid, res mihi visa nova est.  
 Utque reformidant insuetum <sup>39</sup> lumina Solem  
 Sic ad lætitiâ mens mea signis erat. 50  
 Et quoque cunctarum novitas <sup>40</sup> carissima rerum:  
 Gratiæque officio, quod mora tardat, abest.  
 Cætera certatim <sup>42</sup> de magno scripta triumpho

23 Alacre fieri ad scribendum. 24 Acclamatione populi, aut cantu tubicinium. 25 Tiro aliquis. 26 *Licet* plane torperet meum ingenium. Verbo *licebit* eodem modo usus est Propertius II. 11. Horat. Ep. 14. 19. L. II. sat. 2. 59. Nost. Met. II. f. 2. --- placeat sibi quisque *licebit*. Non tamen, *reliqua*. De verbo *licet* legendus Sanctius in Minerva, III. 14. p. ed. recentiss. 484. Necnon Perizonii nota. 27 In quo sum miser. 28 Ebore distincto. 29 Pelleret. 30 Quum hæc mihi defuerint. 31 De quo-

rum fide potest dubitari. 32 Jure favorem vestrum imploro. 33 Vix suppetebat mihi materia, de qua scriberem. 34 Quam parva. 35 A me prætermissum. 36 Vix potui me ad læta conscribenda componere. 37 *Tanto post*, post tantum temporis. 38 Aliquid gaudere, id est, propter aliquid. 39 Oculi. Senec. de Vita beata, c. 21. 40 Res quo sunt recentiores, eo sunt gratiores. 41 Quod sero præstat. 42 Certatim scripta à multis Poëtis, *con emulacion*.



Jam pridem populi suspicor <sup>43</sup> ore legi:  
 Illa <sup>44</sup> bibit sitiens lector, <sup>45</sup> mea pocula <sup>46</sup> plenus: <sup>55</sup>  
 Illa recens pota est, nostra <sup>47</sup> tepescit aqua.  
 Non ego cessavi, nec fecit inertia serum:  
 Ultima <sup>48</sup> me vasti sustinet <sup>49</sup> ora fretri.  
<sup>50</sup> Dum venit huc rumor, properataque carmina fiunt,  
 Factaque eum ad vos, annus abisse potest. <sup>60</sup>  
 Nec minimum <sup>51</sup> refert, intacta rosaria <sup>52</sup> primus,  
 An serâ carpas pænè <sup>53</sup> relicta manu.  
 Quid mirum, lectis <sup>54</sup> exhausto floribus horto,  
 Si Duce non facta est <sup>55</sup> digna corona suo?  
<sup>56</sup> Deprecor, hæc vatum contra sua carmina ne quis <sup>65</sup>  
 Dicta putet, pro se Musa <sup>57</sup> locuta mea est.  
 Sunt mihi vobiscum communia sacra, Poëtæ,  
 In vestro, <sup>58</sup> miseris si licet, esse choro.  
 Magnaque <sup>59</sup> pars animæ mecum vixistis, amici:  
 Hac ego vos absens <sup>60</sup> nunc quoque parte colo. <sup>70</sup>  
 Sint igitur vestro mea commendanda favori  
 Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.  
 Scripta placent <sup>61</sup> à morte fere; quia lædere vivos  
 Livor, & injusto carpere dente, solet.  
<sup>50</sup> Si genus est mortis male vivere, terra <sup>62</sup> moratur, <sup>75</sup>  
 Et desunt fatiſ <sup>63</sup> sola sepulcra meis.  
 Denique opus nostræ culpetur ut undique curæ,  
 Officium <sup>64</sup> nemo qui reprehendat erit.

43 Credo. 44 Cæterorum Poëtarum scripta avide leguntur.  
 45 Meum carmen. Allegorice.  
 46 Saturatus. 47 Propter moram ingratus est carmen meum. 48 Sed tam longe ab Urbe sum remotus, ut serum videri possit meum carmen. 49 Habet, ego ibi commemor. 50 Interim, dum.  
 51 Nec parum interest. 52 Hortum rosar. è quo nemo adhuc rosas petiit. 53 Vacua fere rosas. 54 Optimis floribus. Allegorice. 55 Si carmen meum persona principe non satis dignum sit: ad triumphantium coronas alludit. 56 Valde precor,

ne putet vates, seu Poëta aliquis, se his verbis à me pungi, & reprehendi. 57 Ego pro carmine meo hæc scripsi. 58 Mihi exsuli. 59 Vid. sup. l. 6. 16. It. l. 8. 2. 60 Hac parte, id est, animo, mente, quod unice possum absens. 61 Post auctorum mortem plerumque eorum opera sunt in pretio, & ut Propertius ait:

*Majus ab exsequiis nomen in ora venit.*

62 Moras nescit, quod non me obruit mortuum. 63 Morti. 64 Officiosam voluntatem.

Ut



<sup>65</sup> Ut desint vires , tamen est laudanda voluntas :  
 Hac <sup>66</sup> ego contentos auguror esse Deos.  
 Hæc facit , ut veniat pauper quoque gratus <sup>67</sup> ad aras,  
 Et placeat cæso non minus agna bove.  
 Res quoque tanta fuit , <sup>68</sup> quantæ subsistere summo  
<sup>69</sup> Æneidos vati grande fuisset onus:  
 Ferre etiam <sup>70</sup> molles elegi tam vasta triumphi 85  
 Pondera disparibus non potuere <sup>71</sup> rotis.  
 Quo pede <sup>72</sup> nunc utar , dubia est sententia nobis:  
 Alter enim <sup>73</sup> de te , Rhene , triumphus <sup>74</sup> adest.  
 Irrita verorum non sunt præsagia vatum.  
 Danda Jovi laurus , <sup>75</sup> dum prior illa viret. 90  
<sup>76</sup> Nec mea verba legis , qui sum submotus ad Istrum,  
 Non bene pacatis flumina <sup>77</sup> pota Getis ;  
 Ista Dei vox est : <sup>78</sup> Deus est in pectore nostro :  
 Hæc duce prædico , vaticinorque Deo.  
 Quid cessas currum , pompamque parare triumphis , 95  
 Livia ? <sup>79</sup> Jam nullas dant tibi bella moras.  
<sup>80</sup> Perfida damnatas <sup>81</sup> Germania projicit hastas.  
 Jam pondus dices <sup>82</sup> omen habere meum.  
 Crede , brevique fides <sup>83</sup> aderit ; geminabit <sup>84</sup> hono-  
 rem  
 Filius , & junctis , ut prius , <sup>85</sup> ibit equis. 100  
 Prome , quod injicias humeris victoribus , <sup>86</sup> ostrum.  
 Ipsa potest <sup>87</sup> solitum nôsse corona caput.  
 Scuta , sed & galeæ gemmis radientur , <sup>88</sup> & auro ;

65 Quamvis. 66 Voluntate. 67 Gratus , & acceptus Diis. 68  
 Subsistere alicui rei , *parem esse*  
 notat. 69 Virgilio , qui Æneida  
 scripsit. 70 Levioribus rebus  
 apta carmina elegiaca. 71 Im-  
 paribus versibus. Metaphorice.  
 72 Versuum genere. 73 De Ger-  
 mania , in quam expeditionem  
 Tiberius suscepit. 74 Spera-  
 re licet triumphum. 75 Quæ  
 Illyrico triumpho Jovi oblata  
 est. 76 Nec ego id dico , sed  
 oraculum Dei. 77 Quod flumen  
 bibunt Getæ. 78 Quia à Deo  
 agitari credebantur Poëtæ , &  
 adstari quasi divino spiritu. 79  
 Adferunt nullam moram. 80 Ob  
 Varum occisum cum tribus le-  
 gionibus. 81 Quas exsecratur  
 ipsa , ac damnat. 82 Vaticini-  
 um. 83 Brevi dicta mea even-  
 tus comprobabit. 84 Altera e-  
 tiam vice triumphabit. 85 In  
 triumpho scilicet. 86 Purpuram.  
 87 Cui est sæpè imposita. 88  
 Splendeant.



Stentque super victos trunca <sup>89</sup> trophæa viros,  
 Oppida turritis cingantur eburnea <sup>90</sup> muris; 105  
 Fictaque res vero more putetur agi,  
 Squallidus immissos <sup>91</sup> fracta sub arundine crines  
 Rhænus, & infectas <sup>92</sup> sanguine portet aquas.  
 Barbara jam capti poscunt <sup>93</sup> insignia Reges,  
<sup>94</sup> Textaque <sup>95</sup> fortunâ divitiora suâ. 110  
 Et quæ præterea virtus invicta tuorum <sup>96</sup>  
 Sæpe parata tibi, sæpe paranda facit.  
 Di, quorum monitu sumus eventura locuti,  
 Verba (precor) <sup>97</sup> celeri nostra probatè fide.

110

*Carmes  
de fabellas*

<sup>89</sup> Ex truncatis enim arboribus trophæa fiebant, quibus hostium arma suspendebantur, iisque trophæis captivi ipsi alligabantur. <sup>90</sup> Ex ebore fiant oppida, quæ in pompa triumphi spectaculo sint. <sup>91</sup> Propenden-

tes. <sup>92</sup> Tinctas, mistas. <sup>93</sup> Ornamenta, quibus captivi Reges induti ducantur in triumpho. <sup>94</sup> Certas vestes regali apparatu. <sup>95</sup> Captivitate eorum. <sup>96</sup> Filii, & nepotum. <sup>97</sup> Celeri exitu fidem dictis facite.

## EPISTOLA V.

## MAXIMO COTTÆ.

## ARGUMENTUM.

*Ad Maximum Cottam hanc Epistolam mittit, ad quem etiam superius scripserat: laudatque ejus orationem, quam Romæ in foro judiciali habitam legendam miserat, precaturque, ut crebro studi sui hujusmodi pigra mittit. Deinde dicit se absentem illum tamquam præsentem inueneri, viderique cum eo Romæ esse, tamquam in cælo. Quum vero meminisset esse in Scythia, dicit videri se ad inferos reverti.*

**Q**Uam legis, unde tibi mittatur epistola, quæris?  
 Hinc, ubi cæruleis <sup>2</sup> jungitur Ister aquis.  
 Ut <sup>3</sup> regio dicta est, succurrere <sup>4</sup> debet & auctor,  
 Læsus <sup>5</sup> ab ingenio Naso Poëta suo.

Eleg. V. 2 Maris aquis. Trist.  
 V. 7. 2.

Latus ubi æquoris additur Ister  
 aquis.

3 Postquam. 4 Nominandus

etiam auctor est, 5 Cui inganium suum, quoad conscribendum Artem Amatoriam, male usus est, nocuit ita ut in exsilium juberetur ire.

Qui



Qui tibi, quam mallet præsens afferre salutem,  
 Mittit ab <sup>6</sup> hirsutis, Maxime Cotta, Getis.  
 Legimus, ô juvenis, <sup>7</sup> patrii non degener oris,  
<sup>8</sup> Dicta tibi pleno verba diserta foro.  
 Quæ, quamquam lingua mihi sunt <sup>9</sup> properante per  
 horas

Lectâ satis multas, <sup>10</sup> pauca fuisse queror. 10  
 Plura <sup>11</sup> sed hæc feci relegendo sæpè; nec unquam  
 Non mihi, quam primò, grata <sup>12</sup> fuère magis.  
 Cumque nihil toties lectâ è dulcedine perdant,  
<sup>13</sup> Viribus illa suis, non novitate, placent.  
<sup>14</sup> Felices, quibus hæc ipso cognoscere in actû,  
 Et tam facundo contigit ore <sup>15</sup> frui! 15  
 Nam quamquam sapor est <sup>16</sup> allatâ dulcis in undâ,  
 Gratius <sup>17</sup> ex ipso fonte bibuntur aquæ.  
 Et magis adducto <sup>18</sup> pomum decerpere ramo,  
 Quam de <sup>19</sup> cælatâ sumere lance juvat. 20  
 At nisi peccassem, nisi me mea <sup>20</sup> Musa fugasset,  
 Quod legi, tua <sup>21</sup> vox exhibuisset opus.  
 Utque fui solitus, sedissem forsitan unus  
<sup>22</sup> De centum iudex in tua verba viris.  
 Major & implesset præcordia nostra voluptas, 25

<sup>6</sup> Squallidis, impexis. <sup>7</sup> Cui patris Messalæ Corvini eloquentia quasi hæreditaria est. Sup. II. 2. 99. <sup>8</sup> Orationem in foro à te habitam, & eam dissertissimam. <sup>9</sup> Celeriter, cupide. <sup>10</sup> Tamen queror, reliqua. <sup>11</sup> Feci, ut plura essent, repetendo scilicet. & relegendo sæpius. <sup>12</sup> Quo frequentius repeterem, hoc mihi semper gratiora erant, utpote suavia omnia, & elegantissima. <sup>13</sup> Bonitate, & præstantia sua, non quia nova sunt. <sup>14</sup> O eos felices, quibus licuit orantem te audire. <sup>15</sup> Oblectari facundo sermone à te pronunciat. <sup>16</sup> Allata ad bibendum aqua, quamquam sit etiam dulcis. <sup>17</sup> Ta-

men intellige, ut frequentissime. <sup>18</sup> Magis juvat, delectat, attactò deorsum ramo decerpere pomum, seu fructum arboris. <sup>19</sup> Artificio, & adfabre elaborata. <sup>20</sup> Nisi ob versus meos essem in Pontum relegatus. <sup>21</sup> Audire potuisssem orationem tuam, quam legi. <sup>22</sup> Unus centum virorum, qui fui, quum adhuc essem Romæ, sedissem, & de causa, quam orabas, judicassem. De centumviris egit nervose, & ex fontibus, ut solet, Nieupoort, Comp. Antiquit. Rom. p. m. 174. Iudicum centumviralis etiam Plinius secundus non semel meminit in epistolis.

Cum



Cum <sup>23</sup> traheret, dictis annueremque tuis.  
 Quem quoniam fatum, vobis, patriâque relictis,  
 Inter inhumanos maluit esse Getas;  
 Quod licet, ut videar tecum magis esse, <sup>24</sup> legendo,  
 Sæpè, precor, studii <sup>25</sup> pignora mitte tui; 30  
 Exemploque meo, nisi <sup>26</sup> dedignaris id ipsum,  
 Utere: quod nobis rectius <sup>27</sup> ipse dares.  
 Namque ego, qui perii <sup>28</sup> jam pridem, Maxime, vo-  
 bis,

Ingenio nitor, <sup>29</sup> non periisse, meo.  
 Redde <sup>30</sup> vicem; nec rara <sup>31</sup> tui monumenta laboris 35  
 Accipiant nostræ, grata futura, manus.  
 Dic tamen, ô juvenis <sup>32</sup> studiorum plene meorum,  
 Ecquid ab <sup>33</sup> his ipsis admoneare mei?  
<sup>34</sup> Ecquibus aut recitas <sup>35</sup> factum modo carmen amicis  
 Aut, quod sæpè soles, exigis ut <sup>36</sup> recitent?  
 Interdum queritur, tua mens oblita <sup>37</sup> quid absit?  
 (Nescio quid certe sentit abesse <sup>38</sup> sui.)  
 Utque loqui de me multum præsentè solebas.  
 Nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?  
 Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu, 45  
 (Et sit perjuri quam <sup>39</sup> prope pœna vides)  
 Te nisi momentis video pænè omnibus absens.  
<sup>40</sup> Gratia Dîs, menti quolibet ire licet.  
<sup>41</sup> Hac ubi perveni, nulli <sup>42</sup> cernendus, in Urbem!

<sup>23</sup> In sententiam tuam per-  
 traheret, & eam nutu compro-  
 barem. Græci hoc dicunt *ψυχα-  
 γωγυσιται*. <sup>24</sup> Scripta tua, quæ  
 legem. <sup>25</sup> Ingenii fœtus, scrip-  
 ta à te elaborata. <sup>26</sup> Nisi id te  
 judicas esse indignum. <sup>27</sup> Qui  
 potius ipse mihi esse exemplo  
 deberes, ut me major, & nobi-  
 lior. <sup>28</sup> Qui vos relinquere coac-  
 tus sum. <sup>29</sup> Studeo scriptis meis  
 vobiscum esse. <sup>30</sup> Sup. El. X.  
 l. 2. v. 51. <sup>31</sup> Frequentè mitte  
 ad me scripta tua præstantissi-  
 ma, quæ mihi erunt longe ac-  
 ceptissima. <sup>32</sup> Qui multum  
 præstas in Arte Poëtica. <sup>33</sup> An

hæc ipsa studia te mei admonet?  
<sup>34</sup> An mens tua queritur, quan-  
 do, *reliqua*. <sup>35</sup> Quod Romanis  
 maxime erat in usu. Vid. Plin.  
 Epist. l. 13. l. II. 10. 6. & alibi.  
 Reimmanni Ideam Systematis an-  
 tiquitatis litterariæ, p. 155. seqq.  
<sup>36</sup> Amici scilicet. <sup>37</sup> Non satis  
 sentiens, & recordans, quid ipsi  
 desit. <sup>38</sup> Aliquid sui, hoc est,  
 me Nasonem. <sup>39</sup> Quam facile  
 perjuri pœnas dare possim in  
 quem fatum, & fortuna jam mag-  
 nopere debacchatur. <sup>40</sup> Gratias  
 ago Diis, quod, *reliqua*. <sup>41</sup>  
 Mente scilicet. Al. *Hanc*, melius. <sup>42</sup>  
 Ita ut conspici à nullo possim.

Sæ-



Sæpe loquor tecum ; sæpe loquente 43 fruor. 50  
 Tum mihi difficile est, quam sit bene, dicere, quamque  
 Candida 44 judiciis illa sit hora meis.  
 Tunc me ( si qua fides ) cœlesti 45 sede receptum,  
 Cum fortunatis suspicor esse Deis.  
 Rursus , ut huc 46 redii , 47 cœlum , Superosque re-  
 linquo: 55

A Styge nec longè Pontica 48 distat humus.  
 Unde 49 ego si fato nitor prohibente 50 reverti ;  
 Spem sine profectu , 51 Maxime , 52 tolle mihi.

43 Audio te loquentem. 44 Quam felix sit, mea opinione, ea hora. 45 In cœlum, tali modo loqui solent illi, qui se maxime felices esse, dicturi sunt. Inde est Græcorum aterobatin in cœlo versari. Cicer. ad Atticum: Si vero quæ de me pacta sunt, non servantur, in cœlo sunt. Petronius Arbiter, c. 132. p. 628. ed. Burmanni Hoc, inquit, de te merui, ut me in cœlo positum ad inferos traheres, ubi vid. interp. & Joan. Nec Wernerî Corpûsculum philosophicum, p. 51. 52. Germanorum lingua, necnon Hispan. à Græcorum, & Romanorum hac in re non abhorret. 46 Postquam mente redii in Pontum. 47 Ad inferos trahi videor, ut Arbiter dicit adducto loco. 48 Non multum interest, morari in Ponto, & apud inferos esse. 49 E Pontica terra. 50 Contra fati decreta, id est, frustra. 51 Inanem, irritam. 52 Adime mihi tuis litteris.

## EPISTOLA VI. AMICORUM CUIDAM.

### ARGUMENTUM.

Ad Amicum quemdam, qui nolebat à Poëta in scriptis suis propter Augustum nominari, hanc Epistolam scribit, colligitque, nihil timendum esse, quandoquidem Cæsare nihil sit clementius; tamen pollicetur, se non ulterius ejus nomen monumentis suis inserturum. Postremò rogat, ut, quandoquidem tuto non possit eum apertè amare, latenter saltem amicitia velit meminisse.

N Aso suo, 2 nomen posuit cui pænè, sodali  
 Mittit ab Euxinis hoc breve carmen aquis.  
 At, si cauta parum scripsisset dextra, quis esses,  
 Forsitan officio 3 parta querela foret.  
 Cur tamen, hoc 4 aliis tutum credentibus, unus. 5

Eleg. VI. 2 Cujus nomen pænè expressit. 3 Habuisses causam de me querendi. 4 Aliis credentibus, se tuto, & sine periculo à me posse nomine suo appellari.

Ap-



Appellent ne te carmina nostra, rogas?  
 Quanta sit in media <sup>5</sup> clementia Cæsaris ira,  
<sup>6</sup> Ex me, si nescis, certior esse potes.  
 Huic ego, quam patior, nil possem <sup>7</sup> demere poenæ,  
 Si iudex meriti congerer esse mei.  
 Non vetat ille sui quemquam meminisse sodalis,  
 Nec prohibet tibi me scribere, teque mihi.  
 Nec scelus admittas, si consoleris amicum,  
 Mollibus & verbis <sup>8</sup> aspera fata leves.  
 Cur, dum tuta times, facis ut <sup>9</sup> reverentia talis  
 Fiat in Augustos <sup>10</sup> invidiosa Deos?  
 Fulminis afflatus interdum vivere telis  
 Vidimus, & <sup>11</sup> refici, non prohibente Jove.  
 Nec, quia Neptunus navem lacerarat Ulyssis,  
<sup>12</sup> Leucothea nanti ferre negavit opem.  
 Crede mihi, miseris cœlestia numina parant;  
 Nec semper læsos, & sine fine premunt.  
 Principe nec nostro Deus est moderatior ullus.  
 Justitiâ <sup>13</sup> vires temperat ille suas.  
 Nuper <sup>14</sup> eam Cæsar, facto de marmore templo,  
 Jam pridem posuit mentis in æde suæ.  
 Jupiter in multos <sup>15</sup> temeraria fulmina torquet,  
 Qui poenam culpa non meruere pari.  
 Obruerit sævis cum tot Deus <sup>16</sup> æquoris undis,  
 Ex illis mergi pars quota <sup>17</sup> digna fuit?  
 Cum pereant <sup>18</sup> acie fortissima quæque, vel ipso  
 Iudice, dilectus <sup>19</sup> Martis iniquus erit.

<sup>5</sup> Etiam quum est iratus maxi-  
 me Cæsar. <sup>6</sup> Meo exemplo po-  
 tes discere. <sup>7</sup> Si ipse iudex meus  
 esse deberem, levior mihi ir-  
 rogare poenam non possem. <sup>8</sup>  
 Asperitatem fortunæ solatio tuo  
 leves. <sup>9</sup> Metus Augusti intem-  
 pestivus. <sup>10</sup> Invidiam, & odium  
 conciliet Augusto. <sup>11</sup> Collige-  
 re denuo vires. <sup>12</sup> Seu Ino, Cad-  
 mi filia. Vid. nost. Metam. IV. 13.  
 416. 531. in Ibin 277. Dea maris  
 facta fuit, & Ulyssi naufrago au-  
 xilio fuisse traditur ab Homero

etiam odyss. 5. 373. <sup>13</sup> Clemen-  
 tia. <sup>14</sup> Nuper Justitiæ templum  
 dedicavit Augustus, pridem vero  
 in mente eam sua, seu tem-  
 plo, habuit. <sup>15</sup> Temere missa.  
<sup>16</sup> Neptunus. <sup>17</sup> Id est, pauci  
 fuere submersione ea digni. <sup>18</sup>  
 Fortissimi milites. *Mars namque, ut*  
*Cicero ait 14. Phil. ipse ex acie for-*  
*tissimum quemque pignori sol-:*  
*atque Apus d' s'n ἀγαθὸν*  
*φρίδαί ἀνδρῶν νανῶν.* <sup>19</sup> Mi-  
 litum.

At



At, si forte velis in <sup>20</sup> non inquirere, nemo est,

Qui se, quod patitur, commeruisse neget.

Adde, quod extinctos vel aquâ, vel <sup>21</sup> Marte, vel  
igni, 35

Nulla potest iterum restituuisse <sup>22</sup> dies.

Restituit multos, aut poenæ parte levavit

Cæsar; & in <sup>23</sup> multis me velit esse precor:

An tu, cum tali populus sub Principe simus,

Alloquio <sup>24</sup> profugi credis inesse metum? 40

Forsitan hæc domino <sup>25</sup> Busiride jure timeres,

Aut <sup>26</sup> solito clausos urere in ære viros.

Desine mitem animum vano <sup>27</sup> infamare timore.

<sup>28</sup> Sæva quid in placidis saxa vereris aquis?

Ipse ego, quod primo scripsi sine nomine <sup>29</sup> vobis, 45

Vix excusari posse mihi videor.

Sed pavor attonito rationis ademerat usum:

Cesserat omne <sup>30</sup> novis consiliumque malis:

Fortunamque meam metuens, non <sup>31</sup> vindicis iram,

Terrebar titulo <sup>32</sup> nominis ipse mei. 50

Hactenus <sup>33</sup> admonitus memori concede Poëtæ,

Ponat ut in <sup>34</sup> chartis nomina cara suis.

Turpe erit ambobus, longo mihi <sup>35</sup> proximus usu,

Si nulla libri parte legare mei.

Ne tamen iste metus somnos tibi <sup>36</sup> rumpere possit; 55

<sup>20</sup> Me, cæterosque, quos re-  
legavit Augustus. <sup>21</sup> Bello. <sup>22</sup>  
In vitam. <sup>23</sup> Ut alios me etiam  
aut restituere velit, aut mitio-  
rem in locum, exsiliū ire juvere.  
<sup>24</sup> Persuades tibi nociturum es-  
se, si litteris mecum colloqua-  
ris. <sup>25</sup> Si Busiris quidam esset  
Augustus, vel si loco Augusti  
esset, & imperium teneret Busi-  
ris, Egypti enim is rex crude-  
lissimus, fil. Neptuni, qui mac-  
tavit ad aram hospites, cæsus  
ea de causa ab Hercule, noster  
Met. IX. 182. Apollod. II. 5. 11.  
<sup>26</sup> Aut si dominus rerum foret  
Phalaris, de quo superius II. 9.  
<sup>44.</sup> <sup>27</sup> Tacite arguere inclemen-  
tix. <sup>28</sup> Allegoria, quid ti-

mes, ubi timori locus esse nul-  
lus debet. <sup>29</sup> Ad vos. Vid. Trist.  
III. 4. 65. <sup>30</sup> Inopinatis, ex in-  
sperato ingruentibus malis, quid  
consilii esset capiendum, non  
patebat mihi timore prorsus at-  
tonito. <sup>31</sup> Augusti, injuriam à  
me sibi factam vindicatis. <sup>32</sup>  
Religioni mihi ducebam expri-  
mere meum nomen. <sup>33</sup> Tantum  
concede mihi, ut vel hæcenus à  
me admonitus, non timendum  
nimis esse Augustum, reliqua.  
<sup>34</sup> Scriptis, libris suis. <sup>35</sup> Qui  
longa consuetudine, & amicitia  
mihi fuisti conjunctissimus. An-  
titheton elegans in verbis longo,  
proximus. <sup>36</sup> Te reddere solli-  
citur.

Non



Non <sup>37</sup> ultra, quam vis, officiosus ero:  
 Teque <sup>38</sup> tegam, quis sis, nisi cum permiseris ipse.  
<sup>39</sup> Cogetur nemo munus habere meum.  
 Tu modo, quem poteras vel aperte tutus amare,  
 Si res est <sup>40</sup> anceps ista, <sup>41</sup> latenter ama.

60

<sup>37</sup> Si vis, te non nominabo. nemini invito obtrudam. Vide ta-  
<sup>38</sup> Reticebo tuum nomen, non men infr. IV. 1. 40 Tibi pericu-  
 dicam, quis sis. <sup>39</sup> Hunc hono- losa. <sup>41</sup> Occulte.

## EPISTOLA VII.

## A M I C I S.

## ARGUMENTUM.

*Ad Amicos à Ponto scribens Poëta, de eis queritur, quod suis precibus nullus jam finis imponatur, sibiue, quum antea variis epistolis ab eisdem peterit: ut scilicet eorum opera aut reditus, aut mitius exsilium ab Augusto impetretur, dicit jam verba deesse, variandamque nunc esse materiam, ne illis molestus sit, ac etiam uxori, quæ præ timore non audeat sibi opem ferre. Ea autem omnia sibi ferenda æquo animo proponit, quandoquidem maiora etiam tulerit. Postremò in exsilio sibi moriendum esse, colligit.*

**V**erba mihi desunt eadem tam sæpe roganti,  
 Jamque pudet vanas sine <sup>2</sup> carere preces.  
 Tædia <sup>3</sup> consimili fieri de <sup>4</sup> carmine vobis,  
 Quidque petam, cunctos <sup>5</sup> edidicisse reor.  
 Nostraque quid portet jam nostis epistola, quamvis <sup>6</sup>  
<sup>6</sup> Charta sit à vinclis non labefacta suis.  
 Ergo mutetur nostri <sup>7</sup> sententia scripti,  
 Ne toties <sup>8</sup> contra, quam rapit annis, eam.

Eleg. VII. 2 Pudet me, quod semper frustra rogem. 3 Carmine, quod idem semper adhuc dixit. Similitudo enim, ut Romulidum ait eloquentissimus, est mater satietatis. 4 Propter carmen, vel absolute, carminibus meis semper idem volentibus,

& eadem quasi aberrantibus chorda. 5 Scire satis. 6 Solutæ non sint litteræ laxatis vinculis. 7 Argumentum, materia. *Asunto.* 8 *ἅνω ποταμῶν*, adverso flumine, id est, ne nitatur frustra. Vid. de Art. II. 181.

V

Quod



Quod bene de vobis speravi, ignoscite, amici:  
Talia peccandi jam <sup>9</sup> mihi finis erit. 10

Nec gravis <sup>10</sup> uxori dicar: quæ scilicet in me  
Quam proba, tam timida est, experiensque <sup>11</sup> pa-  
rum.

Hæc quoque, Naso, <sup>12</sup> feres; etenim pejora tulisti;  
Jam tibi sentiri sarcina <sup>13</sup> nulla potest.

Ductus ab <sup>14</sup> armento <sup>15</sup> taurus detractat aratrum: 15  
Subtrahit & duro colla <sup>16</sup> novella jugo.

Nos, quibus assuevit fatum crudeliter <sup>17</sup> uti,  
Ad mala jam pridem non sumus ulla <sup>18</sup> rudes.

Venimus in Geticos fines; moriamur in illis;  
<sup>19</sup> Parcaque ad extremum, <sup>20</sup> quâ mea cœpit, eat. 20

Spem juvat amplecti, quæ non juvat irrita <sup>21</sup> semper;  
Et fieri cupias si qua, futura <sup>22</sup> putes.

Proximus huic gradus est, <sup>23</sup> bene desperare salutem,  
Seque semel vera scire perisse <sup>24</sup> fide.

Curando fieri quædam majora videmus 25  
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit:

<sup>25</sup> Mitius ille perit, subitâ qui mergitur undâ,  
Quam sua qui tumidis brachia <sup>26</sup> lasset aquis.

Cur ego concepi, <sup>27</sup> Scythicis me posse carere  
Finibus, & terra <sup>28</sup> prosperiore frui? 30

Cur aliquid de me speravi lenius <sup>29</sup> unquam?  
An Fortuna mihi sic mea <sup>30</sup> nota fuit?

9 Non amplius de nobis tam bene sperabo. 10 Molestus.

11 Quid precibus suis apud Liviam pro me queat impetrare.

12 Æquo animo patere. 13 Collo quasi abductus tibi est sensus, ut onus fere nullum gravius tibi possit esse.

14 Nondum aratro assuetus. 15 Armentum multitudo pecorum majorum est, grex minorum proprie.

16 Colla aratro nondum assueta. 17 Crudeliter me tractare.

18 Assueti sumus omnibus malis. 19 Fatum meum: fortuna mecum agere sic pergat ad mortem usque.

20 Via scilicet.

21 Quæ sæpe juvat miseros, non semper est vana. 22 Puta futura certo esse, si qua fieri velis.

23 Fortiter secundum hoc spem vanam de salute missam facere.

24 Certo scire de se actum nunc esse. 25 Non ita magno cum dolore.

26 Diutius frustra laborat natando. 27 Spem scilicet, cur in animum induxi.

28 Meliore exsili loci. 29 Melius. 30 An fortuna mea tam nota mihi fuit, ut boni quidquam ab ea deberem sperare? vel: an non melius mihi nota fuit? an hoc erat recte nosse fortunæ mores?



<sup>31</sup> Torqueor en gravius ; repetitaque <sup>32</sup> forma locorum  
 Exsilium renovat triste , recensque facit.  
 Est tamen utilius , studium <sup>33</sup> cessasse meorum ; <sup>35</sup>  
 Quam , quas <sup>34</sup> admōrint , non valuisse preces.  
 Magna quidem res <sup>35</sup> est , quam non adetis , amici ;  
 Sed si quis peteret , qui dare <sup>36</sup> vellet , erat.  
 Dummodo non vobis hoc Cæsaris ira <sup>37</sup> negarit ,  
 Fortiter <sup>38</sup> Euxinis immoriemur aquis.

<sup>31</sup> Angor , excrucior. <sup>32</sup> Ante oculos sæpe proposita patria, vel etiam exsilii locus. <sup>33</sup> Amicos non laborasse pro me apud Augustum. <sup>34</sup> Pro me adhibuerint. Metaphoram eleganter dicit Vesportennius ab arietē de sumptam, qui ad murum dejiendum admoveatur , expugnandæ urbis causa. <sup>35</sup> Petere pro me , quod non audet aliquis ex vobis amicis , magnum quid est. <sup>36</sup> Cæsar profecto locum vestris relinqueret precibus. <sup>37</sup> Si Cæsar me reliquerit in exsilio , nec è Ponto revocet alium in locum. <sup>38</sup> In Ponto forti , æquoque moriar animo , dummodo certus sim, hoc non tam Cæsaris fieri voluntate , & ira , quam vestra amicorum negligentia , aut timore , ac deprecationis defectu.

## EPISTOLA VIII.

## MAXIMO.

## ARGUMENTUM.

*Ad Maximum Poëta Pharetram cum sagittis è Scythia mittens , ostendit se nullum aliud munus habere , rogans eum , ut id accipiat , & quaecunque boni consulat.*

**Q**UÆ tibi quærebam , <sup>2</sup> memorem testantia curam,

Dona Tomitanus mittere posset ager.  
 Dignus es argento , fulvo quoque dignior auro :  
 Sed te , cum donas , ista juvare <sup>3</sup> solent.  
 Nec tamen hæc loca sunt ullo pretiosa <sup>4</sup> metallo.  
 Hostis ab agricolâ vix sinit <sup>5</sup> illa fodi.

Eleg. VIII. <sup>2</sup> Curam hominis, tui memoria. <sup>3</sup> Oblectaris magis quum aurum & argentum donas , quam quum accipis donatum. <sup>4</sup> Hiscè in locis pretiosum metallum non reperitur. <sup>5</sup> Illa , Ponti scil. loca vix per hostem arari ab agricolis possunt.

V 2

Pur-



Purpura sæpe tuos fulgens prætexit <sup>6</sup> amictus:  
 Sed non Sarmatico tingitur illa mari.  
 Vellera dura ferunt pecudes, & <sup>7</sup> Palladis uti  
 Arte Tomitanæ non didicere <sup>8</sup> nurus. 10  
 Femina pro lanâ <sup>9</sup> Cerealia munera frangit,  
 Suppositoque gravem vertice portat aquam.  
 Non hîc pampineis <sup>10</sup> amicitur vitibus ulmus,  
 Nulla premunt ramos pondere poma suo:  
 Tristia <sup>11</sup> deformes pariunt absinthia campi, 15  
 Terraque <sup>12</sup> de fructu, quam sit <sup>13</sup> amara, docet.  
 Nil igitur totâ Ponti regione <sup>14</sup> sinistri,  
 Quod <sup>15</sup> mea sedulitas mittere posset, erat.  
 Clausa tamen misi Scythicâ tibi tela pharetrâ:  
 Hoste precor fiant illa cruenta tuo. 20  
<sup>16</sup> Hos habet hæc calamos, hos hæc habet ora li-  
 bellos,  
 Hæc viget in nostris, Maxime, <sup>17</sup> Musa locis.  
 Quæ quamquam misisse pudet, quia parva viden-  
 tur,  
 Tu tamen hæc, quæso, consule missa <sup>18</sup> boni.

6 Tu sæpè geris togam purpu-  
 râ prætextam in magistratu. 7  
 Lanificio, quod invenisse Pallas  
 dicitur. Metam. VI. fab. I. 8 Fe-  
 minæ puellæ. 9 Frumenta mol-  
 lit. Munera Cerealia, à Cerere  
 hominibus donata. Metamorph. V.  
 642. Cererem frangere saxo, di-  
 cit Virgil. Æneid. I. 183. 10 O-  
 peritur, vestitur. 11 Sup. El. I.  
 Tristia per vacuos horrent ab-  
 sinthia campos.

12 Fructu, ex fructu. 13 Mise-  
 ra. 14 Sinister dicitur Pontus,  
 quod ingredientibus Europæ ora,  
 in qua sita Tomis, ad sinis-  
 tram est sita. Translative tamen  
 etiam vocem *sinistri* accipere  
 putandus est Naso pro infelici,  
 & misera, incultaque Ponti re-  
 gione. 15 Ego sedulus in quæ-  
 rendo tibi munere. 16 Tales.  
 17 Hæc studia coluntur apud  
 nos. 18 Sup. I. 3. extr.





## EPISTOLA. IX.

## BRUTO.

## ARGUMENTUM.

*Ad* Ovidium scripserat Brutus, quemdam carpere sua carmina, quod in his nihil aliud contineretur, quam querela locorum, in quibus exulabat, rogaretque, ut fruere<sup>3</sup> proprio terra, cui Poëta respondet, dicens: in suis carminibus plura esse vitia, foreque bene, si unum tantum vitium in his deprehenderetur. Cur autem ea non emendet, causas assignat. Postremo respondens ad ea, quæ Brutus scripserat, rationem refert, quare idem sæpius scripserit.

**Q**uod sit in his eadem sententia, Brute, libellis,  
Carmina nescio quem <sup>2</sup> carpere nostra refers.

Nil, nisi me terrâ fruar ut <sup>3</sup> propiore, rogare;

Et, quàm sim denso cinctus ab hoste, queri.

**O** quàm de multis vitium reprehenditur unum!

Hoc peccat solum si mea Musa, <sup>4</sup> bene est.

Ipse ego librorum video <sup>5</sup> delicta meorum,

Cum sua plus <sup>6</sup> justo carmina quisque probet.

Auctor <sup>7</sup> opus laudat, sic forsitan <sup>8</sup> Agrius olim

Thersiten <sup>9</sup> facie dixerit esse bonâ,

Judicium tamen hic nostrum non decipit error;

Nec <sup>10</sup> quidquid genui, protinus illud amo.

Cur igitur, si me videam <sup>11</sup> delinquere, peccem,

Et patiar scripto crimen <sup>12</sup> inesse, rogas?

Non eadem ratio est, sentire & demere <sup>13</sup> morbos.

Sensus <sup>14</sup> inest cunctis; tollitur <sup>15</sup> arte malum.

Sæpè aliquod cupiens verbum mutare, relinquo;

Judicium vires destituuntque meum.

Sæpè piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)

Eleg. IX. 2 Reprehendere.  
3 Romæ. 4 Bene se res habet.  
5 Vitia, nævos. 6 Plus quam  
probari merentur. 7 Quicum-  
que aliquid fecit, à se factum et-  
iam laudat. 8 Pater Thersitæ.  
9 Omnium hic, qui ad Trojam  
venere, deformissimus fuisse

scribitur ab Homero Iliad. I.  
216. 10 Fœtus ingenii mei. 11  
Errare in scribendis carminibus.  
12 Vitia, errores. 13 Sanare.  
14 Omnes quidem sentire mor-  
bum possunt. 15 Sed arte mor-  
bus curari debet, qua non omnes  
callent.

V 3

Cor-



Corrigere , & longi ferre laboris onus. 20  
 Scribentem juvat ipse <sup>16</sup> favor , minuitque laborem :  
 Cumque suo <sup>17</sup> crescens <sup>18</sup> pectore fervet opus.  
 Corrigere at res est tanto magis ardua , quanto  
 Magnus <sup>19</sup> Aristarcho major Homerus erat.  
 Sic animum <sup>20</sup> lento curarum frigore <sup>21</sup> lædit , 25  
 Ut cupidi <sup>22</sup> cursor fræna <sup>23</sup> retentat equi.  
 Atque <sup>24</sup> ita Dî mites minuunt mihi Cæsaris iram,  
 Ossaque pacata nostra tegantur humo ;  
 Ut mihi conanti nonnunquam <sup>25</sup> intendere curas ,  
 Fortunæ <sup>26</sup> species obstat acerba meæ. 30  
 Vixque mihi videor , faciam quod carmina , <sup>27</sup> sanus ;  
 Inque feris curem corrigere illa Getis.  
 Nil tamen è scriptis magis excusabile nostris ,  
 Quam sensus <sup>28</sup> cunctis pænè quod unus inest.  
 Læta fere lætus cecini ; cano tristia tristis. 35  
 Conveniens operi tempus utrumque suo est.  
 Quid nisi de vitio scribam regionis <sup>29</sup> amaræ ?  
 Utque solo moriar commodiore , precer ?  
 Cum toties eadem dicam , vix audior <sup>30</sup> ulli :  
 Verbaque <sup>31</sup> profectu dissimulata <sup>32</sup> carent. 40

<sup>16</sup> Approbatio hominum, quam potest expectare , & sperare.  
<sup>17</sup> Recens ; quod progreditur , & inchoatum est. Virgil. Ecl. 7.

<sup>25</sup> *Pastores hedera crescentem ornate Poëtam.*

<sup>18</sup> Calorè Poëtico. <sup>19</sup> *Aristarchus* hic Alexandrinus Grammaticus fuit sub Ptolemæo Philometore , & Homeri carmina recensuit , ediditque emendatiora , ab eo censores scriptorum paulo acriores *Aristarchi* nominantur. Cæterum vanam esse magni Scaligeri hujus versus censuram , quam legimus Poet. VI. 7. res ipsa , & sensus Ovidii optimus monstrat , & elegantur ad h. l. docuit Cl. Verpoortennius. <sup>20</sup> Laboris emendandi tædio. <sup>21</sup> Scil. labor corrigendi impetum , animi ob-

tundit , ac minuit. <sup>22</sup> Eques. <sup>23</sup> Retinet vi , *cupidus* equus h. l. est currere cupiens , animosus , generosus. <sup>24</sup> *Ita* , pars , jurantis , seu confirmantis est. Vid. Joann. Ker Observat. L. L. part. I. qui ex Terentio , & Cicerone notionem jurandi probat. <sup>25</sup> Paulò curatius scribere. <sup>26</sup> Mala mea , exsilium ante oculos observatur. <sup>27</sup> Vix me puto sana mente esse , quod tam afflictus carmina audeam scribere. <sup>28</sup> Idem argumentum , materia , tristes nempe , & querelæ de exsilio , præcæsat , ut mitius id mihi contingat. <sup>29</sup> Asperæ , non amenæ. <sup>30</sup> Ab ullo , vix ullos precibus meis locum resinguit. <sup>31</sup> Nihil proficiunt. <sup>32</sup> A vobis , quasi non accepissetis.

Et



Et tamen hæc eadem cum sint, non scribimus isdem:

Unaque per <sup>33</sup> plures vox mea tentat opem.

An, ne bis sensum lector reperiret eundem,

Unus <sup>34</sup> amicorum, Brute, rogandus erat?

Non fuit hoc <sup>35</sup> tanti: confesso ignoscite, docti. 35

Vilior est <sup>37</sup> operis fama salute meâ.

Denique <sup>38</sup> materiæ, quam quis sibi finxerit ipse,

Arbitrio variat multa Poëta suo.

Musa mea est index nimium quoque vera malorum,

Atque incorruptæ <sup>39</sup> pondera testis habet. 40

Nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur

Littera, propositum, curaue nostra fuit.

Postmodum collectas <sup>40</sup> utcumque sine ordine junxi;

Hoc opus <sup>41</sup> electum ne mihi forte putes.

Da veniam scriptis, quorum non <sup>42</sup> gloria nobis 55

Causa, sed <sup>43</sup> utilitas <sup>44</sup> officiumque, fuit.

<sup>33</sup> Amicos. <sup>34</sup> An unum tantum amicum debebam opem rogare, ad cæteros non confugere auxilii accipiendi causa, idque ideo, ne nihil aliquis obicere posset, eundem in meis carminibus inveniri sensum? <sup>35</sup> Res tanti pretii. <sup>36</sup> Major mihi salutis est habenda ratio, quam famæ. <sup>37</sup> Carminum. <sup>38</sup> In materia, quæ arbitraria alicui est, variare potest, & multa admiscere subinde: quod, ego fa-

cere nequeo, & de malis meis semper cægor queri. <sup>39</sup> Auctoritatem, fidem. <sup>40</sup> Eas litteras. <sup>41</sup> Ne putes forte, id à me scribendi argumentum studio electum, & sumptum esse præ cæteris, ad ostentandum ingenium. <sup>42</sup> Fama operis, quæ non laudis ergo composui. <sup>43</sup> Ut prodescent mihi amici apud Augustum pro me deprecando. <sup>44</sup> Ut Amicis officium, memoriam beneficiorum, declararem.





P. OVIDII NASONIS  
EPISTOLARUM  
EX P O N T O  
LIBER QUARTUS.  
EPISTOLA I.  
SEXTO POMPEJO.

ARGUMENTUM.

*Ad Sextum Pompejum scribens Poëta, impium esse dicit, quod nusquam illum in suis scriptis nominaverit, quandoquidem erga se beneficia tanta sint, ut nulli obliuioni tradî debeant. Postremò fatetur, se scryatum esse ejus opera, ejusque munere se vivere.*

**A** Ccipe, Pompeji, <sup>2</sup> deductum carmen ab illo,  
Debitor est vitæ qui tibi, Sexte, suæ.  
Qui si non prohibes à me tua nomina poni,  
Accedet meritis <sup>3</sup> hæc quoque summa tuis.  
Sive <sup>4</sup> trahis vultus, equidem peccasse fatebor. 5  
Delicti tamen est causa probanda mei.  
Non potuit mea mens, quin esset grata, <sup>6</sup> teneri.  
Sit, precor, officio <sup>7</sup> non gravis ira pio.  
O quoties ego sum libris mihi visus in istis <sup>8</sup>  
Impius, in nullo quod legerere loco! 10  
O quoties, aliud vellem cum scribere, nomen  
Rettulit in <sup>9</sup> ceras inscia dextra tuum!

Eleg. I. <sup>2</sup> Tenue. Metaph. à tuum nomen usurpo. <sup>6</sup> Retine-  
lana, quæ deduci solet. <sup>3</sup> Hæc ri. <sup>7</sup> Mihi, qui officium, & gra-  
etiam summa, hic numerus, ite- tum tibi animum studeo decla-  
rum metaph. à pecunia sumpta. rare. <sup>8</sup> Meis, ante ad vos mis-  
<sup>4</sup> Contrahis, inique fers. <sup>5</sup> Ap- sis. <sup>9</sup> Tabulam ceratam, in qua  
probanda; nam honoris causa veteres scribere soliti sunt.

Ipsæ



Ipse mihi placuit mendis in talibus error;

Ex vix <sup>10</sup> invitâ facta litura manu est.

Viderit <sup>11</sup> ad summum, dixi, licet ipse queratur; 15

Ah, pudet offensam <sup>12</sup> non meruisse prius!

Da mihi, si quid <sup>13</sup> ea est, hebetantem <sup>14</sup> pectora

<sup>15</sup> Lethen;

Oblitus potero non tamen esse tui.

Idque <sup>16</sup> sinas oro; nec fastidita repellas

Verba; nec officio <sup>17</sup> crimen inesse putes. 20

Et <sup>18</sup> levis hæc meritis referatur gratia tantis:

Sin minus; <sup>19</sup> invito <sup>20</sup> te quoque gratus ero.

<sup>21</sup> Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,

Nec mihi munificas arca <sup>22</sup> negavit opes.

Nunc quoque nil <sup>23</sup> subitis clementia territa fatis, 25

Auxilium vitæ fertque, feretque meæ.

Unde, roges forsân, fiducia tanta futuri <sup>24</sup>

Sit mihi? quod fecit quisque <sup>25</sup> tuetur opus.

Ut Venus artificis labor est, & gloria <sup>26</sup> Coi,

Æquoreo madidas quæ <sup>27</sup> premit imbre comas, 30

Arcis ut Actææ <sup>28</sup> vel eburna, vel ænea custos,

<sup>29</sup> Bellicæ Phidiacæ <sup>30</sup> stat Dea facta manu;

10 Vix potui delere. 11 Denique, tandem. 12 Pudet me non prius nomen posuisse, licet fuerit offensus. 13 Si existit ullo tempore. 14 Oblivionem inducentem. 15 Sup. II. 4. 23. 16 Concede æquo animo, ut tui memor sim. 17 Culpam. 18 Grato animo confiteri patere, à te me servatum esse. 19 Scil. permittis. 20 At vid. sup. III. 6. 21 Nunquam mihi favore tuo defuisti. 22 Pecuniam mihi non denegasti. Vid. Trist. IV. 5. 7. 23 Non territus est tam benignus amicus. 24 Scil. auxilii tui. 25 Sup. III. 9. 9. 26 Apelles intelligitur, qui venerem ἀνδρὸς-μίμνυρ scil. mari emergentem,

in Coe insula pinxit, cum patria esset Ephesinus. 27 Exprimit æquoream aquam è comis, ita enim ab Apelle picta erat Venus illa Coa. Vid. de hac nostr. Trist. II. 527. de Arte III. 401. & Plin. H. N. XXXV. tom. 28 Atheniensis, ab Actæo, primum ibi regnante, Arx Athenarum Minervæ sacra fuit, unde & ejus Custos appellatur. 29 Bellicæ Dea Minerva est. 30 Phidias Athenis statuarius summæ artis, summæque laudis inter cætera ex e-bore Minervam, item eandem ex ære fecit tam eximiæ pulcritudinis, ut à forma cognomen acceperit. Plin. H. N. 34. 8.

Venæ



31 Vendicat ut 32 Calamis laudem, quos fecit, equorum,

Ut similis veræ vacca 33 Myronis opus;  
Sic ego pars rerum non ultima, Sexte, tuarum,  
Tutelæque 34 feror munus, opusque tuæ.

36

31 Ut sibi tribuit, ut laudari magnam sibi laudem peperit.  
meretur. 32 Calamis hic fecit 33 Myron Statuarius, Eleutheris natus, bucula facta maxime  
apud Eleos æreum currum, stan- ris natus, bucula facta maxime  
ribus utrumque equis, quibus celebratus est. Plin. XXXIV. 8.  
pueri insidebant, & ad vivum, 34 Dico me.  
ut dicunt, fabrefactis omnibus,

## EPISTOLA II. S E V E R O.

### ARGUMENTUM.

*Ad Severum Poëtam hanc epistolam scribit Ovidius, se multis rationibus excusans, quod nondum ejus nomen suis scriptis celebravit, quamvis tamen nunquam cessaverit ad eum epistolas soluta oratione scriptas mittere.*

**Q**uod legis, ô Vates magnorum maxime 2 Regum,  
Venit ab 3 intonsis usque, Severe, Getis.  
Cujus adhuc nomen nostros tacuisse libellos,  
Si modo permittis dicere vera, pudet.  
4 Orba tamen numeris cessavit epistola nunquam 5  
Ire per 5 alternas officiosa vices.  
Carmina sola tibi, memorem testantia 6 curam,  
Non data sunt; quid 7 enim, quæ facis ipse, darem?  
Quis mel 8 Aristæo, quis Baccho vina 9 Falerna,

Eleg. II. 2. Qui scribis de Regibus magnis in Tragediis tuis.  
3 Horridis, 4 Prosa oratione scripta. 5 Utrumque vicissim missa. 6 Mentem gratam. 7 Propter quid, quare. 8 Aristæus hic Apollinis, & Cyrenes filius fuit, regnavitque in Arcadia, & apium, mellisque usum primus invenisse dicitur. Jus-

tin. XIII. 7. 10. Aristæum in Arcadia late regnasse, eumque primum, & apium, & mellis usum, & lactis ad coagula hominibus tradidisse, solstitialesque ortus sideris primum invenisse. 9 A Falerno agro in Campania, qui maxime generosa vina fert, ab antiquis passim laudata.

Trip-



10 Triptolemo fruges, poma det 11 Alcinoos? 10  
 Fertile pectus habes, interque Heliconæ 12 colentes  
 Uberius nulli provenit 13 ista seges.  
 Mittet carmen ad hunc, frondes 14 erat addere silvis.  
 Hæc mihi cunctandi causa, Severe, fuit.  
 Nec tamen ingenium nobis 15 respondet, ut ante; 15  
 Sed 16 siccum sterili vomere litus aro.  
 Scilicet ut limus 17 venas excæcat 18 in undis,  
 19 Læsaque, suppresso fonte, resistit 20 aqua;  
 Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,  
 Et carmen vena pauperiore 21 fluit. 20  
 Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,  
 Esset, crede mihi, factus & ille 21 Getes.  
 Da veniam fasso; 23 studiis quoque fræna remisi:  
 Dicitur & digitis littera rara meis.  
 24 Impetus ille sacer, qui vaturn pectora 25 nutrit, 25  
 Qui prius in nobis esse solebat, abest.  
 26 Vix venit ad partes, vix sumptæ Musa 27 tabellæ  
 Imponit pigras pæne coacta manus.  
 Parvæque, ne dicam scribendi nulla, voluptas  
 Est mihi: nec, numeris 28nectere verba, juvat. 30  
 Sive quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,  
 Principium nostri 29 res sit ut ista mali:  
 Sive quod in tenebris numerosos ponere 30 gressus,

10 *Celei* regis Eleusinis in Attica fil. qui auctor dicitur agriculturæ. Vid. Met. V. 642. Fast. IV. 495. 11 Cuius horti pomorum omne genus proferebant, & apud antiquos scriptores itidem sunt clarissimi. Vid. Sup. II. 9. 42. 12 Poëtas. 13 Carmina. allegorice. 14 Id est, absurdum erat. 15 Satisfacit, par est voluntati meæ. 16 Operam perdo, & oleum, quod ingenium meum jam sterile, vane nitor aliquid te, tuique similibus dignum scribere. 17 Meatus obturat. 18 Facit, ut venæ non appareant. 19 Obstructa limo. 20 Non profuit. 21 Tenuiore. 22 Ceterum more, id est, barbare scrip-  
 sisset, ac inculto sermone. 23 Non amplius tam diligenter scribo, & Poësi do operam. 24 Furorẽ Poëticum significat. 25 Cuius beneficio facultate carmina scribendi pollent Poëtæ. 26 Vix me adjuvat, & sic satisfacit suo officio Musa. 27 Facultatem Poëticam intelligit sibi deesse. 28 Numeris poëticis adstringere. 29 Ut potius studium Poëseos nobis maxime nocuerit. 30 Saltare in tenebris. Rectissime me ceterum doctissimus Verportennius legit *gressus* pro *gestus*, nam ponere gestus Latinum non videtur; licet ita scribi Heinsius maluerit. Sed nec moram ipsi gessit Cl. Burmannus, & nos cum



Quodque legas nulli, scribere carmen, <sup>32</sup> idem est.  
 Excitat auditor <sup>32</sup> studium, <sup>33</sup> laudataque virtus 35  
 Crescit; & immensum <sup>34</sup> gloria calcar habet.  
 Hic mea cui recitem, nisi flavis scripta <sup>35</sup> Corallis,  
 Quasque <sup>36</sup> alias gentes barbarus Ister habet?  
 Sed quid solus agam? quaque infelicia perdam  
 Otia materiâ, <sup>37</sup> surripiamque diem? 40  
 Nam quia nec vinum, nec me tenet alea fallax,  
 Per quæ clam tacitum tempus abire solet;  
 Nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,  
 Oblectat cultu terra <sup>38</sup> novata suo.  
 Quid, nisi Pierides, solatia <sup>39</sup> frigida, restat, 45  
 Non bene de nobis quæ meruere, Deæ?  
 At tu, cui bibitur <sup>40</sup> felicius Aönius <sup>41</sup> fons,  
 Utiliter studium quod tibi <sup>42</sup> cedit, ama.  
 Sacraque Musarum merito cole: quodque legamus,  
 Huc aliquod <sup>43</sup> curæ mitte recentis opus. 50

cum isthoc faciendum omnino  
 esse, censemus. *Ponere enim gres-*  
*sus* est quasi *ponere pedes*, & sic  
 gressus facere, & *numerosos* qui-  
 dem h. l. id est ad modos, & nu-  
 merum musicorum. <sup>31</sup> Construc-  
 tionis ratio ea est: sive quod  
 idem est, hoc est, nullus utili-  
 tatis res, ponere gressus nume-  
 rosos in tenebris, & scribere  
 carmen, quod nullis legas. <sup>32</sup>  
 Si sint amici, queis carmina aut  
 alia recitare possis, studium  
 tuum mirum in modum excita-  
 tur. <sup>33</sup> Et si laudetur ars, aut  
 virtus, identidem augetur. <sup>34</sup>  
 Maxime incitat ad magna gloria.

<sup>35</sup> Coralli trans Istrum sunt, *fla-*  
*vi* vel à comæ, vel corporis in-  
 culti colore. <sup>36</sup> Et iis gentibus,  
 quas alias, *cætera*. <sup>37</sup> Fallam.  
 Surripimus diem, quando vacu-  
 mus rei jocossæ, ita ut elabatur  
 dies. <sup>38</sup> Arata, & ad semen-  
 tem faciendam preparata. <sup>39</sup>  
 Non officacia. Appositione. <sup>40</sup>  
 Qui felicius carmina scribis, &  
 operam das Poësi. <sup>41</sup> *Aonia*,  
 Bœotiæ pars, in qua Elicon. In-  
 de *Aonius fons*, musarum est,  
 quæ & ipsæ *Aonia*. <sup>42</sup> Succed-  
 dit. <sup>43</sup> Carmen recens elabo-  
 ratum.



## EPISTOLA III.

## AMICO INSTABILI.

## ARGUMENTUM.

*A*micum suppresso nomine taxat, ejusque perfidiam, ac levitatem ostendit, quod quum antea à teneris annis secum conjunctissime semper vixerit, tandem in adversa ejus fortuna non modo eum deserat, sed etiam simul ei se non cognoscere. Postremo illum monet, ut fortuna variantis vicissitudines, & levitatem ante oculos ponat.

**C**ONquerar, an taceam? Ponam sine nomine? crimen?

An notum, qui sis, omnibus? esse velim?

Nomine non uar, ne commendere querela;

Quæratunque tibi carmine fama meo.

Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ,

Qui mecum velles currere, primus eras.

Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis;

Auxilio postquam scis opus esse tuo.

Dissimulas etiam, nec me vis nosse videri:

Quique sit, audito nomine, Naso, rogas.

Ille ego sum, quamquam non vis audire, vetustâ

Pæne puer puero junctus amicitia:

Ille ego, qui primus tua seria nosse solebam,

Qui tibi jucundis primus adesse joci:

Ille ego victor, densoque domesticus uso,

Ille ego judiciis unica Musa tuis:

Ille ego sum, qui nunc an vivam, perfide, nescis:

Cura tibi de quo quærere nulla fuit.

Eleg. III. 2 In me commis-  
sum. 3 An te reticeam, an no-  
minabo? 4 Ne de te dum que-  
ror, nominis tibi conciliem fa-  
mam. 5 Acquiratur, accedat.  
6 Quamdiu eram felix. Allegor.  
7 In navi esse, & navigare. 8  
Irata est. 9 Relinquis me. 10 Ti-

bi. 11 Qui tecum vixit. 12 Cre-  
bro, ita sum novis Græci  
adhibent. 13 Opinione tua solus  
Poëta judicatus. 14 Constructio  
ea est: o perfide, ego sum  
idem, de quo nescis, an etiam  
nunc vivam, & de quo nunquam  
es dignatus quærere.

Si



<sup>15</sup> Sive fui nunquam carus, simulasse <sup>16</sup> fateris;  
 Seu non <sup>17</sup> fingebas, invenière <sup>18</sup> levis. 20  
 Eja age, dic aliquam, quæ te mutaverit, <sup>19</sup> iram;  
 Nam nisi justa tua <sup>20</sup> est, justa querela mea est.  
 Quæ te consimilem res nunc vetat esse <sup>21</sup> priori?  
 An crimen, coepi quod miser esse, vocas?  
 Si mihi rebus opem nullam factisque <sup>22</sup> ferebas, 25  
 Venisset <sup>23</sup> verbis <sup>24</sup> charta notata tribus.  
 Vix equidem credo, sed & insultare jacenti  
 Te mihi, nec verbis <sup>25</sup> parcere, Fama refert.  
 Quid facis, ah, demens? cur, si Fortuna recedat,  
 Naufragio <sup>26</sup> lacrymas eripis ipse tuo? 30  
 Hæc Dea, <sup>27</sup> non stabili quam sit levis orbe, fatetur,  
 Quem summum <sup>28</sup> dubio sub pede semper habet.  
 Quolibet est folio, quavis incertior aurâ:  
 Par illi levitas, improbe, sola tua est.  
 Omnia sunt hominum <sup>29</sup> tenui pendentia filo, 35  
 Et subito casu, quæ valere, ruunt.  
 Divitis audita est cui non opulentia <sup>30</sup> Croesi?  
 Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.  
 Ille Syracosîâ <sup>31</sup> modò formidatus <sup>32</sup> in urbe,  
 Vix <sup>33</sup> humili duram reppulit arte famem. 40  
 Quid fuerat Magno <sup>34</sup> majus? tamen ille rogavit  
 Submissâ fugiens voce <sup>35</sup> clientis opem.

<sup>15</sup> Dilemmate utitur Poëta.  
<sup>16</sup> Fateris, te simulasse amicitiam, quæ nulla fuit. <sup>17</sup> Scilicet amicitiam, & vere meus amicus eras. <sup>18</sup> Jam patet, te constantem non esse. <sup>19</sup> Iræ causam. <sup>20</sup> De me querela. <sup>21</sup> Tibi qualis prius eras. <sup>22</sup> Ferre voluisses. <sup>23</sup> Saltim ad me debuisses scribere. <sup>24</sup> Epistola brevissima. <sup>25</sup> Maledicere mihi, quod quidem vix credo. <sup>26</sup> Tuo scilicet, cur facis, ut nemo te, tuumque, à fortuna relictum, casum olim lacrymaturus sit. <sup>27</sup> Fortuna. Vid. Sup. II. 3. 56. <sup>28</sup> Cuius supremæ tantum parti insistit leviter. <sup>29</sup> Pendent tenui fi-

lo: id est, facile omnia mutantur. <sup>40</sup> Lydorum regis, à Cyro capti, qui vitam ei jam pyræ imposito donavit. <sup>31</sup> Dionysius junior, Syracusanorum tyrannus, qui Syracusis pulsus Corinthi ludum litterarium dicitur aperuisse: Justin. 21. 5. <sup>32</sup> Ob tyrannidem. <sup>33</sup> Pueros docendi arte, quæ Principe omnino indigna est. <sup>34</sup> Pompejo M. victus à Cæsare in Ægyptum fugiebat ad Ptolemæum, cujus patrem restituerat in regnum. Sed Ptolemæi jussu in navicula, antequam terram attingeret, est interfectus. Vid. Paterculum II. 53. <sup>35</sup> Ptolemæi Regis Ægypti.

(Cui-



(Cuique vero totus terrarum paruit orbis,  
 Indignus effectus omnibus ipse magis.)  
 Ille Jugurthino <sup>36</sup> clarus, Cimbrique triumpho, 45  
 Quo victrix toties <sup>37</sup> Consule Roma fuit;  
<sup>38</sup> In cœno latuit Marius, cannâque palustri,  
 Pertulit & tanto multa pudenda viro.  
 Ludit in humanis divina potentia rebus,  
 Et certam præsens vix habet hora <sup>39</sup> fidem. 50  
 Litus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,  
 Et metues, arcu ne feriare Getæ;  
 I, bibe, dixissem, <sup>40</sup> purgantes pectora succos:  
 Quicquid & in totâ nascitur <sup>41</sup> Anticyrâ:  
 Sunt tamen hæc <sup>42</sup> passus: nec si <sup>43</sup> mortalia possem, 55  
<sup>44</sup> Et summi poteram tela cavere Dei.  
 Tu quoque fac timeas: & quæ tibi læta videntur,  
 Dum <sup>45</sup> loqueris, fieri tristia posse, puta.

<sup>36</sup> Caj. Marius, qui Jugurtham Regem Numidiæ vicit, Cimbrosque & Teutones in Gallias effusus delevit præliis duobus, septiesque Consul fuit. <sup>37</sup> Septies. <sup>38</sup> Prope Minturnas in Marcia Palude latuit, urbe à Sylla exturbatus, ex eaque extractus, in carcerem ductus est. Vell. li. 12. & 19. <sup>39</sup> Et præsentî hora certi esse non possumus, mutatum non iri nostram conditionem. <sup>40</sup> Stultus es, bibe *Elleborum*: medicina enim ea putabatur insanorum, & in Anticyra insula

tutissimè credebatur sumi. Nostris *Eleboro negro* est. Inde proverbia sunt *Bibere elleborum*, *Anticyram se conferre*, id est, non satis sanum esse. <sup>41</sup> Et insula erat Phocidis, ac oppidum ad Maliacum sinum, & montem Oesam. <sup>42</sup> Ea tamen contingere mihi. <sup>43</sup> Et si vel maxime possem tutus à mortalibus esse. <sup>44</sup> Nec tamen etiam divinæ providentiæ tela, fatum, vel etiam Augusti potentiam. <sup>45</sup> Dum adhuc loqueris, & lætus es.



## EPISTOLA IV.

## SEXTO POMPEJO.

## ARGUMENTUM.

*Ad Sextum Pompejum scribens Poëta, nullam rem tam tristem esse dicit, quæ non habeat aliquando aliquid lætitiæ, quod sibi contigisse ostendit. Quum enim tristis in liore Pontico spatiaretur, fama ei nuntiavit, Sextum Pompejum consulem designatum esse. Quam rem dicit maximam sibi lætitiæ attulisse. Postremò dolet non posse, cum magistratum iniit Pompejus, illi interesse. Postremò illum precatur, ut aliquando sui recordetur.*

**N**ULLA dies adeo est <sup>1</sup> australibus humida nimbis,  
 Non <sup>2</sup> intermissis ut fluat imber aquis.  
 Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo  
 Mista fere duris utilis herba <sup>4</sup> rubis.  
 Nil adeo Fortuna gravis miserabile facit, 5  
 Ut minuant nullâ gaudia <sup>5</sup> parte malum.  
 Ecce domo, patriâque carens, oculisque <sup>6</sup> meorum,  
 Naufragus in Getici litoris actus <sup>7</sup> aquas;  
<sup>8</sup> Qua tamen inveni vultum diffundere causâ  
 Possem, Fortunæ nec meminisse meæ. 10  
 Nam mihi cum fulva tristis spatiaret <sup>9</sup> arena,  
 Visa est à tergo penna <sup>10</sup> dedisse sonum.  
 Respicio, nec corpus erat, quod cernere possem;  
 Verba tamen sunt hæc <sup>11</sup> aure recepta meâ:  
 En ego lætarum venio <sup>12</sup> tibi nuntia rerum, 15  
 Fama per immensas aëre <sup>13</sup> lapsa vias.  
 Consule Pompejo, quo non tibi carior alter,  
 Candidus & felix <sup>14</sup> proximus annus erit.  
 Dixit, &, ut læto Pontum rumore replevit,

Eleg. IV. 2 Pluvia est adeo dies.  
 Austrum supr. II. 1. 26. fundere dicit  
 assiduus aquas. 3 Perpetuis  
 aquis, ut non cesset pluvia. 4  
 Sentibus. 5 Nulla tranquillitate.  
 6 Conspectu. 7 Ire jussus. 8 Sc.  
 causam, qua causa, reliqua.

9 In litore Tomitano. 10 Audi-  
 vi volantis strepitum. 11 Audi-  
 vi tamen hæc verba. 12 Ad te.  
 13 Quæ huc volavi. 14 Pom-  
 pejus proximo anno consulerit,  
 fuit is annus U. C. 706. Quo mor-  
 tuus est Augustus.

Ad



Ad gentes alias hinc <sup>15</sup> Dea vertit iter.  
 At mihi, <sup>16</sup> dilapsis inter nova gaudia curis,  
 Excidit asperitas <sup>17</sup> hujus iniqua loci.  
 Ergo ubi, <sup>18</sup> Jane <sup>19</sup> biceps, longum <sup>20</sup> reseraveris an-  
 num,  
 Pulsus & à sacro <sup>21</sup> Mense December erit;  
<sup>22</sup> Purpura Pompejum summi <sup>23</sup> velabit honoris: 25  
<sup>24</sup> Ne titulis quidquam debeat ille suis,  
 Cernere jam videor, rumpi <sup>25</sup> penetralia <sup>26</sup> turbâ;  
 Et populum lædi, <sup>27</sup> deficiente loco:  
 Templaque <sup>28</sup> Tarpejæ primùm tibi sedis adiri;  
 Et fieri faciles in tua vota <sup>29</sup> Deos: 30  
 Colla boves niveos certæ <sup>30</sup> præbere securi,  
 Quos aluit campis herba <sup>31</sup> Falisca suis.  
 Cumque Deos <sup>32</sup> omnes, tum quos impensius æquos  
 Esse tibi cupias, cum Jove Gæsar erit.  
 Curia te <sup>33</sup> excipiet, <sup>34</sup> Patresque è more vocati 35  
 Intendent aures <sup>35</sup> ad tua verba suas.  
 Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore,

15 Fama. 16 Pulsus ex animo.  
 17 Miseria. 18 Janus *reserare* an-  
 num dicitur, quia ipsi Kal. Januar.  
 sacra fiebant, & inde annus inci-  
 piebatur: cæli foribus præesse  
 cum Horis dicitur, immò fori-  
 bus in terra etiam, quæ ab eo  
*januæ* appellantur. Plura elegan-  
 ter, ut omnia, tradit Nieupoort.  
 Compend. Antiq. Roman. p. m.  
 233. seqq. 19 Biceps, seu bi-  
 frons fingebatur inter alias cau-  
 sas id, propter quod tempus fu-  
 tura, & præterita respicit: immò  
 quadrifrons etiam pingitur, qua  
*re quatuor* anni partes indicantur.  
 20 Longum annum vocat  
 Naso, quia ei ob magnum desi-  
 derium tardior, ac longior vide-  
 retur incipere. 21 Januario, qui  
 sacer vocabatur, quia primo ejus  
 die in Capitolio Diis sacra fie-  
 bant pro salute Principis, &  
 reipubl. ac novi Coss. inibant  
 magistratum. 22 Purpurea ves-

tis, insigne consulatûs. 23 Con-  
 sularis. 24 Ne quid desit hono-  
 rum titulis. 25 Domum tuam.  
 26 Te salutatum, veniente multi-  
 tudine. 27 Premi populum, quia  
 eum locus non capit. 28 Tem-  
 plum Capitolinum. Sup. II. 1. 57.  
 29 Votis tuis pro salute Principis,  
 & reip. factis exorari Deos.  
 30 Quæ certe eos ferit. 31 *Fa-  
 liscus* ager erat in Etruria, unde  
 sumebantur boves albi, necdum,  
 jugum passi, & Jovi sacrificab-  
 antur. Albos autem boves di-  
 cebatur facere aqua amnis *Clu-  
 tumui*, ab iis potata. Vid. Plin.  
 H. N. II. 103. 32 Scil. esse tibi  
 æquos cupias. 33 In curiam pos-  
 tea ibis. 34 Senatores. 35 Ora-  
 tionem, quam novus Cos. per-  
 actis in Capitolio sacris, habere  
 solebat. Plinii Sec. Panegyricus  
 exemplum est ejusmodi oratio-  
 nis.

X

Ut-



Utque solet, tulerit <sup>36</sup> prospera verba dies;  
 Egeris & meritas Superis cum Cæsare grates:  
 Qui <sup>37</sup> causam, facias cur ita sæpe, dabit: 40  
 Inde domum repetes toto comitante Senatu,  
<sup>38</sup> Officium populi vix capiente domo.  
 Me miserum, turbâ quod non ego cernor in illâ,  
 Nec poterunt istis lumina nostra <sup>39</sup> frui!  
 Quamlibet absentem, qua possum, mente videbo: 45  
 Aspiciet vultus Consulis illa <sup>40</sup> sui.  
 Di faciant, aliquo <sup>41</sup> subeat tibi tempore nostrum  
 Nomen; & Heu, dicas, quid miser ille <sup>42</sup> facit?  
 Hæc tua pertulerit siquis <sup>43</sup> mihi verba, fatebor  
 Protinus exsilium mollius esse meum. 50

<sup>36</sup> Faustas acclamationes, & res tuos spectare. <sup>40</sup> Sibi mal-  
 salutationes, a patribus, & popu- xime faventis. <sup>41</sup> Aliquando ve-  
 lo tibi factas. <sup>37</sup> Cujus jussu, niat in mentem. <sup>42</sup> Naso meus,  
 & voluntate sæpius eris Cos. miser ille amicus. <sup>43</sup> Ad me,  
<sup>38</sup> Populum officiosum, ac do- mihi nuntiari.  
 mum te comitantem. <sup>39</sup> Hono-

## EPISTOLA. V.

## EIDEM, JAM CONSULI.

## ARGUMENTUM.

*Alloquitur per prosopopejam carmen suum Poëta, illudque Romam mittit ad Pompejum, ad quem etiam scripsit superiorem epistolam: mandataque exponit, & perbelle fatetur primo se illi summo opere devinctum, declarans se propter ejus beneficia fore semper illius mancipium. Postremo preca- tur, ut se donatum vita, ejus opera, etiam servet in præsentia.*

**T**e, leves <sup>2</sup> elegi, doctas ad Consulis aures;  
 Verbaque honorato ferte legenda viro.  
 Longa via est; nec vos <sup>3</sup> pedibus proceditis æquis;  
 Tectaque <sup>4</sup> brumali sub nive terra later.

Eleg. V. <sup>2</sup> Quia leviores res tribus, quoniam alter versus, al-  
 tractat carmen elegiacum, in tero longior est. <sup>4</sup> Et hiems  
 primis amatoris, ideo leves ip- est, quo difficile est iter facere  
 si elegi dicuntur. <sup>3</sup> Pedibus pa- in dissitam terram.

Cum



Cum gelidam <sup>5</sup> Thracen, & opertum nubibus <sup>6</sup> Hæ-

mon,

Et maris <sup>7</sup> Ionii <sup>8</sup> transieritis aquas;

<sup>9</sup> Luce minus decima dominam venietis in <sup>10</sup> Urbem,

Ut <sup>11</sup> festinatum non faciatis iter.

Protinus inde domus vobis Pompeja petatur.

Non est <sup>12</sup> Augusto junctior ulla Foro.

Siquis, ut <sup>13</sup> in populo, qui sitis, & unde, requiret;

Nomina <sup>14</sup> deceptâ quælibet aure ferat.

<sup>15</sup> Ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri;

Verba minus certe ficta <sup>16</sup> timoris habent.

Copia nec vobis ullo prohibente videndi

Consulis, <sup>18</sup> ut lumen contigeritis, erit;

Aut reget ille suos dicendo jura Quirites,

Conspicuum <sup>19</sup> signis cum premet altus <sup>20</sup> ebur:

Aut, <sup>21</sup> populi reditus positam componet ad hastam,

Et minui magnæ non sinet Urbis opes:

Aut, ut erunt Patres in Julia <sup>22</sup> templa vocati,

De tanta dignis Consule rebusaget:

Aut feret Augusto solitam <sup>23</sup> natoque salutem;

Deque parum noto <sup>24</sup> consulat officio.

<sup>5</sup> Thraciam, quæ est vicina septentrioni. <sup>6</sup> Montem Thraciæ, cujus altissimum cacumen nubibus semper absconsum videtur. <sup>7</sup> Ea pars maris intelligitur, quæ inter Græciam, & Italiam est, quo trajecto Brundisium veniebat: inde Romam perveniri poterat intra decem dies. <sup>8</sup> Penultima syllaba in *transieritis* porrecta est, ut infra in voce *contigeritis*. Vide Voss. de Art. Gram. II. 21. <sup>9</sup> Antè diem decimam. <sup>10</sup> Romam. <sup>11</sup> Licet non festinetis. <sup>12</sup> Augusti foro. Vide Sueton. Aug. c. 29. <sup>13</sup> Ut fieri in magna turba solet. Vid. Trist. I. 1. 17. <sup>14</sup> Deceptus potius quidvis audiat, quam meum nomen, nolite ipsi dicere, qui sitis, & unde ve-

niatis. <sup>15</sup> Quamvis. <sup>16</sup> Si fingatis aliquid, minus timebitis, ne quis vos moretur. <sup>17</sup> Postquam perveneritis ad ejus domum. <sup>18</sup> Romanos cives. <sup>19</sup> Figuris sculptis, & cælatis. <sup>20</sup> Curulem, & eburneam sellam. <sup>21</sup> Publica vectigalia voce præconis apud hastam in foro fixam redimenda, aut conducenda proponeret. Inf. eleg. 9. 46. <sup>22</sup> Curiam Juliam, templum est, locus per Augures constitutus. Vid. Gell. N. A. XIV. 1. Noster Met. XV. 801. <sup>23</sup> Tiberio. <sup>24</sup> Capiet consilium, sciscitabitur, tanquam novus Consul. cui plura, in rep. administranda ignota esse poterant, vel quæret ex Augusto, quid fieri in Senatu velit.



25 Tempus ab his vacuum Cæsar Germanicus omne 25  
 Auferet : 26 à magnis hunc colit ille Deis.  
 Cum tamen 27 à turba rerum requieverit harum,  
 Ad vos mansuetas porriget 28 ille manus.  
 Quidque parens 29 ego vester agam, fortasse requiret.  
 Talia vos illi reddere 30 verba volo. 30  
 Vivit adhuc, vitamque tibi 31 debere fatetur,  
 Quam prius à miti Cæsare 32 munus habet.  
 Te sibi, cum 33 fugeret, memori solet ore referre,  
 Barbariæ tutas 34 exhibuisse vias.  
 Sanguine 35 Bistonium quod non tepefecerit ensem, 35  
 Effectum curâ pectoris esse tui.  
 Addita præterea vitæ quoque multa 36 tuendæ  
 Munera, ne proprias 37 attenuaret opes.  
 Pro quibus ut meritis referatur 38 gratia; jurat,  
 Se fore 39 Mancipii tempus in omne tui. 40  
 Nam prius umbrosâ carituros 40 arbore montes,  
 Et freta 41 velivolas non habitura rates,  
 Fluminaque in fontes cursu reditura 42 supino;  
 Gratia quàm meriti possit 43 abire tui.  
 Hæc ubi dixeritis, servet 44 sua dona, rogate;  
 Sic 45 fuerit vestræ causa peracta viæ. 46

25 Vacuum à republica tem-  
 pus Germanico dabit. 26 Post  
 Augustum, & Tiberium. 27 Ne-  
 giorum eorum multitudine. 28  
 Vos in manus sumet. 29 Au-  
 ctor Metaph. 30 Respondere.  
 31 Se debere tibi vitam. 32  
 Quam ipsi prius Cæsar donavit.  
 33 Concederet in exsilium. 34  
 Solet referre, ore memori, te  
 præstitisse sibi vias barbariæ  
 (per Thraciam) tutas, quum nem-  
 pe eundem foret in exsilium.  
 35 Thracium, quod non à Thra-  
 cibus interfectus sit. 36 Ad sus-

tentandam vitam facientia. 37 Ne  
 suas opes cogeretur consumere.  
 38 Re ipsa præstetur. 39 Man-  
 cipium, vel Mancipii esse, est  
 alieno dominio esse obnoxium.  
 Vid. omnino Perizon. ad Sanct.  
 Minerv. P. 559. edit. ultimæ. 40  
*Apo tu coinu* reperendum ver-  
 bum *jurat*. 41 Naves, quæ ve-  
 lis expansis currunt. 42 Retro  
 flexo. 43 Ex memoria deleri.  
 44 Me, quem tutus est sem-  
 per, porro servet, ac juvet. 45  
 Hoc modo partes vestras exple-  
 veritis.



## EPISTOLA VI.

## B R U T O.

## A R G U M E N T U M.

*A*D Brutum Romanum scribens, narrat se quinquennium egisse in Pon-  
to, & cum maxime reditum speraret precibus Fabii Maximi, in quo spem  
habeat, eum perisse docet. Fatetur tamen Brutum nihilo inferiore  
amore erga se esse. Postremo ejus amorem, & virtutes peculiare expo-  
nit, proficiturque nunquam se fore ingratum meritorum, quæ apud se ab  
amicis collocata sunt.

**Q**Uam legis, ex illis tibi venit epistola, Brute,  
Nasonem nollis in quibus esse locis.

Sed, tu quod nollis, voluit <sup>2</sup> miserabile fatum.

Hei mihi, plus illud, quam tua vota, valet!

In Scythiâ nobis quinquennius <sup>3</sup> Olympias acta est: <sup>5</sup>

Jam <sup>4</sup> tempus lustrî transit in alterius.

Perstat enim Fortuna tenax, votisque malignum

<sup>5</sup> Opponit nostris insidiosa pedem.

Certus <sup>6</sup> eras pro me, Fabiæ laus, Maxime, gentis,

<sup>7</sup> Numen ad Augustum supplice voce loqui. <sup>10</sup>

<sup>8</sup> Occidis ante preces; causamque ego, Maxime, mor-  
tis

(Nec fuero tanti) me reor <sup>9</sup> esse tuæ.

Jam timeo, nostram cuiquam mandare <sup>10</sup> salutem:

Ipsam morte tua concidit <sup>11</sup> auxilium.

Cœperat Augustus <sup>12</sup> deceptæ ignoscere culpæ: <sup>15</sup>

Eleg. VI. <sup>2</sup> Fatum meum, quo ita affligor, ut misericor-  
dia dignus sim. <sup>3</sup> Lustrum, &  
quoniam Olympias alioquin apud  
Græcos est tempus quatuor an-  
norum, notanter addit vocem  
quinquennis, ut intelligatur lus-  
trum quinque annorum spatium  
notari. <sup>4</sup> Jam inchoatum est al-  
cerum quinquennium. <sup>5</sup> Metaph.  
à cursoribus, qui pede opposi-  
to secum certantes supplantare  
solebant. <sup>6</sup> Proposueras tibi.  
<sup>7</sup> Apud Div. August. pro mea  
salute precari. <sup>8</sup> Moreris. <sup>9</sup>  
Puto, te ab Augusto propter me  
mori coactum fuisse. Verumta-  
men mortis ejus causam leges  
apud Tacitum I. Annal. c. n.  
<sup>10</sup> Commendare. <sup>11</sup> Interiit  
mihi omne auxilium, seu spes  
auxilli omnis. <sup>12</sup> Errore ad-  
missæ.

X;

Spem



Spem nostram, terras <sup>13</sup> deseruitque simul.  
 Quale tamen potui de <sup>14</sup> cœlite, Brutè, recenti  
 Vestra procul positus carmen in <sup>15</sup> ora dedi.  
 Quæ prosit pietas utinam mihi; sitque malorum  
 Jam <sup>16</sup> modus, & <sup>17</sup> sacræ mitior ira domûs! 20  
 Te quoque idem, liquido possum jurare, precari,  
 O mihi non <sup>18</sup> dubiâ cognite Brute notâ.  
 Nam <sup>19</sup> cum præstiteris verum mihi semper amorem;  
 Hic tamen adverso tempore crevit amor.  
 Quique tuas pariter lacrymas nostrasque <sup>20</sup> videret, 25  
 Passuros pœnam <sup>21</sup> crederet esse duos.  
 Lenem te miseris genuit Natura, nec ulli  
 Mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit.  
 Ut qui, quid valeas, ignoret, <sup>22</sup> Marte forensi,  
 Posse tuo <sup>23</sup> peragi vix putet ore reos. 30  
 Scilicet ejusdem <sup>24</sup> est, quamvis pugnare videtur,  
 Supplicibus facilem, sontibus esse <sup>25</sup> trucem.  
 Cum tibi suscepta est legis <sup>26</sup> vindicta severa;  
 Verba velut tinctum <sup>27</sup> singula virus habent.  
 Hostibus eveniat, quam sis violentus in <sup>28</sup> armis, 35  
 Sentire, & <sup>29</sup> linguæ tela subire tuâ.  
 Quæ tibi tam tenui <sup>30</sup> cura limantur, ut omnes  
 Istius <sup>31</sup> ingenium corporis esse, negent.  
 At si quem lædi Fortunâ cernis iniquâ,

<sup>13</sup> Morte sua spem meam irritam reddidit, & terras reliquit Augustus. <sup>14</sup> Augusto inter cœlites relato. <sup>15</sup> ad vos misi. <sup>16</sup> Finis. <sup>17</sup> Augustæ. <sup>18</sup> Certa. <sup>19</sup> Licet semper me amâris, amasti tamen magis adverso tempore. <sup>20</sup> Si quis videre potuisset & te, & me flentes exsilium meum. <sup>21</sup> Is credidisset utrumque punitum esse. <sup>22</sup> Eloquentia forensi. Trist. III. 12. 18.

*Verbosi garrula bella fori.*

Et IV. 10. 18.

*Fortia verbosi natus ad arma fori.*

<sup>23</sup> Agimus reum, quando accusamus, peragimus quum rem eo deducimus, ut is condemnetur.

<sup>24</sup> Eidem homini, & magno viro convenit. <sup>25</sup> Immitem, se-  
 verum. <sup>26</sup> Animadversio in  
 reos secundum leges, vel as-  
 sertio legis contra ejus violato-  
 res. <sup>27</sup> Efficacissima sunt, &  
 reis mortifera. <sup>28</sup> Fori actioni-  
 bus. <sup>29</sup> Eloquentiæ vim expe-  
 riri. <sup>30</sup> Quæ tela tam subtilia  
 reddis, & acuminata. <sup>31</sup> Hu-  
 mani ingenii opus esse, tenero,  
 & exsili corporis habitu accipe-  
 re, ut sit, ut nemo credet, tam  
 acre ingenium in illo tam tenuo  
 corpore posse existere, quæ in-  
 terpretatio acre & ipsum inge-  
 nium, & bonis scriptoribus eli-  
 mandis pariter, & in lustrandis  
 natum prodit.

Mol-



Mollior <sup>32</sup> est animo femina nulla tuo. 40  
 Hoc ego præcipue sensi, cum magna <sup>33</sup> meorum  
 Notitiam <sup>34</sup> pars est inficiata mei.  
 Immemor illorum, <sup>35</sup> vestri non immemor unquam,  
 Qui mala solliciti nostra levastis, ero.  
 Et prius (heu nobis nimium <sup>36</sup> conterminus!) Ister 45  
<sup>37</sup> in caput Euxino de mare <sup>38</sup> vertet iter:  
 Utque <sup>39</sup> Thyestæ redeant si tempora mensæ,  
 Solis ad Eöas currus agetur aquas:  
 Quam quisquam vestrum, qui me <sup>40</sup> doluistis adempto,  
<sup>41</sup> Arguat ingratum non meminisse sui. 50

<sup>32</sup> Magis misericors. <sup>33</sup> Amicorum. <sup>34</sup> Magna pars meorum, multi meorum ita se gesserunt, ac si me nunquam noscent. <sup>35</sup> Scilicet ero; quod distichon claudit. <sup>36</sup> Propinquus. <sup>37</sup> Ad fontem recurreret. <sup>38</sup> De mari, Trist. V. 2. 20.

*Exiguum pleno de mare demat aqua.*

<sup>39</sup> Et tanquam si Thyestæ epu-

læ rursus apponerentur. Atreus enim Thyestæ fratri filium epulandum apposuit, cuius facinoris horrore sol cessasse retro ad ortum fertur. <sup>40</sup> Doluistis exsilium meum. <sup>41</sup> Probare possit. Virgil. Æn. IX. 182.

*... me nulla dies tam fortibus ausis*

*Dissimilem argueret.*

## EPISTOLA VII.

## VESTALI.

## ARGUMENTUM.

*Ad Vestalem scribens Poëta, cui ora Pontica regenda delata fuerat: eum testem faciat incommodorum, quæ sunt in ea regione. Post ejus virtutem laudat, quam pollicetur suo carmine testatam fore in omne tempus.*

**M**Issus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad undas,  
 Ut positis reddas jura sub <sup>2</sup> axe locis;  
 Aspicias en, <sup>3</sup> Præses, quali jaceamus in <sup>4</sup> arvo:

Eleg. VII. 2 Arcto, Polo septentrionali. <sup>3</sup> Præsides dicebantur, quos Augustus, provincias cum Senatu partitus, in regendas validiores ipse mittebat.

Quia senatu mittebantur, Proconsules dicti sunt. Elegantissime hac de re scribit Nieupoort, Compend. Antiq. Rom. p. m. 161. seq. 4 Terra, regione.

X<sub>4</sub>

Nec



Nec me, <sup>5</sup> tristis eris, falsa solere queri.  
 Accedet voci per te non <sup>5</sup> irrita nostræ,  
 Arpinis <sup>6</sup> juvenis regibus orte, fides.  
 Ipse vides certè glacie concreescere Pontum.  
 Ipse vides rigido <sup>7</sup> stantia vina gelu.  
 Ipse vides, onerata ferox ut ducat <sup>8</sup> Jazyx  
 Per medias Istri plaustra bubulcus aquas. <sup>10</sup>  
 Aspicias & mitti sub <sup>9</sup> aduncæ toxica <sup>10</sup> ferro;  
 Et telum causas mortis habere <sup>11</sup> duas.  
 Atque utinam pars <sup>12</sup> hæc tantum spectata fuisset,  
 Non etiam proprio cognita <sup>13</sup> Marte tibi!  
 Tenditis <sup>14</sup> ad primum per densa pericula pilum: <sup>15</sup>  
 Contigit ex merito qui tibi nuper honos.  
 Sic licet hic titulus plenis tibi <sup>15</sup> fructibus ingens,  
 Ipsa tamen virtus <sup>16</sup> ordine major erit.  
 Non negat hoc Ister; cujus tua dextera quondam  
<sup>17</sup> Puniceam Getico sanguine fecit aquam. <sup>20</sup>  
 Non negat <sup>18</sup> Aegyptos; quæ, te <sup>19</sup> subeunte, re-  
 cepta,  
 Sensit in <sup>20</sup> ingenio nil opis esse loci.  
<sup>21</sup> Nam dubium, positu melius defenza, manu,

<sup>5</sup> Magnum pondus habens fides. <sup>6</sup> Forte legendum *Arpinis*, nam urbs *Arpi* maxima quondam Italiae, in Dauni regno fuit in Apulia, priusque appellata *Lampe*, quam nomen à Diomede mutaretur. Debetur hæc emendatio *CL. Verportennio*, & non abhorret à vers. inf. 29 sequenti, nobisque valde placet quidem, sed expressissimos tamen *Cel. Burmanni* lectionem, expectaturi, quid ille olim consilii allaturus sit in splendida, quam promisit, operum *Nasonis* editione. <sup>7</sup> Congelata. *Virg. Georg. III.*  
 ceduntque securibus humida vina.

<sup>8</sup> Jazyges populus sunt ultra Danubium in Sarmatia Europæ. <sup>9</sup> Sub spiculis sagittarum. <sup>10</sup> *Toxica* venenum proprie à *taxo* arbore *Arcadiæ*, maxime venenata,

*Toxo*, Asturiis frequenti: signum ex ea in *Reg. Matritensi Museo*. *Plin. H. Nat. lib. XVI.* <sup>10</sup> <sup>11</sup> Alteram ferri, veneni alteram. <sup>12</sup> Hoc genus barbariei, qua veneno spicula inficiunt. Eodem nostri Septentrionales utebantur. <sup>13</sup> Bello. <sup>14</sup> Ad dignitatem primipilarem tu pervenisti. *Primipilus* vero caput centurionum omnium erat. *Gese de la Guardia de Alabarderos*. Vide *Nieuport, Comp. Antiq. Rom. p. m. 399. 400.* <sup>15</sup> Magnus utilitate, & honore. <sup>16</sup> Sc. primipilari, *este carga*. <sup>17</sup> Rubram. <sup>18</sup> Redi ad *I. 8. 13.* <sup>19</sup> Accedente murum, eamque oppugnante. <sup>20</sup> Situ. *Sup. II. 1. 52.* <sup>21</sup> Namque *Aegyptos* in montis fastigio condita erat, & munita, ut dubium esset, sitasne loci, an propugnatores, & presidium magis eam defenderit.

U. os



Urbs erat in summo <sup>22</sup> nubibus æqua jugo.  
<sup>23</sup> Sithonio Regi ferus <sup>24</sup> interceperat illum 25  
 Hostis, & ereptas victor habebat opes :  
 Donec <sup>25</sup> flumineâ devecta <sup>26</sup> Vitellius undâ  
<sup>27</sup> Intulit, <sup>28</sup> exposito milite, signa Getis.  
 At tibi, progenies alti fortissima <sup>29</sup> Dauni,  
 Venit <sup>30</sup> in adverso impetus ire <sup>31</sup> viros. 30  
 Nec mora; conspicuus longe fulgentibus armis,  
 Fortia ne possint facta latere, caves:  
 Ingentique <sup>32</sup> gradu contra ferrumque, <sup>33</sup> locumque,  
 Saxaque <sup>34</sup> brumali grandine plura, subis.  
 Nec <sup>35</sup> te missa super jaculorum turba <sup>36</sup> moratur, 35  
 Nec quæ <sup>37</sup> vipereo tela cruore madent.  
 Spicula cum <sup>38</sup> pictis hærent in <sup>39</sup> casside pennis :  
 Parsque fere scuti <sup>40</sup> vulnere nulla vacat.  
 Nec corpus cunctos feliciter <sup>41</sup> effugit ictus :  
 Sed minor est acri laudis amore dolor. 40  
 Talis apud Trojam <sup>42</sup> Danaïs pro navibus <sup>43</sup> Ajax  
 Dicitur Hectoreas sustinuisse <sup>44</sup> faces.  
 Ut propius ventum est, <sup>45</sup> commissaque dextera dex-  
 træ,  
 Resque fero potuit cominus ense geri :  
 Dicere difficile est, quid <sup>46</sup> Mars tuus egerit illic, 45  
 Quoque neci dederis, quosque, quibusque modis.

<sup>22</sup> Propinqua nubibus, altis-  
 simo in loco, montis dorso, æ-  
 dificata. <sup>23</sup> Thracio, à monte  
 Thraciæ, qui *Sithon* dicitur, à  
 quo ipsa Thracia Sithonia nomi-  
 nata fuit. <sup>24</sup> Eripuerat ex ins-  
 peracto. <sup>25</sup> Devectus secundo  
 Istro. <sup>26</sup> Mysiæ Præses. <sup>27</sup> *In-*  
*tulit signa Getis*, cum Getis com-  
 misit pugnam. <sup>28</sup> In terram è  
 navibus. <sup>29</sup> Daunus Rex Apu-  
 liæ partis, ab eo *Daunia* dicitur.  
<sup>30</sup> Venit tibi impetus, id est,  
 impetu forti cœpisti aggredi hos-  
 tes. <sup>31</sup> Hostes. <sup>32</sup> Forti gra-  
 du. <sup>33</sup> Locum munitissimum.  
<sup>34</sup> Innumera Nost. Met. V. 158.  
 tela volant hiberna grandine plu-  
 ra. <sup>35</sup> Super te, in te ex urbe. <sup>36</sup> Multitudo. <sup>37</sup> Vipereo cruo-  
 re, id est, veneno. <sup>38</sup> Galea  
 tua. <sup>39</sup> Cum pennis varii colo-  
 ris, quas gerebant in galeis. <sup>40</sup> *E-*  
*tiam spicula sunt in casside tua,*  
 ab hoste in eam conjecta. <sup>41</sup> *For-*  
*ramine, hostis telis facto.* <sup>42</sup> *E-*  
*tiam corpus tuum vulneratum*  
 est. <sup>43</sup> Græcis, nam à *Danao*  
 Argivorum Rege dicti sunt Græ-  
 ci *Danai*. <sup>44</sup> Telamonis filius,  
 qui cum Ajace, Oilei filio, pri-  
 mus hostium sustinuit impetum,  
 quum Hector Græcorum oppug-  
 naret naves. Metam. XIII. 91.  
 844. ignem, quo Hector incen-  
 surus erat Græcorum naves. <sup>45</sup>  
 Manus cum hoste consertæ. <sup>46</sup>  
 Bellica virtus.

En-



Ense tuo factos calcabas victor acervos,  
 Impositoque <sup>47</sup> Getes sub pede multus erat.  
 Pugnat ad exemplum primi <sup>48</sup> minor ordine Pili,  
 Multaque fert <sup>49</sup> miles vulnera, multa facit. 50  
 Sed tantum virtus alios tua præterit omnes,  
 Ante <sup>50</sup> citos quantum <sup>51</sup> Pegasus ibat equos.  
 Vincitur <sup>52</sup> Ægyptos; testataque <sup>53</sup> tempus in omne  
 Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

47 Cadavera multa Getarum. Vid. *Palaephatum*, cap. XXIX.  
 48 Alii viri milit. *minores ordine*. ibique *Paulus Pater*, & quos ille  
 49 Accipit. 50 Celeriter currentes. 51 Bellerophonis alatus equus, qui ex collo Medusæ, in testimonium citavit. 52 Capitur, expugnatur. 53 Eternitatis, memoriæ consecrata.

## EPISTOLA VIII.

## S U I L L I O.

## A R G U M E N T U M.

*M*ortuo Augusto, ut diximus, hanc epistolam mittit Ovidius ad Sullum, uxoris suæ generum, agitque ei gratias pro ejus epistola ad se scripta, quam etsi sero perlata, gratissimam tamen fuisse dicit. Postmodum eum rogat, ut Germanicum juniorem sibi reconciliet; polliceturque, se in hujus rei gratiam non crecturum ei templa de mermore, sed carmine complexurum ejus laudes: Ostenditque nihil esse posse principibus optius, quam carmine officiosum se præstare. Tum nactus occasionem Poëta, carminis excellentiam extollit, precaturque, ut sibi carmina prosint; & si non possit reditum in patriam obtinere, saltem Urbi propinquius exsilium, quo possit Caesaris gesta intelligere, & carmine celebrare.

**L**ittera sera quidem, studiis excolte Süilli,  
 Huc tua pervenit, sed mihi grata tamen:  
 Qua, <sup>2</sup> pia si possit Superos lenire rogando  
 Gratia, laturum te mihi dicis opem.  
 3 Ut jam nil præstes, 4 animi sum factus amici  
 Debitor, & meritum, 5 velle juvare, voco.

Eleg. VIII. 2 Si quid gratia, 5 Quod me vis adjuvare, voluntas me adjuvandi, mihi est meritum, seu in meritum habeo numero.  
 & precibus tuis apud Cæsares possis proficere. 3 Quamvis. 4 Pro voluntate tua.

Im-



6 Impetus iste tuus longum modò duret in ævum,  
 Neve malis pietas sit tua 7 lassa meis.  
 Jus aliquod faciunt 8 affinia vincula nobis,  
 Quæ semper maneant 9 illabefacta precor. 10  
 Nam tibi quæ conjux, eadem mihi filia pæne 10 est;  
 Et quæ 11 te generum, me vocat illa virum.  
 Hei mihi, si lectis vultum tu versibus istis  
 12 Ducis, & affinem te pudet esse meum!  
 At nihil hîc dignum poteris reperire pudore, 15  
 Præter Fortunam, quæ mihi 13 cæca fuit.  
 Seu genus 14 excutias; Equites, ab origine prima,  
 Usque 15 per innumeros inveniemur avos:  
 Sive velis, qui sint, mores inquirere 16 nostros;  
 Errorem misero 17 detrahe; 18 labe carent. 20  
 Tu modo, si quid 19 agi sperabis posse precando,  
 Quos colis, exora supplice voce Deos.  
 Dî tibi sunt Cæsar 20 juvenis: tua 21 numina placa;  
 Hac certè nulla est notior 22 ara tibi.  
 Non sinit illa, sui vanas 23 antistitis unquam 25  
 Esse preces: nostris 24 hinc pete rebus opem.  
 Quamlibet exiguâ si nos 25 ea juverit aurâ,  
 Obruta de mediis 26 cymba resurget aquis.  
 Tunc ego thura 27 feram rapidis solennia 28 flammis,  
 Et, valeant quantum numina, testis ero. 30

6 Studium de me bene merendi. 7 Desinat, malorum meorum defatigata magnitudine. 8 Conjunctio affinitatis quadam nos devincit necessitudine, nupta enim Suillio fuit privigna Ovidii. 9 Nunquam solvatur, aut divorcio, quod frequens erat apud Romanos, aut animorum discordia. 10 Pæne filia, id est, privigna, ut jam admonuimus. 11 Uxor mea. 12 Contrahis, tanquam iratus. Sup. II. 1. 5. 13 Quæ me non sic habuit, ut meritis eram. Vid. III. 2. 126. 14 Quære de genere meo. 15 Per longam majorum seriem. 16 Velis inquirere in mores meos, ut intelligas, qui, id est, quales sint. 17 Discede à crimine meo in Augustum, & innocentes mei mores erunt. 18 Vitiis. 19 Profici. 20 Germanicus Cæsar. 21 Hunc, qui tibi est numinis instar. 22 Deum nullum veneraris, & colis frequentius, quam hunc. 23 Sacerdotis. 24 Ab hoc Germanico. 25 Ea ara si vel exiguum mihi præster auxilium. 26 Res meæ melioris esse conditionis incipient. Allegoria. 27 Tunc ego ut Deum venerabor Germanicum. 28 Quæ solemnî modo solent offerri, quolibet anno, festoque die Cæsarem Germanicum ritu, quo solemus Deos, colam.

Nec



Nec tibi de <sup>29</sup> Pario statuam, Germanice, templum

Marmore; <sup>30</sup> carpsit opes illa ruina meas.

Templa domus vobis facient, urbesque <sup>31</sup> beatæ:

Naso, suis opibus, <sup>32</sup> carmine gratus erit.

Parva quidem fateor pro magnis munera reddi, <sup>35</sup>

Cum pro concessa <sup>33</sup> verba salute damus.

Sed <sup>34</sup> qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abunde  
est;

Et <sup>35</sup> finem pietas contigit illa suum.

Nec, quæ de parvâ Dis pauper libat <sup>36</sup> acerrâ,

Thura minus, grandi quàm data lance, <sup>37</sup> valent. <sup>40</sup>

Agnaque tam lactens, quàm gramine pasta <sup>38</sup> Falisco,

Victima <sup>39</sup> Tarpejos <sup>40</sup> inficit ista focos.

Nec tamen, <sup>41</sup> officio vatum per carmina factò,

Principibus res est gratior ulla viris.

Carminastrarum peragunt præconia laudum; <sup>45</sup>

Neve sit actorum fama <sup>42</sup> caduca, cavent.

Carmine fit <sup>43</sup> vivax virtus; expersque sepulcri,

Notitiam seræ <sup>44</sup> posteritatis habet.

<sup>45</sup> Tabida consumitur ferrum lapidemque vetustas;

Nullaque res majus <sup>46</sup> tempore robur habet. <sup>50</sup>

Scripta <sup>47</sup> ferunt annos: scriptis <sup>48</sup> Agamemnona nosti,

Et quisquis contra, <sup>49</sup> vel simul, <sup>50</sup> arma tulit.

<sup>29</sup> Marmor *Parium*, insula *Paro*, una ex Cycladibus, allatum, præstantissimum, candidissimumque erat, & ex eo veteres Deorum simulacra, templaque jubebant fieri. <sup>30</sup> Attenuavit, minuit calamitas exsilii. <sup>31</sup> Scil. divites divites. <sup>32</sup> Carmine, quæ meæ sunt opes. *Appositio*. <sup>33</sup> Verbis gratus sum. <sup>34</sup> Sed ille abunde gratus est, qui dat, quam maxima potuit dare. <sup>35</sup> Functus est suo officio, quod debuit, præstitit. <sup>36</sup> Thuribulo, id est, qui parvi pretii obtulit sacrificium. <sup>37</sup> Idem valent apud Deos, æque bene accipiuntur. <sup>38</sup> Redi ad El. 4. <sup>39</sup> Aram Jovis. <sup>40</sup> Sanguine suo tingit, mactatur Jovi Capitolino. <sup>41</sup> Grato animo, verbis declarato. <sup>42</sup> Brevi tempore intereat. <sup>43</sup> Horat. Dignum laude virum Musa vetat mori, *vivax sit virtus*, id est, perpetuo durat, & immortalis est. <sup>44</sup> A posteritate celebratur. <sup>45</sup> Corruptionem inferens. Met. XV. <sup>46</sup> Nulla res firmior est, quam tempus, quod omnia consumit. Hor. l. 3. Od. 6. nost. edit. p. 161. n. 70. <sup>47</sup> Durant omni tempore, perferunt vetustatem, vid. Horat. IV. Od. 8. & 9. Amor. I. el. 15. <sup>48</sup> Homeri scriptis. Sup. I. 7. 23. <sup>49</sup> Agamemnonem, & Græcos. <sup>50</sup> Una cum eo contra Trojanos.



Quis Thebas, <sup>51</sup> septemque duces sine carmine nosset,  
 Et quidquid post hæc, quidquid & ante fuit?

Dî quoque carminibus (si fas est dicere) <sup>52</sup> fiunt; 51

Tantaque <sup>53</sup> majestas ore <sup>54</sup> canentis eger.

Sic <sup>55</sup> Chaos, <sup>56</sup> ex illâ naturæ mole prioris,

<sup>57</sup> Digestum partes scimus habere suas;

Sic <sup>58</sup> affectantes cœlestia regna <sup>59</sup> Gigantes,

Ad Stygæ <sup>60</sup> nimbifero <sup>61</sup> vindicis igne <sup>62</sup> datos. 60

Sic victor laudem superatis <sup>63</sup> Liber ab Indis,

<sup>64</sup> Alcides captâ <sup>65</sup> traxit ab <sup>66</sup> Oechaliâ.

Et modo, <sup>67</sup> Cæsar, <sup>68</sup> avum, quem virtus addidit  
<sup>69</sup> astris,

Sacrarunt aliquâ carmina <sup>70</sup> parte tuum.

Si quid adhuc igitur <sup>71</sup> vivi, Germanice, nostro 65

Restat in ingenio, serviet omne tibi.

Non potes officium vatis contemnere <sup>72</sup> vates:

Judicio pretium res <sup>73</sup> habet ista tuo.

<sup>74</sup> Quod nisi te nomen tantum <sup>75</sup> ad majora vocasset,

Gloria Piëridum summa <sup>76</sup> futurus eras. 70

Sed dare <sup>77</sup> materiam nobis, quam carmina, mavis:

Nec tamen ex toto deserere illa <sup>78</sup> potes.

<sup>51</sup> Thebæ, urbs Bœotiæ princeps, habuit septem portas, quæ singulæ ab Argivorum singulis ducibus oppugnabantur. Vid. Statium. <sup>52</sup> Etiam Dî noti fiunt hominibus per carmina, tanquam meriti honores divinos. Faciunt Poëtæ Deos, dum posteris produnt carminibus suis, quosdam divinos honores esse meritos. <sup>35</sup> Divina. <sup>54</sup> Poëta. <sup>55</sup> Poëtarum ope. <sup>56</sup> Noster Metam. I. 5. seq. <sup>57</sup> Redactum in ordinem, & partes. <sup>58</sup> Scil. discimus. <sup>59</sup> Metam. I. 151. <sup>60</sup> Nimbo secum ferente. <sup>61</sup> Jovis. <sup>62</sup> Deiectos. <sup>63</sup> Bacchus. Vid. Diodor. Sicul. lib. 3. extr. <sup>64</sup> Hercules, qui ante nominatus est Alcides. <sup>65</sup> Consecutus est. <sup>66</sup> Eubœæ urbe, quam Her-

cules cepit bello propter negatam sibi Jolen, fil. Regis Euryti. <sup>67</sup> Germanice Cæsar. <sup>68</sup> Augustum. <sup>69</sup> Diis, qui propter virtutem honoribus divinis afficitur. <sup>70</sup> Carmina mea consecrarunt, seu retulerunt in Deorum numerum. <sup>71</sup> Vigoris, facultatis. <sup>72</sup> Tu Germanice Poëta & ipse. Scripsit enim Comœdias Græcas, & Phænomena, ac Prognostica Aratæ, quorum hæc edidit nuper Cel. Schwartzius, Prof. Coburg. <sup>73</sup> Poësis nobile est studiorum genus, ut tu judicas, qui excolis. <sup>74</sup> Nam fama virtutum tuarum. <sup>75</sup> Cæsar eum numen. <sup>76</sup> Maximus Poëta. <sup>77</sup> Materiam scribendi. <sup>78</sup> Carmina, Poëseos studium.

Quod-



Nam modo bella geris , numeris modo verba <sup>79</sup> coër-  
ces,

Quodque aliis opus <sup>80</sup> est , hoc tibi ludus erit.  
Utque nec ad <sup>81</sup> citharam , nec ad arcum segnis Apol-  
lo est, 75

Sed venit ad sacras nervus <sup>82</sup> uterque manus;  
Sic tibi nec <sup>83</sup> docti , nec desunt principis artes:

Mista sed est animo cum <sup>84</sup> Jove Musa tuo.  
<sup>85</sup> Quæ quoniam nec nos undâ submovit ab <sup>86</sup> illâ,  
Ungula <sup>87</sup> Gorgonei quam cava fecit equi; 80

Prosit , <sup>88</sup> opemque ferat , communia <sup>89</sup> sacra tueri ,

Atque isdem studiis <sup>90</sup> imposuisse manum;  
Litora <sup>91</sup> pellitis nimium <sup>92</sup> subjecta <sup>93</sup> Corallis,

Ut tandem sævos <sup>94</sup> effugiamque Getas:

<sup>95</sup> Clausaque si misero patria est , ut ponar in ullo, 85

Qui <sup>96</sup> minus Ausoniâ distet ab <sup>97</sup> Urbe , loco.

Unde tuas possim laudes celebrare <sup>98</sup> recentes ,

Magnaque quàm <sup>99</sup> minimâ facta referre morâ.

<sup>100</sup> Tangat ut hoc votum coelestia , care Suilli ,

\* Numina pro socero \*\* pæne precare tuo. 90

<sup>79</sup> Scribis versus. <sup>80</sup> Labo-  
riusum , difficile. <sup>81</sup> Namque  
& Musices , & sagittandi artis  
peritissimus fuisse Apollo scri-  
bitur. <sup>82</sup> Nempe Citharæ , &  
arcus. <sup>83</sup> Docti hominis. <sup>84</sup> Ar-  
re imperandi. Jupiter enim Rex  
hominumque , Deûmque. <sup>85</sup>  
Tua Musa. <sup>86</sup> Hipocrene. <sup>87</sup>  
Pegasi , qui natus esse dicitur  
è collo Gorgonis , Medusæ am-  
putato. <sup>88</sup> Mihi scilicet. <sup>89</sup> Stu-  
dia eadem , quæ Germanicus  
colere. <sup>90</sup> Operam navasse.

<sup>91</sup> Indutis pellibus. <sup>92</sup> Vicina,  
obnoxia , infestata. <sup>93</sup> Vide  
sup. eleg. 2. 37. <sup>94</sup> Ab iis trans-  
ferar in alium locum. <sup>95</sup> Inter-  
dicta. <sup>96</sup> Propius abest. <sup>97</sup> Ro-  
ma. <sup>98</sup> Ubi citius intelligam  
facta tua , eaque celebrem re-  
centia adhuc , quod in Ponto,  
dissito nimis loco , fieri non po-  
test. <sup>99</sup> Quam citissime. <sup>100</sup>  
Jam oratio ad Suillum redit,  
ut recte observat Cel. Verpor-  
tennius. \* Cæsares. \*\* Virrica  
tuæ uxoris. Redi ad n. 10. & 11.





## EPISTOLA IX.

## GRÆCINO.

## ARGUMENTUM.

*F*actus certior Poëta, quod Græcinus Consul designatus sit, dolet, quod absit, nec possit letitiam conceptam coram exponere, fruique spectaculis: quare quum aliter nequeat, jubet hanc epistolam partes suas abire. Deinde eum rogat, ut pro se precetur, ac redditum impetret. Postremo dicit, se non minus gaudere, quod illi in consulatu successurus sit ejus frater: quos ambos precatur, ut sibi opem ferant, exponens exsili sui incommoda.

**U**Nde<sup>2</sup> licet, non unde<sup>3</sup> juvar, Græcine, salutem  
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis.  
Missaque Di faciant, Auroram<sup>4</sup> occurrat ad illam,  
Bis senos<sup>5</sup> faces quæ tibi prima dabit;  
Ut, quoniam sine me tanges Capitolia Consul,  
Et fian<sup>6</sup> turbæ<sup>6</sup> pars ego nulla tuæ,  
In domini<sup>7</sup> subeat partes, & præstet amici  
Officium<sup>8</sup> jussu littera nostra die.  
Atque ego si fatis genitus melioribus essem,  
Et mea<sup>9</sup> sincero curreret axe rota;  
Quo nunc nostra manus per scriptum fungitur, esset  
Lingua salutandi munere functa<sup>10</sup> tui.  
Gratusque<sup>11</sup> darem cum dulcibus oscula verbis;  
Nec minus ille<sup>12</sup> meus, quam tuus, esset honor.  
Illâ (confiteor) sic essem luce superbus,  
Ut caperet fastus vix domus ulla meos.  
Dumque latus sancti cingit tibi turba Senatûs,

Eleg. IX. <sup>2</sup> Ab Euxinis vadis, unde, reliqua. <sup>3</sup> Volupe est, delectat. <sup>4</sup> Reddatur tibi eo die. <sup>5</sup> Duodecim fasces, qui Coss. præferebantur. Cæterum dies, qua Græcinus consulatum suscepit non. Kal. Januar. erat, quia Pomponius Græcinus in posteriori tantum anni partem Consul Scribonio Liboni successus fuit. Vid. Massonum in Vita nostr. p. 222 & 223. <sup>6</sup> Quæ te comitabitur. <sup>7</sup> Præstet meas, auctoris sui, partes. <sup>8</sup> Quo jussa est die. <sup>9</sup> Illæso, si fortuna mea prospera esset, ac pede inoffenso quâ progrediretur. <sup>10</sup> Te salutandi munere. <sup>11</sup> Tibi, honore consulatus. <sup>12</sup> Ille consulatus tui honos.

Con-



Consulis ante <sup>13</sup> pedes ire viderer Eques.  
 Et quamquam cuperem semper tibi proximus esse,  
 Gauderem <sup>14</sup> lateri non hubuisse locum. 20  
 Nec querulus, <sup>15</sup> turba quamvis eliderer, essem;  
 Sed foret à populo tum mihi dulce premi.  
 Prospicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,  
 Densaque quàm longum turba teneret iter.  
 (Quoque magis nôris, quàm me <sup>16</sup> vulgaria <sup>17</sup> tan-  
 gant,  
 Spectarem, quâlis purpura te <sup>18</sup> tegeret.)  
<sup>19</sup> Signa quoque in sellâ <sup>20</sup> nossem formata <sup>21</sup> curuli;  
 Et totum <sup>22</sup> Numidæ sculptile <sup>23</sup> dentis opus,  
 At cum Tarpejas esses deductus in arces,  
 Dum caderet jussu victima sacra tuo; 30  
 Me quoque secreto grates sibi magnus agentem  
 Audisset, mediâ qui sedet æde, <sup>24</sup> Deus.  
 Thûraque <sup>25</sup> mente magis plenâ quam lance, dedissem;  
 Ter quater <sup>26</sup> imperii latus honore tui. 35  
 Hic ego præsentem inter numerarer amicos,  
 Mitia <sup>27</sup> jus Urbis si modo fata darent.  
 Quæque mihi solâ capitur nunc mente voluptas,  
 Tunc oculis etiam percipienda foret.  
 Non ita Coelitibus <sup>28</sup> visum est, & forsitan <sup>29</sup> æquis;  
 Nam quid me poenæ <sup>30</sup> causa negata juvet? 40  
 Mente tamen, quæ sola <sup>31</sup> loco non exsulat, utar;  
 Prætextam, fascès adspiciamque tuos.  
<sup>42</sup> Hæc modò te populo reddentem jura videbit;

<sup>13</sup> Ante te, te præcederem cum cæteris equitibus: nam equites in ea pompa ante Consules ibant, Senatus vero Coss. ducebatur. <sup>14</sup> Ad laurus tuum, ad quod irent majoris conditionis viri. <sup>15</sup> Premere. <sup>16</sup> Vulgo in primis grata. <sup>17</sup> Delectent. <sup>18</sup> Quali purpura sis indutus. <sup>19</sup> Sculpturam, & ornamenta. <sup>20</sup> Spectarem, considerarem. <sup>21</sup> Quæ currui imposita erat. <sup>22</sup> Elephantini, ex Numidia advecti. <sup>23</sup> Sculpturam in ebore factam. <sup>24</sup> Capitulinus Jupiter. <sup>25</sup> Thura dedissem quidem, plena lance, sed mente tamen, id est, animi affectu, magis plena, seu majore affectu animi, quam thuris copia. <sup>26</sup> Consulatus. <sup>27</sup> Potestatem Romæ vivendi. <sup>28</sup> Platibus. <sup>29</sup> Justis in me Cæsari. <sup>30</sup> Quid prosit mihi dicere, causam nullam fuisse poenæ. <sup>31</sup> Roma. <sup>32</sup> Mens mea.



Et se secretis finget adesse locis.

Nunc longi reditus <sup>33</sup> hasræ supponere lustris

Cernet, & <sup>34</sup> exactâ cuncta locare fide:

Nunc facere in medio facundum verba Senatu,

Publica quærentem quid <sup>35</sup> petat utilitas:

Nunc, pro Cæsaribus, Superis decernere <sup>36</sup> grates;

Albave <sup>37</sup> opimorum colla ferire boum.

Atque utinam, cum jam fueris potiora precatus,

Ut mihi placetur numinis <sup>38</sup> ira, roges!

Surgat ad hanc vocem plenâ pius ignis ab arâ,

Detque bonum voto <sup>39</sup> lucidus omen apex.

Interea, qua parte licet, ne cuncta <sup>40</sup> queramur,

Hic quoque te festum <sup>41</sup> Consule tempus agam.

Altera lætitiæ, nec cedens causa priori:

Successor tanti frater honoris erit;

Nam tibi finitum <sup>42</sup> summo, Græcine, Decembri

Imperium, <sup>43</sup> Jani suscipit ille die.

Quæque est in vobis <sup>44</sup> pietas, alterna feretis

Gaudia, tu fratris <sup>45</sup> fascibus, ille tuis.

Sic tu bis fueris Consul, bis Consul & ille;

Inque domo <sup>46</sup> binus conspicietur honor.

Qui quamquam est ingens, & nullum Martia sum-

mo

Altius imperium Consule Roma videt;

Multiplicat tamen hunc <sup>47</sup> gravitas auctoris honorem,

Et <sup>48</sup> majestatem res data dantis habet.

Judiciis igitur, liceat <sup>49</sup> Flaccoque, tibique,

Talibus <sup>50</sup> Augusti tempus in omne frui.

Ut tamen à rerum curâ <sup>51</sup> propiore vacabit; <sup>52</sup>

<sup>33</sup> Quinquennalia vestigalia  
auctione publica locare. <sup>34</sup> Sum-  
ma fide. <sup>35</sup> Requirit, postu-  
let. <sup>36</sup> Facienda pro Cæsarium  
salute sacra votiva, in quibus  
solebant albas hostias immola-  
re, ut patet etiam ex el. 4. 31.  
hujus libri. <sup>37</sup> Pinguum, opi-  
mæ enim hostiæ dicuntur præ-  
cipue pingues. Vid. Festum. <sup>38</sup>  
Cæsaris. <sup>39</sup> Emicans flamma.  
<sup>40</sup> Ne tantum querar, ne ad

omnia mœstus sim, & querulus.  
<sup>41</sup> Quo festo die tu Cos. eris.  
<sup>42</sup> Exeunte, extremo. <sup>43</sup> Kal-  
endis Januariis. <sup>44</sup> Pro vestro  
amore prorsus fraterno. <sup>45</sup> Con-  
sularu. <sup>46</sup> Continuatus in fre-  
quentem annum. <sup>47</sup> Tiberii Im-  
peratoris auctoritas. <sup>48</sup> Digni-  
tatem. <sup>49</sup> Tuo fratri. <sup>50</sup> Ti-  
berii. <sup>51</sup> Majori. <sup>52</sup> Vobis sci-  
licet. quum eritis vacui.

Y

Vo-



Vota, precor, votis addite vestra meis.  
 Et, si quem dabit aura <sup>53</sup> sinum, <sup>54</sup> laxate rudentes;  
<sup>55</sup> Exeat è Stygiis ut mea navis aquis.  
 Præfuit his, Græcine, locis <sup>56</sup> modo Flaccus; & illo <sup>75</sup>  
 Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.  
 Hic tenuit <sup>57</sup> Mysas gentes in pace fideli,  
 Hic arcu fisos <sup>58</sup> terruit ense Getas,  
 Hic captam <sup>59</sup> Trosmin celeri virtute recepit,  
 Infecitque <sup>60</sup> fero sanguine Danubium. <sup>80</sup>  
<sup>61</sup> Quære loci faciem, Scythicique incommoda cœli;  
 Et quam vicino terrear hoste, roga:  
 Sintne <sup>62</sup> litæ tenues serpentis <sup>63</sup> felle sagittæ,  
 Fiat an humanum <sup>64</sup> victima dira caput;  
<sup>65</sup> Mentiar, an <sup>66</sup> coëat duratus <sup>67</sup> frigore Pontus; <sup>85</sup>  
 Et <sup>68</sup> teneat glacies jugera multa freti.  
 Hæc ubi narravit, quæ sit mea <sup>69</sup> fama, require;  
 Quoque modo peragam tempora <sup>70</sup> dura, roga.  
 Nec sumus hîc odio, nec scilicet esse meremur;  
 Nec cum Fortuna mens quoque <sup>71</sup> versa meâ est. <sup>90</sup>  
 Illa <sup>72</sup> quies animo, quam tu laudare solebas,  
 Ille vetus solito perstat in ore pudor.  
 Sic ego sum longe, sic hic, ubi barbarus hostis,  
 Ut fera plus valeant legibus arma, <sup>73</sup> facit;  
 Rem queat ut nullam tot jam, Græcine, per annos <sup>95</sup>  
 Femina de nobis, virve, puerve queri.  
 Hoc facit, ut misero faveant, adsintque Tomitæ;  
 Hæc quoniam tellus <sup>74</sup> testificanda mihi est.

<sup>53</sup> Si secundus ventus vela inspirabit, ut *sinum dent*, seu incurventur. <sup>54</sup> Vento permittite vela, remittendo velorum funes, hoc est, omni modo, viribusque cunctis pro me este solliciti. <sup>55</sup> Malis meis, exsilio ut liberer. <sup>56</sup> Breve ante tempus. <sup>57</sup> Mysiæ, Provinciæ à Pannonia usque ad Pontum extensæ. <sup>58</sup> Qui confidunt arcu, & sagittis. <sup>59</sup> Trosmin est oppidum Mysiæ ad Istrum, quod interceperant barbari, bello forte à Bocrebita Geta moto. Vid. Strabó 1. VII.

<sup>60</sup> Barbaro. <sup>61</sup> Ex Flacco frat. <sup>62</sup> Infectæ, illitæ. <sup>63</sup> Venero. <sup>64</sup> Homines mactentur pro victimis. Mela II. 1. 80. p. 40. edit. Gronovianæ. <sup>65</sup> An Mentiar, an. <sup>66</sup> Congelet. <sup>67</sup> Constrictus glacie. <sup>68</sup> Occupet magnum maris tractum. <sup>69</sup> Quid dicatur hic de me ab hominibus. <sup>70</sup> Molestissima. <sup>71</sup> Pejor facta, ut est fortunæ meæ conditio. <sup>72</sup> Æquitas animi. <sup>73</sup> Ubi barbarus hostis facit, ut, *cætera*. <sup>74</sup> Advocanda in testimonium.



Illi me, quia velle vident, discedere malunt;  
 Respectu <sup>75</sup> cupiunt hic tamen esse sui. 100  
 Nec mihi <sup>76</sup> credideris: exstant decreta, quibus nos  
 Laudat, & immunes <sup>77</sup> publica cera facit.  
 Conveniens miseris hæc quamquam <sup>78</sup> gloria non est,  
 Proxima dant nobis oppida <sup>79</sup> munus idem.  
 Nec <sup>80</sup> pietas ignota mea est: videt hospita tellus 105  
 In nostrâ <sup>81</sup> sacrum Cæsaris esse domo.  
 Stant pariter <sup>82</sup> natusque pius, <sup>83</sup> conjuxque sacerdos,  
 Numina jam facto non leviora <sup>84</sup> Deo.  
 Neu desit pars ulla domûs, stat uterque nepotum:  
<sup>85</sup> Hic aviæ lateri proximus, <sup>86</sup> ille <sup>87</sup> patris. 110  
 His ego do toties cum thure <sup>88</sup> precantia verba,  
<sup>89</sup> Eô quoties surgit ab orbe dies.  
 Tota, licet quæras, hoc me non fingere dicet  
 Officii testis <sup>90</sup> Pontica terra mei.  
 Pontica me tellus, quantis hac possumus orâ, 115  
 Natalem <sup>91</sup> ludis scit celebrare <sup>92</sup> Dei.  
 Nec minus hospitibus pietas est cognita talis,  
 Misit in has si quos <sup>93</sup> longa Propontis aquas.  
 Is quoque, quo <sup>94</sup> lævus fuerat sub præside Pontus,  
 Audierit frater forsitan ista tuus. 120  
 Fortuna est impar animo, talique libenter  
 Exiguas <sup>95</sup> carpo <sup>96</sup> munere pauper opes.

<sup>75</sup> Me tamen cupiunt hic esse, si respiciunt amorem erga me suum, quo dignus ipsis videor. <sup>76</sup> Tantum crede. <sup>77</sup> Publicæ tabulæ Tomitarum. <sup>78</sup> Quamquam miseros gloriari sic non decet. <sup>79</sup> Immunitatem ab oneribus, & tributis. <sup>80</sup> Erga Cæsaream domum. <sup>81</sup> Sacra fieri Augusto Deorum numero adscripto. <sup>82</sup> Imago Tibertii. <sup>83</sup> Livia, post obitum Augusti ipsi constituta sacerdos. <sup>84</sup> Augusto, jam inter Deos relato. <sup>85</sup> Imago Germanici ad Livie latus. <sup>86</sup> Drusi. <sup>87</sup> Imago. <sup>88</sup> Ad latus Tibertii. <sup>89</sup> Eos precor. <sup>90</sup> Quo-  
 ties illucescit dies. <sup>91</sup> Ponti incolæ testabuntur de officio, id est, pietate mea erga domum Augustam. <sup>92</sup> Equestribus, nam equites Romani natalem Augusti sponte, atque consensu biduo semper ludis equestribus celebrare instituerunt. Vide Sueton. Augusto, c. 37. <sup>93</sup> Augusti. <sup>94</sup> Porrecta in longum. <sup>95</sup> Id est, Flaccus, qui Præses erat lævi litoris maris Pontici, seu Mæsiæ. <sup>96</sup> Libenter decerpo aliquid ex opibus meis. <sup>97</sup> Tale in munus libenter pro tenuitate mea aliquid impendo.

Y 2

Nec



Nec vestris damus hæc <sup>97</sup> oculis, procul Urbe remotis;  
Contenti tacitâ sed pietate sumus.

Et tamen hæc tangent <sup>98</sup> aliquando Cæsaris aures. 125  
Nil illum, toto quod fit in orbe, latet.

Tu, certè scis hoc, Superis <sup>99</sup> adscite, videsque,  
Cæsar, <sup>100</sup> ut est oculis subdita terra tuis.

Tu nostras audis inter <sup>1</sup> convexa locatus  
Sidera, sollicito quas damus ore, preces. 130

Perveniant <sup>2</sup> istuc & carmina forsitan illa,  
Quæ de te misi <sup>3</sup> cœlite facta novo.

Auguror his igitur flecti tua numina, nec tu  
Immerito nomen mite <sup>4</sup> Parentis habes.

<sup>97</sup> Non facio hoc ut conspiciar à vobis, laudeturque; sive vos non spectatis ludos hos meos, utpote vobis remotissimi. <sup>98</sup> Perveniant ad aures Cæsaris. <sup>99</sup> Augustum alloquitur ἀποτρεφῆ. <sup>100</sup> Prout quia, subjecta est terra hæc tuis oculis, quam aspiciis infra te positam. <sup>1</sup> In cœlo convexo. <sup>2</sup> Forsan & poterunt audiri in cœlo. <sup>3</sup> De te, qui recens in numerum Deorum es relatus. ἀποδιδύμενα Græci vocant. <sup>4</sup> Patriæ patris, quod Augustus habebat. Vid. Sueton. August. c. 58. & nost. Tristium Il. 181.

## EPISTOLA X. ALBINOVANO.

### A R G U M E N T U M.

*Ad* Pedonem Albinovanum amicum, & Postum scribens Ovidius, tempus exprimit, quo ipse in Ponticâ ora vitam egerit inter Getas pellitos: malaque sua, quæ commemorat, malis Ulyssis majora esse colligit. Postremo illum rogat, ut fidem sibi servet in adversis, imiteturque Theseum, cujus gesta ipse carmine complectebatur.

**H**IC mihi <sup>2</sup> Cimmerio bis tertia ducitur æstas  
Litore, pelliros inter agenda Getas.  
Ecquos tu <sup>3</sup> silices, ecquod, carissime, ferrum  
Duritiæ confers, Albinovane, meæ?

Eleg. X. <sup>2</sup> In Ponto; nam litus Ponticum etiam pertinebat ad Cimmericos, qui erat in Chersoneso Taurica. <sup>3</sup> Id est, non recte silices, & ferrum duritiæ meæ confers.

Cur-



4 Gutta cavat lapidem ; consumitur annulus usu ;  
Et teritur pressâ vomer aduncus humo.

Tempus edax igitur , præter nos , omnia perdit :

5 Cessat duritiâ mors quoque victa meâ.

Exemplum est animi nimium patientis Ulysses,

Jaçtatus dubio per duo 6 lustra mari :

Tempora 7 solliciti sed non tamen omnia fati

Pertulit ; & placidæ sæpe fuere 8 moræ.

An grave sex annis pulcrâ fovisse 9 Calypso,

10 Æquoreæque fuit 11 concubuisse Deæ?

12 Excipit 13 Hippotades , qui dat pro munere 14 ven-

tos,

Curvet ut impulsos 15 utilis aura 16 sinus.

Nec bene cantantes 17 labor est audisse puellas ;

Nec degustanti 18 Lotos amara fuit.

4 Plane convenit locus Lucre-

tii I. 312.

Quin etiam multis solis redeunti-

bus annis

Annulus in digito subtertenuatur

habendo :

Stillicid casus lapidem cavat ;

uncus aratri

Ferreus occulte decrescit vomer in

arvis.

5 Me non abripit ob duritiâ

meam , quæ summa est. 6 An-

nos decem. 7 Non omne tem-

pus sine intervallis à fatis ma-

lignis fuit pressus. 8 Intervalla

suaviora. 9 Deam marinam , fi-

liam Atlantis , quæ Ogygiam ha-

bitabat. Cum hac Ulysses in an-

num septimum se egisse dicit

apud Homerum Odyss. 7. 259.

10 Id est , Calypso. 11 Eam a-

masse , explicat præcedens fo-

visse. 12 Hospitio. 13 Æolus,

fil. Hippotæ. 14 In utrem inclu-

sos , Præter Zephyrum , quo se-

cundo cursu navigaret Ulysses.

Comites vero eum utrem solvé-

re , quum Ulysses dormiret , &

sic ligamina ventis dempserunt.

Vid. Homer. Odyss. 10. 19. Nos-

ter Metam. XIV. 223. sequent.

15 Zephyrus. 16 Vela impellat

ut curventur , & sinus faciant.

17 Sirenes , quæ narratur fuisse

puellæ in insula prope Siciliam

suavissimè cantantes , ita ut præ-

tereuntes ad se allicerent , & in-

terficerent. Ulysses ergo cum so-

ciis prætervectus est incolumis,

postquam seipsum ad malum al-

ligari jussisset , ne desilire in

mare posset , & cera sociorum

obturasse aures. 18 Nec eis,

qui de Loto comederunt , amara

fuit herba illa. Nam *λωλοτο μέ-*

*λινδία κάρπον* appellat Home-

rus. Hujus herbæ , seu arboris,

in Africa nascentis , dulcedine

capti advenæ patriæ oblivisci

posse traduntur. Socii etiam al-

qui Ulyssis , qui de Loto comederant , ad naves , nisi verberibus

coacti , noluerunt redire. Vide

Homer. Odyss. 9. 31. Nost. Me-

tam. IX. Erasam. Chiliad. ubi pro-

verbium , *lotum gustasti* expo-

nit , & Plin. XIII. 17. Lucian.

Y 3

Hos



Hos ego, qui patriæ faciant oblivia, <sup>19</sup> succos  
 Parte <sup>20</sup> meæ vitæ, si modo dentur, emam. 20  
 Nec tu contuleris urbem <sup>21</sup> Læstrigonis unquam  
 Gentibus, obliquâ <sup>22</sup> quas obit Ister aquâ.  
 Nec vincet sævum <sup>23</sup> Cyclops feritate <sup>24</sup> Phyacen,  
 Qui <sup>25</sup> quora terroris pars solet esse mei!  
<sup>26</sup> Scylla feris <sup>27</sup> trunco quod latrat ab inguine mons-  
 tris, 25  
<sup>28</sup> Heniochæ nautis plus nocuere rates.  
 Nec potes infestis conferre <sup>29</sup> Carybdin <sup>30</sup> Achæis;  
 Ter licet epotet, ter vomat illa fretum.  
<sup>31</sup> Qui quamquam <sup>32</sup> dextrâ regione licentius errant,  
 Securum <sup>33</sup> latus hoc non tamen esse sinunt. 30  
 Hic ager <sup>34</sup> infrondis, hic spicula tincta venenis,  
 Hic freta vel <sup>35</sup> pedici pervia reddit hyems.  
 Ut qua <sup>36</sup> remus iter pulsus modo fecerat undis,  
<sup>37</sup> Siccus contemptâ <sup>38</sup> nave viator eat.  
 Qui veniunt <sup>39</sup> istinc, vix vos ea credere dicunt: 35  
 Quàm miser est, qui fert <sup>40</sup> asperiora fide!  
 Crede tamen; nec te causas nescire sinemus,  
<sup>41</sup> Horrida Sarmaticum cur mare <sup>42</sup> duret hyems.

<sup>19</sup> Succum è fructu *Loti* expres-  
 sum. *Hisp. Almez*, seu *Covoni-  
 lla*. <sup>20</sup> Hoc tempore, quo sum  
 in exsilio. <sup>21</sup> Læstrigonum, seu  
 Antiphata, Læstrygonum in Ita-  
 lia Regis. *Sup. II. 2. 116.* <sup>22</sup> Fle-  
 xo amnis cursu. <sup>23</sup> Polyphæ-  
 mus, de quo Euripid. *Cycl. &  
 Homer. Odys.* <sup>24</sup> Regem forte  
 Getarum, Scytharumve. <sup>25</sup> Id  
 est, qui terrorum meorum pars  
 parva est, qui non tanto me  
 opere terret, quanto alia com-  
 plura. <sup>26</sup> *Sup. III. 1. 122.* *Virg.*  
*Aeneid. 3. 420.* *Homer. Odys. 12.*  
<sup>27</sup> In inferiore corporis parte,  
 quæ in cetum desinebat. <sup>28</sup> *He-  
 niocha* rates sunt naves *Henio-  
 chorum*, ad Ponti Colchicum lit-  
 tus piraticum exercentium. Has  
 noster plus dicit damni inferre  
 nautis, quam Scyllam aut Cha-

rybdin. <sup>29</sup> Mulier à Jove con-  
 versa in marinum Monstrum,  
 quod ter sorbebat mare quovis  
 die, ter exomebat; seu potius  
 vorago verticosa in mari, quæ  
 naves demergit. *Vid. nost. Me-  
 tam. VII. 64.* <sup>30</sup> Achæi gentes  
 Asiæ ad Colchicum ponti litus  
 immanissimæ. <sup>31</sup> Achæi. <sup>32</sup> In  
 Asiatica ora. <sup>33</sup> Levam regio-  
 nem Ponti, in qua ego sum.  
<sup>34</sup> Nec gramine, nec arboribus  
 viridis. <sup>35</sup> Ei, qui pedibus ea  
 velit perambulare. <sup>36</sup> Qua par-  
 te maris. <sup>37</sup> Pedibus siccis.  
<sup>38</sup> Ita ut navem in auxilium non  
 adhibuerit. <sup>39</sup> Roma. <sup>40</sup> Gra-  
 viora, majora quam possunt cre-  
 di. <sup>41</sup> Dura inclementia hyemis.  
<sup>42</sup> Tam durum reddat, ut pe-  
 dibus calcari queat.

Pro-



Proxima sunt nobis <sup>43</sup> plaustri præbentia formam,  
Et quæ præcipuum sidera frigus <sup>44</sup> habent. 40

Hinc oritur Boreas, oræque domesticus <sup>45</sup> huic est,  
Et sumit vires <sup>46</sup> à propiore loco.

At Notus, <sup>47</sup> adverso tepidus qui spirat ab axe,  
Et procul, & rarus, languidiorque venit.

Adde quod hîc <sup>48</sup> clauso miscentur flumina Ponto, 45  
Vimque fretum multo perdit ab <sup>49</sup> amne <sup>50</sup> suam.

Huc <sup>51</sup> Lycus, huc <sup>52</sup> Sagaris, <sup>53</sup> Peniusque, <sup>54</sup> Hypa-  
nisque, <sup>55</sup> Cratesque

Influit, & crebro vortice tortus <sup>56</sup> Halys:

<sup>57</sup> Parthenisque <sup>58</sup> rapax, & volvens saxa <sup>59</sup> Cyna-  
pes

Labitur, & nullo tardior amne <sup>60</sup> Tyras. 50

Et tu <sup>61</sup> femineæ Thermodum cognite turmæ:

Et quondam Grajis <sup>62</sup> Phasi petite viris.

Cumque <sup>63</sup> Borysthenio liquidissimus amne <sup>64</sup> Dyra-  
pes,

Et tacite peragens lene <sup>65</sup> Melanthus iter.

Quique duas terras, Asiam <sup>66</sup> Cadmique sororem 55  
Separat, & cursus inter utramque <sup>67</sup> facit.

<sup>43</sup> Ursa major, & minor, etiam  
plaustro dicta. <sup>44</sup> Efficiunt ma-  
ximum frigus. <sup>45</sup> Hic, hac in  
hora, quasi domi est. <sup>46</sup> Re-  
gione septentrionali. <sup>47</sup> Oppo-  
sita cæli plaga. <sup>48</sup> Litoribus,  
exitus angustos habenti. <sup>49</sup> A  
fluminibus, quæ in Pontum ef-  
funduntur. <sup>50</sup> Id est, conge-  
lat mare ob flumina, quæ in id  
influent. <sup>51</sup> Lycus hic forte in  
Armenia est, nam plures huius  
nominis fuerunt fluvii. <sup>52</sup> Hic  
fluvius in Phrygia ortus in Ma-  
ryandinorum finibus Ponto mis-  
cetur: *Sangarius* etiam, & *Co-  
rathos* dicitur. <sup>53</sup> Vid. Plin. II.  
104. <sup>54</sup> *Bag* hodie dicitur, Eu-  
ropæ Sarmatiæ fluvius, vicinus-  
que Boristheni. <sup>55</sup> *Heracleam*  
Ponti hic fluvius alluit. <sup>56</sup> Ori-  
tur à Tauri radicibus, & per

Cataoniam, Capadociamque cur-  
rit. <sup>57</sup> In Paphlagonia. <sup>58</sup> Ra-  
pido, & celeri cursu fluens. <sup>59</sup>  
*Verportennius* legere juvet *Ni-  
phates*, qui Armeniæ fluvius est,  
de quo Lucan. III. 245.

*Armeniusque tenens volentem  
saxa Niphatem.*

<sup>60</sup> Hodie *Dniester* dictus. <sup>61</sup> A-  
mazonum turbæ. Castra enim ha-  
rum fuere in campis Calybum in  
Ponto, ubi & *Thermodon*, hic  
& *Themiscyrum* urbs erat. <sup>62</sup>  
Colchidis fluv. quo navigarunt  
Argonautæ. <sup>63</sup> *Dni-per* hodie  
dicitur. <sup>64</sup> Hic quis sit, puto  
non sciri satis. <sup>65</sup> *Melanthium*  
flumen Plinio dicitur H. N. VI. 44.  
<sup>66</sup> Cadmi Soror *Europa* erat.  
<sup>67</sup> Hoc est, *Tanais* fluv. hic e-  
nim ab *Europa* separat *Asiam*.



Innumérique alii, quos inter maximus omnes

Cedere Danubio se tibi, Nile, negat.

Copia tot<sup>68</sup> laticum, quas auger, <sup>69</sup> adulterat undas:

Nec patitur vires æquor habere suas.

60

Quin etiam stagno similis, pigræque paludi,

Cæruleus vix est, diluiturque color,

Innatat unda freto dulcis, leviorque marina est;

Quæ<sup>70</sup> proprium mixto<sup>71</sup> de sale pondus habet.

Si roget hæc aliquis cur sint<sup>72</sup> narrata Pedoni,

65

Quidve loqui certis juverit ista<sup>73</sup> modis;

Detinui, dicam, tempus, curasque fefelli.

Hunc fructum præsens attulit hora mihi.

Absumimus<sup>74</sup> solito, dum scribimus ista, dolori:

In mediis nec nos sensimus esse Getis.

70

At tu,<sup>75</sup> non dubito, cum carmine Thesea laudes,

<sup>76</sup> Materiam titulos quin tueare tuæ;

<sup>77</sup> Quemque refers, imitare virum: verat ille profecto

<sup>78</sup> Tranquilli comitem temporis esse fidem.

Qui quamquam est factis ingens, & <sup>72</sup> conditur à

16

75

Vir tanto, quanto<sup>80</sup> debuit ore cani;

Est tamen ex lilo nobis imitabile quiddam,

Inque fide<sup>81</sup> Theseus quilibet esse potest.

Non tibi sunt hostes ferro, <sup>82</sup> clavaque domandi,

Per<sup>83</sup> quos vix ulli pervius Isthmos<sup>84</sup> erat;

80

Sed præstandus amor, res non<sup>85</sup> operosa volenti.

68 Aquarum. 69 Facit, ut marina aqua suam naturam non retineat. 70 Gravius quam aqua reliqua non marina. 71 Ob sallem mixtum. Causam affert Naso, quare Pontus congeletur. 72 A me. 73 Verbis in versus coactis. 74 Carni dolore consueto, dum scripsi ista. 75 Tu Pede Albinovane. 76 Quin fidem Thesei demonstres ipse etiam opere. 77 De quo scribis. 78 Ille docet, maximo adversis temporibus juvandos esse amicos. 79 Describitur, canitur. 80 Ita ut

grandiloquentia tua superet illius rerum gestarum magnitudinem. 81 Fide Thesea quisque potest imitari. 82 Ferream clavam gestavit Theseus ereptam occiso Periphete latroni, Vulcani filio. 83 Hi erant Simis Pityocampes, pinos incurvans, eisque dilacerans viatores, quique Isthmum inciderat, & Sciron, latro Megarensis. Vid. Apollodor. III. 15. 84 Augusta inter duo maria terra, in qua Corinthus. Vid. Plutarch. in Theseo. 85 Difficilis eis qui vult præstare.

Quis



Quis labor est puram non <sup>86</sup> temerasse fidem?  
 Hæc tibi, qui perstas <sup>87</sup> indeclinatus amico,  
 Non est, quòd linguâ dicta <sup>88</sup> querente putes.

<sup>86</sup> Violasse, seu violare fidem constans. <sup>88</sup> De te querente, ac nullus est labor. <sup>87</sup> Qui persistis si idem non præstes.

## EPISTOLA. XI. GALLIONI.

### ARGUMENTUM.

*Factus Poëta certior Gallionis amici litteris de obitu uxoris, primò dicit, nefas ducere non celebrare illum suis carminibus, quandoquidem illi casum suum lacrymis, & dolore semper prosecutus sit, quod iidem dicit se fecisse, audita uxoris ejus morte. Deinde exponit, minime audere eum consolari, propterea quod ipse prudenter optime norit ea quæ sunt in eam rem ab auctoribus scripta; addique: fore, ut toto intervallo illo temporis, quo ejus litteras accepit, quoque ipse suas ad eum mitteret propter locorum distantiam, dolor ejus jam imminutus sit. Tertiam etiam rationem subiungit, cur nolit ullo consolationis genere uti, quod fortasse, alia ducta uxore, nova hujusmodi litteræ intempestivæ accederent.*

**G**allio, crimen erit vix excusabile nobis,  
 Tu quoque te nomen <sup>2</sup> non habuisse meo.  
 Tu quoque enim (memini), <sup>3</sup> cœlesti cuspidi factâ,  
 Fovisti <sup>4</sup> lacrymis vulnera nostra tuis.  
 Atque utinam, <sup>5</sup> rapti jacturâ læsus amici,  
 Sensissies ultra, <sup>6</sup> quod quererêre, nihil!  
 Non ita Dîs placuit, qui te spoliare pudicâ  
 Conjuge, crudeles, non <sup>7</sup> habuêre nefas.  
 Nuntia nam luctus mihi nuper epistola venit,  
 Lectaque cum lacrymis sunt tua <sup>8</sup> damna meis. 10  
 Sed neque prudentem solari stultior ausim,  
 Verbaque doctorum <sup>9</sup> nota referre tibi.

*Eleg. XI. 2 Te non nominatum, & celebratum fuisse in carminibus meis. 3 Nam tu quoque factò Augusti ictu, reliqua. 4 Lacrymas profudisti ob calamitatem exsilii mei, & eo solatio quasi quædam fomenta vulneribus meis adhibuisti. 5 Erepti tibi ac in Pontum abire jussi. 6 Ob quod. 7 Exsistimantur injustum esse. 8 Jactura uxoris. 9 Quæ jam nosti.*

Fi-



Finitumque tuum, si non <sup>10</sup> ratione, dolorem  
 Ipsâ jam pridem suspicor esse <sup>11</sup> morâ.  
 Dum tua pervênit, dum lit<sup>ra</sup> nostra recurrens <sup>15</sup>  
 Tot maria, ac terras permeat, annus abit.  
<sup>12</sup> Temporis officium, solatia dicere, certi est.  
 Dum dolor <sup>13</sup> in cursu est, dum petit <sup>14</sup> æger opem.  
 At cum longa dies sedavit <sup>15</sup> vulnera mentis,  
 Intempestive qui <sup>16</sup> fovet, illa <sup>17</sup> novat. <sup>20</sup>  
 Adde quod (atque utinam verum tibi venerit <sup>18</sup> omen!)  
 Conjugio felix jam potes <sup>19</sup> esse novo.

<sup>10</sup> Rationibus variis, quibus vult. Elegantem locum è Symmacho l. 100. Epist. adfert. Cel. Verportennius. Ita vero habet. Instaurant dolorem sera solatia, & ideo silentium præstare debemus, ne fortuna vulnera, quæ cicatricem processu temporis ducunt, *INTEMPESTIVE CONTRECTATA CRUDESCANT.* <sup>17</sup> Facit, ut recrudescat. <sup>18</sup> Utinam vere hæc scribam. <sup>19</sup> Jam potes duxisse aliam uxorem, antequam epistola mea ad te perveniat.

## EPISTOLA XII.

## TUTICANO.

## ARGUMENTUM.

*AD Tuticanum scribens Poëta, causam assignat, cur nullam ejus mentionem fecerit in libris suis. Deindè commemorat amicitiam, quæ sibi cum illo fuerit à puero semper arctissima. Postremò illum rogat, ut apud Principem tueatur partes suas.*

**Q**UO minus in nostris ponaris, amice, libellis,  
 Nominis efficitur <sup>2</sup> conditione tui.  
 At ego non alium priùs hoc <sup>3</sup> dignarer honore;  
<sup>4</sup> Est aliquis nostrum si modo carmen honos.

Eleg. XII. <sup>2</sup> Quod in versus cogi nequit, quum repugnet syllabarum quantitas. <sup>3</sup> Cuperem ut tu præ reliquis nominatus es- ses in libris meis. <sup>4</sup> Si modo legi in meis libris, honori alicui esse potest.

Lex



Lex <sup>5</sup> pedis officio, naturaque nominis obstant:

Quaque meos adeas, est via nulla, <sup>6</sup> modos.

Nam pudet in geminos ita nomen findere versus,

Desinat ut <sup>7</sup> prior <sup>8</sup> hoc, incipiatque <sup>9</sup> minor:

Et <sup>10</sup> pudeat, si te, qua syllaba parte <sup>11</sup> moratur,

Arctius appellem, Tuticanumque vocem.

Nec potes in versum <sup>13</sup> Tuticani more venire,

Fiat ut è longâ syllaba prima brevis.

Aut <sup>14</sup> producat, quæ nunc <sup>15</sup> correptius exit;

Et sit <sup>16</sup> porrectâ longa secunda morâ.

His ego si vitiis ausim corrumpere nomen,

Ridear, & merito <sup>17</sup> peccus habere neger.

Hæc mihi causa fuit dilati <sup>18</sup> muneris hujus,

<sup>19</sup> Quod meus, adjecto fœnore, reddet ager.

Teque canam quacumque <sup>20</sup> nota, tibi carmina mit-

tam,

Pæne mihi puero cognite pæne puer.

Perque tot annorum seriem, quot habemus uterque,

Non mihi, quàm fratri frater, amate minus.

Tu bonus hortator, tu duxque, comesque fuisti,

<sup>21</sup> Cum regerem tenerâ fræna novella manu.

Sæpe ego correxi sub te <sup>22</sup> censore libellos;

Sæpe tibi <sup>23</sup> admonitu facta litura meo est.

Dignam <sup>24</sup> Mæonijs <sup>25</sup> Phæacida condere <sup>26</sup> chartis

<sup>5</sup> Carminis lex, ejusque pedes non admittunt tuum nomen, & repugnant voluntati meæ officiosæ. <sup>6</sup> Versus. <sup>7</sup> Hexameter desinat syllaba *Tuti*. <sup>8</sup> Nominis tui parte. <sup>9</sup> Pentameter incipiat syllaba *canus*. <sup>10</sup> Et pudeat me omnino. <sup>11</sup> Id est, tertia. <sup>12</sup> Brevi syllaba, brevi mora efferendo syllabam natura porrectam. <sup>13</sup> Ita, ut te Tuticanum, priori syllaba brevi, vocem. <sup>14</sup> Ut producat, secundam syllabam. <sup>15</sup> Brevis est. <sup>16</sup> Quantitate producta. <sup>17</sup> Rationem. Stultus esse viderer, & ineptus. <sup>18</sup> Officii, quod tibi debui. <sup>19</sup> Allegoria, id est, quod officium tempore futuro com-

pensaturus sum. <sup>20</sup> Nomine. <sup>21</sup> Quum primum equestris artis ponerem tirocinia, vel me ad studia hæc applicarem. <sup>22</sup> Quum tu judicium mihi tuum de carminibus meis aperires. <sup>23</sup> Sæpe delevisti quod improbabam. <sup>24</sup> Facta, inquit, tibi litura est, admonitu meo, quum scriberes Phæacidem tuam. <sup>25</sup> Carmen de Phæacum delicata vita, Ulyssidis apud Alcinoem hospitio, ex Hom. Odiss. H. & O. <sup>26</sup> Equiparandam Homericis carminibus. *Mæonius* à patria Mæonius Homerus dicitur, & ejus carmina *Mæonia*, vel à *Mæonia*, regione Lydiæ.

Cum



Cum te Pierides perdocuere Deæ.  
 27 Hic tenor, hæc viridi concordia cœpta juventâ  
 Venit ad 28 albentes illabefacta comas. 30  
 Quæ nisi te moveant, duro tibi pectora ferro  
 Esse, vel 29 invicto clausa adamante, 30 putem.  
 31 Sed prius huic desint & bellum, & frigora terræ,  
 Invisus nobis quæ 32 duo Pontus habet;  
 Et repidus 33 Boreas, & sit præfigidus Auster, 35  
 Et possit 34 fatum mollius esse meum;  
 Quam tuam sint 35 lapso præcordia dura sodali.  
 Hic 36 cumulus nostris absit, abestque malis.  
 Tu modo per Superos, quorum certissimus ille 37 est,  
 Quo tuus assidue Principe crevit honor; 40  
 Effice, constanti profugum pietate tuendo,  
 Ne sperata 39 meam deserat aura ratem.  
 Quid mandem, quæris: 39 Peream, nisi dicere vix  
 40 est;  
 Si modo, qui 41 periit, ille perire potest.  
 Nec quid agam invenio, nec quid nolimve, velimve;  
 Nec satis utilitas 42 est mea nota mihi. 46  
 Crede mihi: miseros 43 prudentia prima relinquit:  
 Et sensus cum 44 re, consiliumque fugit.  
 Ipse, precor, quæras, qua sim tibi parte 45 juvandus,  
 Quoque viam facias ad me vota 46 vado. 50

27 Perpetuus amor ille. 28 Perduravit ad senectutem utriusque.  
 29 Invictus adamas, qui frangitur difficulter: adamas enim quasi adamastos est, indomitus, invictus. 30 Adynata notat, Poëtis solenni more. 31 Nempe bellum, & frigus. 32 Qui frigidus est sua natura. 33 Qui est repidus. 34 Mala mea, quod fieri non posse iudico. 35 Afflicto. 36 Absit hoc malum a meis calamitatibus, quæis jam premor, immo sat scio, abest, nec unquam erga me eris durus. 37 Vel Augustus, vel Tiberius. 38 Ne spes mihi desit, fore ut

mitiorem exilii locum nanciscar. 39 Jurandi forma. 40 Licet, possum vix dicere. 41 Respicit præcedens pericam. 42 Quid mihi prosit. 43 Mens aufertur primum miseris. Ex veteris Poëtæ senariis est apud Lycurgum Orat. contra Leocratem, quorum ea est sententia.

Iratus ad pœnam si quos trahit  
 Deus,  
 Auferre mentem talibus primum  
 solet.

44 Fortuna secunda. 45 Quo pacto. 46 Qua ratione omnium commodissima. Metaphora, a fluminis transitu.



## EPISTOLA XIII.

## C A R O.

## ARGUMENTUM.

*Ad amicum, nomine Carum, Poëta, & Casarum Præceptorem scribens, primo dicit, eum posse intelligere ex chartæ colore, & carminis structura, unde hæc epistola veniat; postea subdit, se carmen etiam composuisse lingua Getica in laudem Augusti, Livie, & ejus liberorum: postremo eum per amicitiam rogat, ut quum jam agatur sextus annus, quo exsulet, velit procurare, ut saltem in locum faciliorem traducatur.*

**O** Mihi non <sup>2</sup> dubios inter memorande sodales,  
Quique, quod es, id verè, *Care*, vocaris, <sup>3</sup> ave.  
Unde saluteris, <sup>4</sup> color hic tibi protinus index,

Et <sup>5</sup> structura mei carminis esse potes.

Non quia mirifica est, sed quod nec publica <sup>6</sup> certe:

Qualis enim cumque est, non latet <sup>7</sup> esse meam. <sup>6</sup>

Ipse quoque ut chartæ <sup>8</sup> titulum de fronte revellas,

<sup>9</sup> Quod sit opus, videor dicere posse, tuum.

Quamlibet <sup>10</sup> in multis possitus noscere libellis,

Perque observatas inveniëre notas. 10

Prodent auctorem <sup>11</sup> vires, quas Hercule dignas

Novimus, atque illi, quem <sup>12</sup> canis ipse, pares.

Et mea Musa potest, proprio deprensa <sup>13</sup> colore,

Insignis <sup>14</sup> vitiis forsitan esse suis.

Eleg. XIII. 2 Certos. 3 Salve. 4 Exponunt chartæ atrivæ, & squalentis contrectantium manibus, id est, tabellionum: Sed rectius interpreteris colorem nigrum, & lugubrem, indicem exsili. Trist. l. 1. 61.

Ut titulo careas, ipso noscere colore,

Dissimulare velit te licet esse meum.

5 Stilus, compositio, idea sermonis. 6 Quod, quia privatim ad amicum est scripta hæc epistola, non eo cultu est, quam libri mei publici juris facti. Petron. Arb. c. 3. quoniam sermo-

nem habes non publici saporis, ad quem locum Ovidii hæc verba adscripsit Cel. Burmannus, p. 14. 7 Non ignorari potest, eam meo deberi ingenio. 8 Quamvis titulum in chartæ tuæ, litterarum tuarum principio non ponam. 9 Vel hoc quod esse potest conjunctio, vel pronomen, ad opus relatum, quod omnino, quam illud, elegantius dicitur. 10 Inter scripta multorum quamvis tuo ponantur. 11 Ingenii scilicet. 12 De quo carmen composuisti, nempe Herculi. 13 Dicendi genere, & charactere. 14 Cognosci potest.

Tam



Tam mala <sup>15</sup> Thersiten prohibebat forma latère, 15  
 Quam <sup>16</sup> pulchrâ <sup>17</sup> Nireus conspiciendus erat.  
 Nec te mirari, si sint vitiosa, decebit  
 Carmina, quæ faciam pæne Poëta Getes.  
 Ah pudet! & Getico scripsi sermone libellum:  
 Structaque sunt <sup>18</sup> nostris barbara verba modis. 20  
 Et placui (gratare <sup>19</sup> mihi) cœpique Poëtæ  
 Inter inhumanos nomen habere Getas.  
 Materiam <sup>20</sup> quæris? laudes de Cæsare dixi;  
 Adjuta est <sup>21</sup> novitas numine nostra <sup>22</sup> Dei.  
 Nam <sup>23</sup> patris Augusti docui mortale fuisse 25  
 Corpus, in æthereas <sup>24</sup> numen abîsse domos:  
 Esse <sup>25</sup> parem virtute patri, qui fræna coactus  
 Sæpe recusati <sup>26</sup> ceperit imperii.  
 Esse <sup>27</sup> pudicarum te <sup>28</sup> Vestam, Livia, matrum,  
 Ambiguum nato <sup>29</sup> dignior, anne <sup>30</sup> viro. 30  
 Esse <sup>31</sup> duos juvenes, firma adjumenta <sup>32</sup> Parentis,  
 Qui dederint animi <sup>33</sup> pignora certa sui.  
 Hæc ubi non patriâ perlegi scripta <sup>34</sup> Camenâ,

15 Redi ad III. 9. 10. 16 Præstanti forma. 17 Vid. Homer. Iliad. 2. 639. qui pulcerrimum omnium Græcorum ad Trojam venisse, refert. Erat Charopi regis, & Aglaïæ, fil. ex Syme, inter Rhodum, & Chidum, insula. 18 Latino metro, & rhythmis sermone Getico versus scripsi. 19 Gratulare mihi. 20 Scire cupis ejus carminis quæ fuit materia, quod argumentum? 21 Scribendi genus novum. 22 Augusti apotheosi. 23 Ita pater Quirinus, Tiberius, Jupiter pater sæpe ab auctoribus probæ notæ dicitur. 24 Illud, quod divinum fuit, animam. 25 Tiberium, qui diu imperium recusavit, virtute parem esse Augusto. 26 Susceperit imperium. Metaph. Cæterum Sueton. videatur Tiberio c. 24. & Tacit. Ann. l. 9. 11.

seq. 27 Te, Livia, à matronis Vestæ instar coli. 28 De Vestâ vid. nostrum Fast. VI. 249. Lipsium pecul. Syntagmate de Vestâ, & Vestalibus. Nieup. Compend. Antiq. Rom. P. m. 210. ubi docet duas Vestas fuisse, alteram majorem, minorem alteram, illa terram, hac ignem significatum fuisse; virginemque dictam, quod ignis nihil gignat. 29 Tiberio. 30 Augusto. 31 Drusum, & Germanicum. 32 Scilicet docui, cecini. 33 Documenta fortitudinis, & virtutum. Germanicus nempe monstravit fortitudinem suam in bellis German. Drusus vero in compescendo seditiosos Pannonico exercitu. Lege Tacit. Ann. I. 24. 34 Musa, sermone Getico. Camenæ Musæ sunt quasi Camenæ, à canendo. Vid. Serv. ad Virgil. Ecl. III. 59.



<sup>35</sup> Venit & ad digitos ultima charta meos;  
 Et caput, & plenas omnes <sup>36</sup> movere pharetras,      35  
 Et longum Getico murmur in ore fuit.  
 Atque aliquis, <sup>37</sup> Scribas hæc cum de Cæsare, di-  
 xit,  
 Cæsaris imperio restituendus eras.  
 Ille quidem dixit, sed me jam, Care, nivali  
<sup>38</sup> Sexta relegatum bruma sub axe videt.      40  
 Carmina nil prosunt; nocuerunt <sup>39</sup> carmina quon-  
 dam,  
<sup>40</sup> Primaque tam miseræ causa fuere fugæ.  
 At tu per studii communia fœdera <sup>41</sup> sacri,  
 Per non vile tibi nomen <sup>42</sup> amicitiae;  
 Sic capto <sup>43</sup> Latiis <sup>44</sup> Germanicus hoste catenis,      45  
 Materiam <sup>45</sup> vestris afferat ingeniis;  
 Sic valeant <sup>46</sup> pueri, votum commune <sup>47</sup> Deo-  
 rum,  
 Quos laus <sup>48</sup> formandos est tibi magna datos;  
 Quanta potes <sup>49</sup> præbe nostræ momenta saluti:  
 Quæ nisi mutato <sup>50</sup> nulla futura loco est.      50

<sup>35</sup> Postquam librum evolvi us-  
 que ad ultimam paginam, Scy-  
 thisque perlegi. <sup>36</sup> Omnes Ge-  
 tæ nutu caput, & pharetra-  
 tum motu carmen meum proba-  
 runt. <sup>37</sup> Ex Getarum numero.  
<sup>38</sup> Sextum annum jam ago in  
 Scythia. <sup>39</sup> Mihi. Artem aman-  
 di significat. <sup>40</sup> Præcipue fuere  
 in causa ut in exsilium pellerer.  
<sup>41</sup> Poëtici. <sup>42</sup> Per amicitiam  
 nostram, quam vilem non exis-  
 timas. <sup>43</sup> Romanis. <sup>44</sup> Per

Germanici felicitatem, & forti-  
 tudinem orat. <sup>45</sup> Faciat ea, de  
 quibus scribere possitis. <sup>46</sup> Fi-  
 lii Germanici. Sup. II. 2. <sup>47</sup>  
 Cæsareæ domus universæ spes,  
 & votum. <sup>48</sup> Hos tuæ traditos  
 esse disciplinæ, magnæ tibi lau-  
 di est. <sup>49</sup> Quantum situm est  
 in te, mihi sis auxilio. <sup>50</sup> Quæ  
 nulla est futura, id est, de qua  
 plane erit auctum, nisi mutetur  
 locus mei exsilii.



## TUTICANO.

## ARGUMENTUM.

*Ad eundem Tuiticanum, ad quem superius scripserat, hanc etiam epistolam mittit Poëta, dicitque, se quemcumque locum, vel incommodissimum, magis optare, ubi exsulet, quam Tomitanam urbem. Deinde se excusat, quod non debeant Tomita id agere ferre, siquidem locum, non homines, vituperet. Postremo fauetur, se ab eis affectum fuisse beneficiis.*

**H**æc tibi mittuntur, quem sum <sup>2</sup> modò carmine  
quæstus

Non aptum numeris nomen habere meis.

In <sup>3</sup> quibus, excepto <sup>4</sup> quod adhuc <sup>5</sup> utcumque vale-  
mus,

Nil, te præterea quod juvet, invenies.

Ipsa quoque est invisa <sup>6</sup> salus; suntque ultima vota, <sup>5</sup>  
<sup>7</sup> Quolibet ex istis <sup>8</sup> scilicet ire locis.

Nulla <sup>9</sup> mihi cura est, terrâ quam mutet ut <sup>10</sup> istâ;

Hac <sup>11</sup> quia, quam video, gratior omnis erit.

In medias <sup>12</sup> Syrtes, mediam mea vela <sup>13</sup> Charybdin

Mittite, <sup>14</sup> præsentem dum careamus humo.

Styx quoque, si quid ea est, bene commutabitur Istro: <sup>10</sup>

Si quid & inferius, quàm Styga, mundus habet.

Gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo,

Proxima <sup>15</sup> Marticolis quàm loca Naso Getis.

Talia <sup>16</sup> succensent propter mihi verba Tomitæ, <sup>15</sup>

Iraque carminibus <sup>17</sup> publica mota meis,

Eleg. XIV. 2 Vid. Eleg. XII.  
5. 6. 3 Verbis, litteris. 4 Eo  
scil. ea re. 5 Mediocriter. 6  
Vita, odio vitam habeo. 7 Quem-  
libet in locum alium. 8 Tomis.  
9 Hæc unica cura mea est. 10  
Transferar aliorum. 11 Quia  
quælibet alia gratior erit hac,  
quam video, seu, in qua sum. 12  
Vid. Sall. R. Jug. c. 78. *Syrtes*  
*αἰὲς τοῦ αὐτοῦ τῆς αὐτῆς* *trabere*, dictæ  
sinus sunt duo ad litora Afr. ali-

cubi profundî, alicubi vadiosi,  
hincque navigantibus intèsti. Add.  
*Solin.* Polyh. c. 27. *Lucan.* IX.  
303. 13 Redi ad El. 10. 27. hu-  
jus libri. 14 Dummodo hoc lo-  
co non sim, quo jam commo-  
ror. 15 Bellicosus. 16 Irascun-  
tur. 17 Omnium Tomitarum iram  
irritavi meis carminibus, quia  
semper queror de pessima ipso-  
rum regione.

Er.



Ergo ego cessabo nunquam per carmina lædi,  
 18 Plectar & incauto semper ab ingenio?  
 Ergo ego, ne scribam, digitos 19 incidere cunctor,  
 Telaque adhuc demens, quæ nocuere, sequor?  
 20 Ad veteres scopulos iterum 20 devertor, ad illas,  
 In quibus 21 offendit naufraga puppis, aquas.  
 Sed nihil admisi: nulla est mea culpa, Tomitæ;  
 Quos ego, cum 22 loca sim vestra perosus, amo.  
 Quilibet 23 excutiat nostri monumenta laboris;  
 Littera de vobis est mea quæstio nihil.  
 Frigus, & incursus omni de parte timendus,  
 Et quod pulsetur murus ab hoste, queror.  
 In loca, non homines, verissima 24 crimina dixi.  
 Culpatis vestrum vos quoque sæpe solum.  
 30 Esset perpetuo sua quam vitabilis 25 Ascra,  
 Ausa est 26 agricolæ Musa docere 27 senis.  
 At fuerat terrâ 28 genitus, qui scripsit, in illâ;  
 29 Intumuit vati nec tamen Ascra suo.  
 Quis patriam 30 sollerte magis dilexit Ulysse?  
 Hoc 31 tamen asperitas indice nota loci est.  
 Non loca, sed mores scriptis vexavit amaris  
 32 Scepheus Ausonios, actaque 33 Roma rea est.  
 Falsa tamen passa 34 est æquâ convicia mente,  
 Obfuit auctori nec 35 fera lingua suo.  
 At malus interpretis populi mihi concitat iram,

18 Puniar, feram damnum.  
 19 Nervos digitorum concide-  
 re. 20 Declines à cursu tu-  
 to. *Allegoria.* 21 Quassata con-  
 cussa est. 22 Quamvis. 23 In-  
 quirat in libris meis, carmini-  
 bus. 24 Reprehendi loca, & eo-  
 rum vitia, & miseriam indica-  
 vi. 25 Bæotie in Thespiensi  
 agro vicus, ad Heliconem situs,  
 ubi Hesiodi habitavit parens.  
 26 Hesiodi, qui scripsit *ἔργα  
 καὶ ἡμέραι*, scilicet de Agricul-  
 tura. 27 Vid. hunc senem *ἄγ.*  
 v. 638. 28 Saltem ibi educatus.  
 Vide Strabon XIII. & *Nuidam*: ite-  
 rum Strabon lib. IX. ubi patriam

Hesiodi vocat *Ascram*. 29 *Irata*  
 fuit. Nost. Met. II. 508.  
 Intumuit *ἔγχο*, postquam in-  
 tra sidera pellex  
 Fulcit, cætera. 30 Prudente. 31 Tamen *asperam*  
 dixit patriam suam *Itacham*. Vid.  
*Homer.* X. 417. 463. 32 Metro-  
 dorus Scepheus, Philosophus,  
 qui ab odio erga Romanos *misero-  
 romæos* est appellatus. Vid. Plin.  
 I. 34. 7. Scepheus autem dicitur  
 ab urbe *Scepsti* in agro Troiano  
 ad Idam montem sita. 33 Ac-  
 cusata ab eo: Nam Metrodorus  
 mores Romanos scriptis traduxit.  
 34 Roma. 35 Injuriis indulgens,  
*acolastos glossa.*

Z

In-



Inque novum crimen carmina nostra <sup>36</sup> vocat.  
 Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem!  
 Exstat <sup>37</sup> adhuc nemo saucius ore meo.  
 Adde, quod <sup>38</sup> Illyricâ si jam pice <sup>39</sup> nigrior essem, <sup>45</sup>  
 Non <sup>40</sup> mordenda mihi turba <sup>41</sup> fidelis erat.  
<sup>42</sup> Molliter à vobis mea <sup>43</sup> sors excepta, Tomitæ,  
 Tam mites <sup>44</sup> Grajos indicat esse viros.  
 Gens mea Peligni, regioque domestica Sulmo,  
 Non potuit nostris lenior <sup>45</sup> esse malis, 50  
 Quem vix incolumi <sup>46</sup> cuiquam salvoque daretis,  
 Is datus à vobis est mihi nuper honor.  
 Solus adhuc ego sum vestris <sup>47</sup> immunis in oris:  
 Exceptis, si <sup>48</sup> qui munera legis habent.  
 Tempora sacratâ mea sunt velata <sup>49</sup> coronâ, 55  
<sup>50</sup> Publicus <sup>51</sup> invito quam favor imposuit.  
 Quàm grata est igitur <sup>52</sup> Latonæ <sup>53</sup> Delia tellus,  
 Erranti tutum quæ dedit una locum;  
 Tam mihi cara Tomitæ patria quæ sede fugatis  
 Tempus ad <sup>54</sup> hoc nobis hospita fida manet. 60  
 Dî modo fecissent, placidæ spem posset habere  
 Pacis, & à gelido longius <sup>55</sup> axe foret.

<sup>36</sup> Dicit, me crimen contra Tomitas in carminibus meis admisisse. <sup>37</sup> Nemo adhuc à me lingua, aut scripto læsus est. <sup>38</sup> Proverbium est: dicit: Si vel maxime forem maledicus, tamen conviciis in fideles Tomitas parcerem. <sup>39</sup> Pertinet huc illud Horatii Serm. I. 4. 85. Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. Adde de Arte II. 658. <sup>40</sup> Laceranda conviciis. <sup>41</sup> Tomitarum turba, quæ amicissima est. <sup>42</sup> Humanitate magna. <sup>43</sup> Ego in exilium eiectionis. <sup>44</sup> Græcos, à quibus estis oriundi, h. e. testati fuistis, vos non esse barbaros, sed moribus Græcis, humanissimisque. <sup>45</sup> Quam vos er-

ga me fuistis. <sup>46</sup> Non tam infelici, ac ego sum. <sup>47</sup> Vid. sup. el. 9. 102. <sup>48</sup> Qui immunitatem legum beneficio consecuti sunt, quod fiebat, si quis pro patria magni quid præstiterat, aut Olympia vicerat. <sup>49</sup> Corona, ex hedera facta. <sup>50</sup> Quam consecutus sum iavitus Tomitarum publico consensu, propter carmen Scythica lingua conscriptum, de quo supra. <sup>51</sup> Scilicet mihi. <sup>52</sup> Quæ mansit in Delo insula, exagitata ante à Iunone per totum orbem, ac Dianam ibi, & Apollinem peperit. *Apollod.* I. 4. 1. <sup>53</sup> Insula Delus, una ex Cycladibus. <sup>54</sup> Usque ad hoc tempus. <sup>55</sup> Septentrione.



## EPISTOLA XV.

## SEXTO POMPEJO.

## ARGUMENTUM.

*Ad Sextum Pompejum scribens Poëta, profitetur, se illi ante omnes debere, Cesare tamen excepto, cui vitam debet. Deinde eum precatur, ut ab Imperatore, quem summa colit pietate, impetret sibi mitius exsilium: excusaturque se invitum hac eadem sepius petere: sed pra nimia, & immoderata cupidine se excusandum esse.*

**S**I quis adhuc usquam nostri non immemor exstat,  
 Quidve relegatus Naso, requirit, agam:  
 Cæsaribus vitam, Sexto debere salutem  
 Me sciat: <sup>2</sup> à Superis hic mihi primus erit.  
 Tempora nam miseræ complectar ut omnia vitæ,  
 A meritis ejus pars <sup>3</sup> mihi nulla vacat.  
 Quæ <sup>4</sup> numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi  
 Punica <sup>5</sup> sub lento cortice grana rubent,  
 Africa quot segetes, quot <sup>6</sup> Tmolia terra racemos,  
 Quot <sup>7</sup> Sicyon <sup>8</sup> baccas, quot parit <sup>9</sup> Hybla favos. <sup>10</sup>  
 Confiteor: <sup>10</sup> testere licet: signate <sup>11</sup> Quirites:  
 Nil opus est legum <sup>12</sup> viribus: ipse <sup>13</sup> loquor.  
 Inter opes & me, <sup>14</sup> rem parvam, pone <sup>15</sup> paternas;  
 Pars ego sim <sup>16</sup> censûs quantulacunque tui.  
 Quàm tua <sup>17</sup> Trinacria est, regnataque terra Philippo,  
 Quàm domus <sup>18</sup> Augusto continuata Foro;

Eleg. XV. <sup>2</sup> Hic Pomp. à Cæsari-  
 bus mihi. eris proximus, &  
 post eos in primis colendus. <sup>3</sup>  
 Omni tempore exsilii mei bene  
 de me meritis. <sup>4</sup> Merita. <sup>5</sup> In  
 malo *Granato*, seu Punico grana  
 sunt. Hispan. *Granado*, satis no-  
 ta. <sup>6</sup> *Tmolus*, seu *Tymolus*, Ly-  
 diae mons est, vinetis celebris,  
 & Baccho sacer. Nost. Met. XI.  
 86. <sup>151</sup>. <sup>7</sup> *Sicyon*, Peloponnesi  
 urbs, quæ olivi abundabat. Vir-  
 gil. Georgicor. II. 519. *Sictonia*  
*baccas habet*. <sup>8</sup> Olivas. <sup>9</sup> Ci-  
 vitas, & mons in Sicilia, mel-  
 le, & thymo abundans. <sup>10</sup> Tes-

tes confessionis hujus advoces.  
<sup>11</sup> Ad consuetudinem testamen-  
 torum faciendorum alludit, ubi  
 subscribebant testes, annuloque  
 testamentum signabant. <sup>12</sup> Non  
 opus est, ut iudicio agas, &  
 rem debitam tibi vindices. <sup>13</sup>  
 Confiteor id quod debeo. <sup>14</sup> Ut  
 rem parvam. <sup>15</sup> Me quoque rē-  
 fer inter opes paternas, hoc est,  
 ad te me pertinere, tibi quæ esse  
 devotissimum, judica. <sup>16</sup> Patri-  
 monii. <sup>17</sup> Prædium tuum in Si-  
 cilia, aut Macedonia. <sup>18</sup> Tua  
 domus propinqua est foro. Aug.

Z z

Quam



Quam <sup>19</sup> tua, rus <sup>20</sup> oculis domini, Campania, gratum,  
 Quæque relicta <sup>21</sup> tibi, Sexte, vel empta <sup>22</sup> tenes;  
 Tam tuus en ego sum: cuius <sup>23</sup> te munere <sup>24</sup> tristi  
 Non potes in Ponto dicere habere nihil. 20  
 Atque utinam <sup>25</sup> possis, & detur amicus <sup>26</sup> arvum;  
 Remque tuam <sup>27</sup> ponas in meliore loco!  
 Quod quoniam <sup>28</sup> in Dis est, tenta lenire precando  
 Numina, perpetuâ quæ pietate colis.  
 Erroris nam tu, vix es <sup>29</sup> discernere, nostri 25  
 Sis <sup>30</sup> argumentum majus, an auxilium.  
 Nec <sup>31</sup> dubitans oro; sed flumine sæpè <sup>32</sup> secundo  
 Augetur remis cursus euntis aquæ.  
 Et pudet, & metuo, semperque eademque precari;  
 Ne subeant animo tædia justa tuo. 30  
 Verùm quid faciam? Res immoderata cupido est;  
 Da veniam vitio, <sup>33</sup> mitis amice, meo.  
 Scribere sæpè aliud cupiens delabor <sup>34</sup> eodem:  
 Ipsa locum per <sup>35</sup> se littera nostra rogat.  
 Seu tamen effectus habitura est <sup>36</sup> gratia; seu me 35  
 Dura jubet gelido parca sub axe mori;  
 Semper inoblita repetam tua munera mente,  
 Et mea me <sup>37</sup> tellus audiet esse tuum.  
 Audiet & cœlo posita est quæcunque sub <sup>38</sup> illo:  
 Transit nostra feros si modo Musa Getas. 40  
 Teque meæ causam, servatoremque salutis,  
 Meque tuum librâ <sup>39</sup> norit, & ære minus.

19 Scilicet, est. 20 Prædium  
 tuum in Campania. 21 Scilicet, a  
 parentibus hæreditate. 22 Possi-  
 des. 23 Qui ob beneficium tuum,  
 quo vitam mihi conservasti, non  
 potes dicere, *reliqua*. 24 Horri-  
 do in Ponto. 25 Scilicet, dicere,  
 nihil te in Ponto habere. 26 Lo-  
 cus pacatior. 27 Me, qui tuus, &  
 inter tuas res sum. 28 Penes  
 Deos Cæsares. 29 Vix licet di-  
 cere. 30 probatio, an probes ma-  
 gis, me errore quodam peccasse.  
 31 Nec ita oro, ac si dubitem de  
 tua in me fide. 32 per se corrente  
 flumine. 33 Cupiditati meæ. 34  
 Idem tamen scribo, nempe de ex-  
 silio meo, deque cupiditate redi-  
 tus in patriam. 35 Contra volun-  
 tatem meam fit, ut idem scribam  
 semper. 36 Qua vales apud Cæsa-  
 rem. 37 Patria. 38 *Ullò* legunt  
 aliqui, etiam satis bene: sed vi-  
 detur præstare *illo*, quo Italica  
 terra indicatur. 39 Me norit tui  
 esse Mancipii, quamvis res, &  
 libra mancipationi non adfuerit.  
 Vid. *Cronov.* observat. lib. 1. So-  
 lebant autem Romani in manci-  
 patione ficta emptione, appenden-  
 do libra ære, uti. Id docent pluri-  
 mi Jureconsultorum, & antiquita-  
 tum libri.

EPIS-



## EPISTOLA XVI.

## AD INVIDUM.

## ARGUMENTUM.

*Admonet in hac ultima epistola Poëta invidum, me carmen suum lacere, ostendens, se exsulam esse tanquam mortuum; affirmatque solere livorem pasci tantum in vivis, post cineras vero quiescere, & hac ratione dicit, cum debere non ulterius in carmen suum distringere invidia stimulos, ac dentes, cum sint multi alii celebres Poëta, quos enumerat, docetque eos posse commodius reprehendi.*

**I**nvide, quid laceras Nasonis carmina? rapti?

Non solet ingeniis<sup>3</sup> summa nocere dies.  
Famaque post<sup>4</sup> cineres major venit; & mihi nomen  
Tunc quoque, cum vivis annumerarer, erat.

Cum foret &<sup>5</sup> Marsus, magnique<sup>6</sup> Rabinuis oris,  
Iliacusque<sup>7</sup> Macer, sidereusque<sup>8</sup> Pedo;

Et, qui Junonem<sup>9</sup> læsisset in Hercule,<sup>10</sup> Carus;  
Junonis si non jam gener<sup>11</sup> ille foret;

Quique dedit Latio carmen regale<sup>12</sup> Severus;

Et cum subtili<sup>13</sup> Priscus uterque Numâ;<sup>10</sup>

Quique vel<sup>14</sup> imparibus numeris,<sup>15</sup> Montane, vel<sup>16</sup> æquis

Sufficis, & gemino carmine nomen habes;

Et<sup>17</sup> qui Penelopæ rescribere jussit Ulyssen,

Errantem sævo per duo lustra mari;

Elegia XVI. 2 Abrepti è patria in exsilium, & civiliter mortui. 3 Mors, vite finis. 4 Post mortem. 5 Qui Amazonidem scripsit. 6 Bellum hic Augusti Actiæ contra Antonium descripsit. 7 Iliaci belli scriptor. 8 Sublimi dictione scribens, cui quidam, interque eos Cel. Clericus, tribuunt consolationem ad Liviam de morte Drusi, quam laudatissimus Clericus edidit plane egregie illustratam. 9 Offendisset laude Herculis. 10 Qui Hercules ante inimicus erat Junonis, eamque sagitta vulneravit, postmodum ejus

gener factus est, ducta in matrimonium Hebe Junonis filia. Vid. Metam. IX. 179. 11 Hercules. 12 Redi ad Eleg. 2. hujus libri. 13 Duo igitur fuerit Prisci, quorum C. Lutorius Priscus carmen in mortem Germanici composuit. Scripserunt vero hi Prisci vitam Numæ Romanor. Regis. 14 Elegiaco. 15 Vid. Senecam, epis. 125. 16 Hexametro. 17 *Ant. Sabinum* intelligit, qui conscripsit epistolas Ulyssis ad Penelopem, Hippolyti ad Phædræ, aliasque, quæ respondetur. Ovidii epistolis Heroidum.

Z 3

Qui-



18 Quique suam 19 Troezena, imperfectumque 20 die-  
rum 15

21 Deseruit celeri morte Sabinus opus;  
Ingeniique sui dictus cognomine 22 Largus,  
Gallica 23 qui Phrygium duxit in arva senem;  
Quique canit 24 domitam Camerinus ab Hercule Tro-  
jam;

Quique sua 25 nomen 26 Phyllide Tuscus habet; 20  
Velivolique maris 27 vates, cui credere possis  
Carminâ cæruleos composuisse Deos.

28 Quique acies Lybicas, Romanaque prælia dixit;  
Et Marius, scripti 29 dexter in omne genus.

30 Trinacriusque suæ Perseidos auctor, & actor 25  
31 Tantalidæ reducis, 32 Tyndaridosque Lupus.

Et 33 qui Mæoniam 34 Phæacida vertit, & una  
Pindaricæ fidicen tu quoque, 35 Rule, lyræ;  
Musaque Turrant, Tragicis innixa 36 cothurnis;

18 Sabinus forte, qui Troezen-  
sa scripserit. 19 Troezen insu-  
la, Neptuno sacra, & objecta  
Atticæ. 20 Festus forsân. 21 Ad  
finem perducere non potuit. 22  
Poëta *Largus*, nomen conveniens  
ingenio, facultate poëtica maxi-  
me pollenti. 23 Qui scripsit de  
Antenore, ex Phrygia profugo,  
& qui in Gallia Cisalpina, in Vene-  
tiis, sedem collocavit Livius I.  
1. 2. constat, casibus variis An-  
tenorem cum multitudine Hene-  
tum, qui seditione ex Paphlago-  
nia pulsi, & sedes, & ducem,  
rege Pylæmone ad Trojam amis-  
so, querebant venisse in inti-  
mum maris Adriatici sinum. Fu-  
ganeisque, qui inter mare Alpes-  
que incolebant pulsos. *Hene-  
tos*, Trojanosque eas tenuisse terras,  
& in quem primum egressi sunt  
locum, Troja vocatur, pagoque  
inde Trojanorum nomen est, gens  
universa *Veneti* appellati. 24 Ex-  
pugnatam ideo, quoniam Laome-  
don Rex pactas Herculi equas

noluit tradere. Vid. *Apollodor. II.*  
5. 9. 25 Famam à Phyllide can-  
tata. 26 Amica, vel etiam Ly-  
curgi filia, amata à Demophoon-  
te. Vid. Noster *Heroid. epist. II.*  
27 *Varro Atacinus*, qui Argo-  
nautica scripsit, librisque com-  
plexus est IV. ex Apollonio mi-  
ro artificio, & ingenio plane di-  
vino expressos. 28 Non liquet,  
hic quis fuerit. 29 Aptus ad  
omne genus carminum. 30 Sicu-  
lus Lupus, qui de Perseo scrip-  
sit, diversus à Lupo ut videtur,  
qui de reditu Helenæ, & Mene-  
lai, à *Tantalo* genus ducentis,  
carmen composuit. 31 Menelai.  
32 Helenæ. 33 *Tuticanum* de-  
signat. 34 Carmen Homeri de  
Phæacibus. 35 Rufe, qui carmi-  
ne lyrico, ut Pindarus, comæ-  
dias scripsisti. Vid. *Acron. ad Ho-  
rat. Art. Poet. 288.* 36 *Calcea-*  
modum in comædiis *socci*.

Et



Et tua cum socco Musa, <sup>37</sup> Melisse, levis;  
 Cum Varus, Gracchusque darent fera <sup>38</sup> dicta tyranni,  
 Callimachi <sup>39</sup> Proculus molle teneret iter;  
 Tityrus <sup>40</sup> antiquas & erat qui pasceret herbas,  
 Aptaque <sup>41</sup> venanti Gratius <sup>42</sup> arma daret;  
<sup>43</sup> Naidas à Satyris caneret Fontanus amatas, 35  
 Clauderet <sup>44</sup> imparibus verba Capella modis.  
 Cumque forent alii, quorum mihi cuncta referre  
 Nomina longa mora est, <sup>45</sup> carmina vulgus habet;  
 Essent <sup>46</sup> & juvenes, quorum quod <sup>47</sup> inedita cura est,  
 Appellandorum nil mihi <sup>48</sup> juris adest: 40  
 Te tamen in <sup>49</sup> turbâ non ausim, Cotta, silere,  
<sup>50</sup> Pîeridum lumen, præsidiumque fori.  
 Maternos <sup>51</sup> Cottas, cui Messallasque paternos  
<sup>52</sup> Maxima nobilitas <sup>53</sup> ingeminata dedit.  
 Dicere si fas est, claro mea nomine Musa, 45  
 Atque inter tantos, quæ legeretur erat.  
 Ergo submotum patriâ proscindere, livor,

<sup>37</sup> Vid. Sueton. de Illustr. Grammat. scripsit Comœdias *Tyrrheas*, à ducum, equitumque veste sic dictas, fuitque libertus Mæcenatis. <sup>38</sup> Scriberent de cónviciis Thyestis in Atreum. Nam Q. Varus, & Gracchus de Thyeste scripserunt tragœdias. Acron. ad Horat. l. epist. 4 3. <sup>39</sup> Imitaretur in elegiis Gallimachum. <sup>40</sup> Uncinis hunc versum inclusimus cum Cel. Burmanno forte non sat sanum, nam elegans omnino emendatio Heinsiana:

*Tytiron antiquas recubasse referret ad undas.*

Ut ad Gratum hæc pertineant, qui Bucolica etiam scripsit. <sup>41</sup> De venatione scriberet. <sup>42</sup> Hujus Gratii Poëmata elegantissima sunt. De editionibus eorum docet Cel. Fabricius Bibl. Latin. Miserrima

omnium videtur ea, quam summus ætera vir. Gasp. Barthius dedit Hanoniæ 1617. una cum Nemesiano, & Calpurnio. <sup>43</sup> Nymphas fontium, quas amatas esse à Satyris Fontanus cecinit. <sup>44</sup> Carmine elegiaco scriberet. <sup>45</sup> Et quorum carmina in omnium sunt manibus. <sup>46</sup> Quum essent. <sup>47</sup> Nondum in lucem edita sunt carmina. <sup>48</sup> Quos appellare suis nominibus non debeo. <sup>49</sup> Inter tantum numerum Poëtarum. <sup>50</sup> Qui es Poëta pariter, ac orator optimus. <sup>51</sup> Qui ducis genus maternum ex Cottarum stirpe, paternum vero ex Messalarum. <sup>52</sup> Alludere videtur ad cognomen Messalarum, qui Maximi vocabantur. <sup>53</sup> Propter explendissimum genus Cottarumque, & Messalarum.



Desine ; neu cineres <sup>54</sup> sparge, <sup>55</sup> cruento, meos.  
 Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta est,  
 Præbeat ut <sup>56</sup> sensum, materiamque malis. <sup>50</sup>  
 Quid juvat <sup>57</sup> extinctos ferrum <sup>58</sup> demittere in artus?  
 Non habet in nobis <sup>59</sup> jam nova plaga locum.

54 Dirce quasi meos cineres. jam quasi ita sum confossus,  
 55 Immitis, invide, crudellis. ut in corpore meo locus vulne-  
 56 Quasi sentiam adhuc, mea ma- re carens non inveniatur, hoc  
 57 In mortuum corpus. 58 est, jam sum satis miser. *Al-*  
 59 Pungere ense mortuum. 59 Ego *taphor.*





## P. OVIDII NASONIS

## IBIS.

## ARGUMENTUM.

Quum Ovidius exsularet, inter reliqua sua opera *inveſtityam* in quemdam edidit, quem, proprio nomine ſuppreſſo, *Ibin* appellat: ſicut *Callimachus*, qui etiam *Apollonium Rhodium* diſcipulum *divis imprecatio-nibus* ſub hoc nomine devovit, ut omni pudore carentem & ingratum, & in ſermone incompetiſſimum: de *Ibide* enim *aye* ita ſcribit *Plinius lib. VIII. 33* Simile quiddam & volucris in eadem *Egypto* monſtravit, quæ vocatur *Ibis*, roſtri aduncitate per eam partem ſe proluens, qua reddi laborum onera maxime ſalubre eſt. *Herodotus* vero duplicem eſſe dicit, alteram nigram, alteram ciconia non abſimilem, ſed tamen diverſam. De hac etiam *Cicero* *L. 2. de N. D.* ſic ait: velut *Ibes* maximam vim ſerpentium conſiciunt, quum ſint *aves exciſæ*, rigidis cruribus, corneo, proceroque roſtro, advertunt peſtem ab *Egypto*, quum volucres angues ex vaſtitate *Libyæ* vento *Africano* inveſtæ interficiunt, atque conſumunt: ex quo fit, ut illæ vivæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Quum itaque tanta ſit hujus avis ſpurcitas, ut proprio ore ventrem purget, *Callimachus* adverſarium tanquam fediffimum, ut hominem nullius decoris, & commendationis ſignificet, hoc nomine vocavit: ad cujus imitationem *Ovidius* nemicum quoque ſuum *Ib n* nominavit. Cauſam autem huiusce maledicentiæ hanc fuiſſe ipſemet aperit. Sollicitabat *Poëtæ* uxorem, & lingua venena *Auguſti* auribus susurrabat, ut diutius illum in exſilio remoraretur. Hæc ex editione *Bersmanni*. *Maſſon* in vita *Ovidii* pag. 188. § *V.* Hoc pariter anno potuit liber ſcribi, cui titulus *IBIS*, ex ficto nimirum illius viri nomine, quem eo carmine devoyet, quod lingua Noſtrum, ejusque conjugem morderet, ut indicat *n. II 16.* *Cel. Fabricius Bibl. Lat. p. 271. §. 9.* *Ibis*, ſive *diva* in *Ibin* carmine *Elegiaco verſuum amplius ſexcentorum* extant. *Cæl. Rhodigin. XIII. 1. Aut. Lect.* *Cæcilius Minucianus* *Apulejus* ait, *Corvinum* (*Boeſſius*, & alii malunt *Huginum*) ab *Ovidio* *Ibin* appellatum eſſe ex avis feditate, cui ventrem roſtro purgare inſitum ſit, & ex *Callimachi* imitatione. Reliqua vide apud ipſum *Fabricium*.

Tempus ad hoc, luſtris jam bis mihi quinque peractis,

Omne fuit Muſæ carmen <sup>2</sup> inerme meæ:

Nullaque, quæ poſſit, ſcriptis tot millibus, exſtat

Littera Nasonis, <sup>3</sup> ſanguinolenta legi.

Nec quemquam noſtri; niſi me, læſere libelli:

<sup>2</sup> Maledici nemini meis carminibus <sup>3</sup> Maledicum carmen

Ar-



Artificis periit cum caput Arte sua.

4 Unus (& hoc ipsum est injuria magna) perennem  
Candoris titulum non sinit esse mei.

Quisquis is est (nam nomen adhuc utrumque tacebo)

Cogit inassuetas 5 sumere tela manus.

10

Ille 6 relegatum gelidos Aquilonis ad ortus

Non sinit exsilio 7 delituisse suo:

8 Vulneraque immitis requiem quærentia vexat,

9 Jactat & in toto verba canina foro.

Perpetuoque mihi sociatam 10 fœdere lecti

15

Non patitur miseri funera flere viri.

Cumque ego quassa mea 11 complectar membra carinæ,

Naufragii 12 tabulas pugnat habere mei:

Et qui debuerat subitas 13 extinguere flammæ,

Is prædam medio raptor ab igne tulit.

20

Nititur ut profugæ desint alimenta 14 senectæ;

Heu quanto nostris dignior ipse malis!

Dî 15 melius! quorum longe mihi maximus 16 ille,

Qui nostras inopes noluit esse 17 vias.

Huic igitur meritas grates, ubicumque licebit,

25

Pro tam mansueto pectore semper agam.

Audiet hæc Pontus: faciat quoque forsitan idem,

Terra sit ut propior 18 testificanda mihi.

At tibi, 19 calcasti qui me, violente, jacentem,

Quamlibet & misero debitus hostis ero.

30

Desinet esse prius contrarius ignibus humor;

Junctaque cum Luna lumina 20 Solis erunt;

Parsque 21 eadem cœli Zephyros emittet & Euros;

4 Ibis nempe. 5 Cogit me, qui neminem adhuc verbis læsi, male Ibin tractare, & me defendere. 6 Me, qui sum relegatus in Pontum, ubi oritur Aquilo. 7 Quietum esse. 8 Me quasi vulneratum, & qui amans sum quietis, sive cui afflicto addenda afflictio non est. 9 De me male in urbe loquitur. 10 Uxorem meam. 11 Colligam. 12 Relinquas, bona mea. 13 Qui opem

mihi debebat ferre. 14 Vult ad se rapere bona mea, ut mihi in Ponto senescenti necessaria desint. 15 Id Dii prohibeant. 16 Augustus. 17 Inter in exsilium. 18 Testis meæ in eum gratæ mentis testimonium citanda, si nempe in propiorem Romæ locum transferat. 19 Qui me injuria affecisti miserum. 20 Sol. 21 Eadem cœli plaga.

Et



Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:  
 Et nova <sup>22</sup> fraterno veniet concordia fumo, 35  
 Quem vetus accensa separat ira pyrâ;  
 Et Ver Autumno, Brumæ miscebitur Æstas;  
 Atque eadem regio Vesper, & Ortus erunt:  
 Quam mihi sit tecum positus, quæ sumpsimus, armis  
 Gratia, <sup>23</sup> commissis, improbe, <sup>24</sup> rupta tuis. 40  
 Pax erit <sup>25</sup> hæc nobis, donec mihi vita manebit,  
 Cum pecore <sup>26</sup> infirmo quæ solet esse lupis.  
 Prima quidem <sup>27</sup> cœpto committam prælia versu;  
 Non soleant quamvis hoc <sup>28</sup> pede bella geri.  
 Utque petit primo plenum flaventis arenæ 45  
 Nundum calfacti velitis hasta solum;  
 Sic ego te ferro nondum jaculabor acuto,  
 Protinus invisum nec petet hasta caput.  
 Et neque nomen <sup>29</sup> in hoc, nec dicam facta libello;  
 Teque brevi, qui sis, dissimulare sinam. 50  
 Postmodo, si perges, in te mihi liber <sup>30</sup> Iâmbus  
 Tincta <sup>31</sup> Lycambeo sanguine tela dabit.  
 Nunc, quo <sup>32</sup> Battiades inimicum devovet <sup>33</sup> Ibin,  
 Hoc ego devoveo teque, tuosque modo.  
 Utque ille, historiis involvam carmina <sup>34</sup> cæcis; 55  
 Non soleam <sup>35</sup> quamvis hoc genus ipse sequi.  
 Illius <sup>36</sup> ambages imitatus in Ibide dicar;  
 Oblitus moris, judicii que mei.

<sup>22</sup> Eteoclis, & Polynicis cadaveribus in pyram conjectis, fumus divisus est in duas partes, ut indicaretur dissidens de regno fratrum eorum animus. <sup>23</sup> Injuriis. <sup>24</sup> Rupta gratia, id est, pax à te rupta. <sup>25</sup> Talis. <sup>26</sup> Ovis. Horat. Ep. 4.

*Lupis, & agnis quanta sortito obtigit,*

*Tecum mihi discordia est.*

<sup>27</sup> Hoc in te carmine. <sup>28</sup> Metro, sed jambico potius. <sup>29</sup> Nec nomen hic tuum, nec injurias in me, meosque tuas aperiam. <sup>30</sup> Jambici versus mordacissimi

sunt, quæ primus usus esse Archilocus dicitur. <sup>31</sup> Lycamben Archilocus Poëta Jambicis versibus eo adegit, ut laqueo vitam finiret, propter denegatam scilicet sibi filiam Meobolem. <sup>32</sup> Calimachus filius Batti. <sup>33</sup> Apollonium Rhodium, discipulum suum. <sup>34</sup> Obscure scribam, & ita, ut non à quolibet statim tu, & tua carmina intelligantur. <sup>35</sup> Quamvis alias, neque hanc insectandi alios rationem sequi soleam. <sup>36</sup> Antea quod dixerat *involvere carmina cæcis historiis*, hoc nunc vocat *ambagibus uti*.

Et



Et quoniam, qui sis, nondum quærentibus <sup>37</sup> edo,  
 Ibidis interea tu <sup>38</sup> quoque nomen habe. 60  
 Utque mei versus aliquantum <sup>39</sup> noctis habebunt,  
 Sic vitæ series tora sit <sup>40</sup> atra tuæ.  
 Hæc tibi natali <sup>41</sup> faxo, Janique Kalendis,  
 Non mentituro quilibet ore legat.  
 Di maris, & terræ, quique his meliora tenetis 65  
 Inter diversos cum Jove regna <sup>42</sup> polos,  
 Huc precor, huc vestras omnes advertite mentes,  
 Et sinite optatis pondus inesse meis.  
 Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus Æquor,  
 Ipse meas Æther accipe summe preces; 70  
 Sideraque, & radiis circumdata Solis imago,  
 Lunaque, quæ <sup>43</sup> nunquam, quo prius, orbe micat;  
 Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum,  
 Quæque ratum triplici pollice <sup>44</sup> netis opus;  
 Quique <sup>45</sup> per infernas horrendo murmure valles 75  
 Imperjuratæ <sup>46</sup> laberis amnis aquæ;  
 Quasque ferunt torto <sup>47</sup> vittatis angue capillis  
<sup>48</sup> Carceris obscuras ante sedere fores:  
 Vos quoque, plebs <sup>49</sup> Superûm, <sup>50</sup> Fauni, <sup>51</sup> Satyrique,  
<sup>52</sup> Laresque,  
 Fluminaque, & Nymphæ, Semideumque genus; 80  
 Denique ab antiquo Divi veteresque, novique,  
 In nostrum cuncti tempus adeste, Chao.  
 Carmina dum capiti <sup>53</sup> malefido dira canuntur,  
 Et peragunt partes ira, dolorque suas:  
 Annuite optatis omnes ex ordine nostris; 85

<sup>37</sup> Dico, aperio. <sup>38</sup> Uti Ibis Apollonius Rhodius à Callimacho vocatus est. <sup>39</sup> Obscuri aliquantisper erunt. <sup>40</sup> Infelix. <sup>41</sup> Faciam, ut has imprecationes quilibet tibi legat natali tuo, & Kalendis Januariis, pessimi ominis causa. <sup>42</sup> In cælo, inter polum Arcticum, & Antarcticum. <sup>43</sup> Quæ semper mutaris. <sup>44</sup> Parcæ. <sup>45</sup> Tu Styx. <sup>46</sup> Quæ falli, aut temerari perjurio non debet, quod qui ex Diis faciebat, novem diebus necesse carere cogebatur. <sup>47</sup> Ligatis. <sup>48</sup> Inferni. <sup>49</sup> Plebeji Dii, de quibus noster, in Metam. I. *plebs habitat diversa locis.* <sup>50</sup> Silvestres Dii. <sup>51</sup> Iridem Dii silvarum. <sup>52</sup> Domestici, & patris Dii. <sup>53</sup> In Ibin.



Et pars sit voti nulla caduca mei,  
 Quæque precor, fiant; ut non mea dicta, sed <sup>54</sup> illa  
 Pasiphaës <sup>55</sup> generi verba fuisse puter.  
 Quasque ego transiero <sup>56</sup> poenas, patiatur & illas;  
 Plenius <sup>57</sup> ingenio sit miser ille meo.  
 Neve minus valeant fictum <sup>58</sup> execrantia nomen  
 Vota, minus magnos commoveantve Deos.  
 Illum ego devoveo, quem mens <sup>59</sup> intelligit Ibin,  
 Qui se scit factis has meruisse <sup>60</sup> preces.  
 Nulla mora est in me: peragam rata vota sacerdos; <sup>99</sup>  
 Quisquis ades sacris, ore favete, meis.  
 Quisquis ades sacris, lugubria <sup>61</sup> dicite verba;  
 Et fletu madidis Ibin adite genis:  
 Omnibusque malis, pedibusque occurrite laevis,  
 Et nigræ vestes corpora vestra tegant. <sup>100</sup>  
 Tu <sup>62</sup> quoque quid dubitas <sup>63</sup> ferales sumere vittas?  
 Jam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.  
 Pompa parata tibi est: votis mora tristibus absit:  
 Da jugulum cultris, hostia dira, meis.  
 Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas: <sup>105</sup>  
 Deneget afflatus ventus, & aura suos.  
 Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida <sup>64</sup> Phœbe:  
 Destituant oculos sidera cuncta tuos.  
 Nec se <sup>65</sup> Vulcanus, nec se tibi præbeat aër:  
 Nec tibi det tellus, nec tibi Pontus iter. <sup>110</sup>  
 Exsul, inops erres, alienaque limina <sup>66</sup> lustres:  
 Exiguumque petas ore <sup>67</sup> tremente cibum.  
 Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolores:  
 Noxque die <sup>68</sup> gravior sit tibi, nocte dies.

<sup>54</sup> Talia, tam certa, ac fuere  
 verba Thesei, qui filio Hippoly-  
 to à Neptuno mortem precatus  
 est. <sup>55</sup> Thesei, qui gener erat  
 Pasiphaës, cujus filiam Ariadnem  
 habeat in matrimonio. <sup>56</sup> Omi-  
 sero. <sup>57</sup> Magis miser fit Ibis,  
 quam quidem ego ingenio meo  
 possim excogitare. <sup>58</sup> Nomen  
 enim in execrationibus exprimi  
 debebat, si quidem diræ esse ra-

tæ deberent. <sup>59</sup> Non fictum  
 quandam Ibin, sed eum, quem  
 novi, & in mente habeo, dum  
 dira ipsi imprecor. <sup>60</sup> Vota,  
 imprecationes. <sup>61</sup> Scil. infaus-  
 ta. <sup>62</sup> Ibin alloquitur. <sup>63</sup> A-  
 tras. <sup>64</sup> Luna. <sup>65</sup> Ignis, cui  
 præest Vulcanus. <sup>66</sup> Adeas do-  
 mos alienas. <sup>67</sup> Timido. <sup>68</sup> Me-  
 lestior.



Sisque misere semper, nec sis <sup>69</sup> miserabilis ulli: 115  
 Gaudeat adversis femina <sup>70</sup> virque tuis.  
 Accedat lacrymis odium, <sup>71</sup> dignusque putere,  
 Qui mala, cum tuleris plurima, plura feras.  
 Sitque, quod est rarum, solito <sup>72</sup> defecta favore  
 Ærumnæ facies invidiosa tuæ: 120  
 Causaque non desit, desit tibi copia mortis:  
 Optatam fugiat vita coacta necem.  
 Luctatusque diu cruciatus spiritus artus  
 Deserat; & longa torqueat <sup>73</sup> ante morâ.  
 Evenient: <sup>74</sup> dedit ipse mihi modo signa futuri 125  
 Phoebus; & à lævâ <sup>75</sup> mœsta volavit <sup>76</sup> avis.  
 Certè ego, quæ voveo, Superos motura putabo:  
 Speque tuæ mortis, perfide, semper alar.  
 Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim:  
 Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit. 130  
 Et prius hanc animam, nimium tibi sæpe petitam,  
 Auferat illa dies, quæ mihi <sup>77</sup> sera venit;  
 Quam <sup>78</sup> dolor unquam spatio <sup>79</sup> evanescere possit;  
 Leniant aut odium tempus, & hora meum.  
 Pugnabunt jaculis dum Thraces, Jazyges arcu, 135  
 Dum tepidus <sup>80</sup> Ganges, frigidus Ister erit;  
 Robora dum montes, dum pabula molliâ campi,  
 Dum <sup>81</sup> Tiberis <sup>82</sup> flavas <sup>83</sup> Tuscus habebit aquas;  
 Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras;  
 Sæva sed in <sup>84</sup> Manes <sup>85</sup> manibus arma <sup>86</sup> dabit. 140  
 Tum quoque, cum vacuas fuero <sup>87</sup> dilapsus in auras,

69 Nemo tui misereatur. 70  
 Id est, quilibet. Periphr. 71 A-  
 liorum, alii te odio habeant.  
 72 Destituta. 73 Scilicet artus.  
 74 Hæc, quæ tibi imprecaus  
 sum. 75 Sinistra cæli parte, un-  
 de prospera erant Romanis au-  
 guria, quemadmodum Barbaris,  
 Græcisque prospera ea quæ à  
 dextra cæli regione observaban-  
 tur. 76 Avis infausti omnis.  
 77 Mortis dies; quæ tarde me  
 aufert. 78 Ira erga te mea. 79  
 Scilicet temporis, tempore. 80 Flu-

vius maximus Indiæ, de quo Geo-  
 graphos lege. & Curtium VIII. 9.  
 81 Fluvius alluens Romam, Al-  
 bula dictus antea. Vid. Livius I.  
 33. 82 Tiberis flavas habere  
 aquas, epitheto frequentissimo,  
 immo perpetuo. 83 Tiberis Tus-  
 cus etiam Virgil. habet Georg. I.  
 469. à Tuscia Italiæ regione, in  
 qua Tiberis oritur. 84 Tuos.  
 85 Meis manibus umbræ, mor-  
 tuo mihi. 86 Scilicet mors. 87 Mor-  
 tuus.



Exanimis mores oderit umbra <sup>88</sup> tuos.  
 Tum quoque factorum veniam memor umbra tuorum;  
 Insequar & vultus ossea <sup>89</sup> larva tuos.  
 Sive ego, quod nolim, longis consumptus <sup>90</sup> ab an-  
 nis,

145

Sive manu <sup>91</sup> factâ morte <sup>92</sup> solutus ero:  
 Sive per immensas <sup>93</sup> jactabor naufragus undas;  
 Nostraque <sup>94</sup> longinquus viscera piscis edet:  
 Sive peregrinæ <sup>95</sup> carpent mea membra <sup>96</sup> volucres:  
 Sive meo tingent sanguine <sup>97</sup> rostra lupi: 150  
 Sive aliquis dignatus erit supponere <sup>98</sup> terræ,  
 Aut dare plebejo corpus <sup>99</sup> inane rogo.  
 Quidquid ero, <sup>100</sup> Stygiis erumpere nitar ab oris,  
 Et tendam gelidas <sup>1</sup> ultor in ora <sup>2</sup> manus.  
 Me vigilans cernes: tacitis ego noctis in umbris 155  
 Excuriam <sup>3</sup> somnos, visus adesce, tuos.  
 Denique quidquid ages, ante os, oculosque <sup>4</sup> volabo;  
 Et querar; & nulla <sup>5</sup> sede quietus eris.  
 Verbera <sup>6</sup> torta dabunt sonitum, nexæque <sup>7</sup> colubris

88 Mea. 89 Pari modo Seneca dixit *Laryarum habitum ossibus coherentium*, ep. 24. 90 Debilitatus, & annis, ac senectute, quæ ipsa morbus est, mortuus ero, quod fieri nolim. 91 Violento mortis genere. 92 Solvi dicuntur, qui obeunt: mors enim, un Plato ait *λύσις* est, *καὶ χωρισμός ψυχῆς ἀπὸ σώματος*. 93 Naufragio peream. 94 Peregrinus. 95 Discerpent, devorabunt. 96 Vultures. 97 Rostrum habere propriè aves dicuntur, deinde & canes, cervi, delphinii, apri. 98 Sepelire. 99 Mortuum, exsanguem, quasi inane ab anima. 100 Ab inferis. 1 Mortuus, exsanguis. 2 Tum te aggrediar terrendo. Iratorum vero est, in os, seu faciem alterius manus tendere. 3 Turbabo, rumpam. 4 Versabor. 5 Loco. 6 Ita alii etiam loquentur. Ti-

bullus I. VI.

... nec demens verbera torta timet.

Item Eleg. IX.

... intortio verberare terga seca.

Val Flaccus VIII.

Inde velut torto furiarum erecta flagello,

Prosili,

7 Loquitur de furis, & earumdem instrumentis, de quibus quamquam sit notus Ciceronis locus, tamen hic etiam eum legere voluissemus. Et vero in Orat. pro Sexto Roscio, cap. 24. Nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui aliquid impie, scelerateque comiserint, agitari, & perterri FURIARUM TÆDIS ardentibus. Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque affecit: suæ male cogitationes conscientiaque animi terrent: hæc sunt im-



Conscia fumabunt semper ad ora facēs. 160  
 His vivus furis agitabere, mortuus isdem:  
 Et brevior poena vita futura tua est.  
 Nec tibi contingent <sup>8</sup> funus, lacrymæque tuorum.  
<sup>9</sup> Indeploratum projicere caput.  
 Carnificisque manu, populo plaudent, trahêris; 165  
 Infixusque tuis ossibus <sup>10</sup> uncus erit.  
 Ipse te fugient, quæ carpunt omnia, <sup>11</sup> flammæ:  
 Respuet invisum justa cadaver <sup>12</sup> humus.  
 Unguibus, & rostro <sup>13</sup> tardus trahet ilia vultur:  
 Et <sup>14</sup> scindent avidæ perfida corda canes. 170  
 Deque tuo fiet (licet hac sis laude <sup>15</sup> superbus)  
 Insatiabilibus corpore rixa lupis.  
 In loca <sup>16</sup> ab Elysiis diversa fugavere campis;  
 Quasque tenent sedes noxia <sup>17</sup> turba, coles.  
 Sisyphus <sup>18</sup> est illic saxum volvensque, <sup>19</sup> petens-  
 que,  
<sup>20</sup> Quicquid <sup>21</sup> agitur rapidæ <sup>22</sup> vinctus ab orbe ro-  
 tæ;  
 Quæque gerunt humeris perituras <sup>23</sup> Belides undas,  
 Exsulis Ægypti, turba <sup>24</sup> cruenta, nurus.

*impiis assidue, domesticæque su-  
 riæ, quæ dies, noctesque paren-  
 tum pœnas ad consceleratissimis fi-  
 liis repant. Vid. ad huc locum  
 Cl. Gesnerum, tu Chrestoma-  
 thia Ciceroniana, p. 60. n. 10.  
 8 Non sepeliris, quod infelici-  
 tatis magnam partem judicabant  
 veteres, qui optabant sepeliri,  
 morientibus sibi oculos claudi  
 ab amicis, & lugeri. 9 Tu in-  
 deploratus. 10 Unco, cadaveri  
 tuo impacto, carnifex te trahet.  
 11 Non poteris comburi. 12 Ter-  
 ra non obrueris. 13 Perseverans  
 trahendo. 14 Dilacerabunt, in-  
 niabunt. 15 Hac re poteris glo-  
 riari. 16 In Elysiis campis te  
 non ferent piorum umbræ. 17 Im-  
 probi. 18 Vid. nostr. Met. IV.*

459 latrociniorum etenim is suo-  
 rum pœnas dat apud inferos ita,  
 ut saxum ingens in montem ad-  
 volvat, vix vero maximo labore  
 advolutum illud statim relaba-  
 tur. 19 Relapsum advolvens de-  
 nuo. 20 *ixion* scil. Metam. IV.  
 426. 21 Circumagitur. 22 Illi-  
 gatus rotæ. 23 Filia Danai, si-  
 gili Beli, Ægypti Regis, quæ  
 quinquaginta erant, matrimonio-  
 que cum totidem filiis Ægypti  
 Regis junctæ, quos una nocte  
 omnes interemerunt, excepta  
 una, pœnam id propter dantes a-  
 pud inferos. Vid. Luciam Tom. I.  
 p. 247 Dial. marin. p. 285. Hy-  
 gin. fab. 168. 24 Crudelis, ob  
 interfectos sponso.



Poma pater <sup>25</sup> Pelopis præsencia quærit, & idem  
 Semper eget, liquidis semper abundat aquis. 180  
 Jugeribusque <sup>26</sup> novem qui <sup>27</sup> summus distat ab <sup>28</sup> imo,  
 Visceraque assiduæ debita præbet avi.  
 Hic tibi de Furiis <sup>29</sup> scindet latus una flagello,  
 Ut sceleris numeros confiteare tui:  
 Altera Tartareis <sup>30</sup> sectos dabit anguibus artus: 185  
 Tertia fumantes <sup>31</sup> incoquet igne genas.  
 Noxia mille modis lacerabitur umbra; tuasque  
<sup>32</sup> Æacus in pœnas <sup>33</sup> ingeniosus erit.  
 In te <sup>34</sup> transcribet veterum tormenta reorum:  
 Manibus antiquis causa <sup>35</sup> quietis eris. 190  
 Sisyphe, cui tradas revolubile <sup>36</sup> pondus habebis:  
 Versabunt celeres nunc nova membra rotæ.  
 Hic erit, & ramos frustra qui captet & undas:  
 Hic inconsumpto viscere pascet avem.  
 Nec mortis <sup>37</sup> pœnas mors altera finiet hujus: 195  
 Horaque erit tantis ultima nullis malis;  
 Inde <sup>38</sup> ego pauca canam; frondes ut si quis ab Ida,  
 Aut summam Libyco de <sup>39</sup> mare carpat aquam:  
 Nam neque quot flores Sicula nascentur in Hybla,  
 Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos: 200  
 Nec cum tristis hyems Aquilonis inhorruit <sup>40</sup> alis,  
 Quam multa fiat grandine canus <sup>41</sup> Athos:

<sup>25</sup> Tantalus, qui quod Jovis mysteria Deorum mensæ adhibitus prodidit, apud inferos ita puniri fingitur, ut sitiât in aqua ori ejus allabenti. Noster 2. Amor. eleg. 2. 43.

*Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.*

*Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.*

<sup>26</sup> Titus. Tibullus I. eleg. 3. 75. Porrectusque nomen Tityus per jugera terræ

*Assiduus atro viscere pascit aves.*

<sup>27</sup> Capite. <sup>28</sup> Pedibus: caput ejus, & pedes distant novem jugeribus. <sup>29</sup> Percutiet, & vul-

nerabit. <sup>30</sup> Faciet, ut angues morsus tibi inferant. <sup>32</sup> Aduret faciem tuam face sua. <sup>32</sup> Index inferorum. <sup>33</sup> Pœnas ad te cruciandum novas excogitabit. <sup>34</sup> Transferet. <sup>35</sup> Tu facies, ut interea dum omnibus modis excruciaris, vacent à supplicio cæteri apud inferos rei. <sup>36</sup> Lapidem, qui identidem relabitur. <sup>37</sup> Nec pœnæ hæ, morti æquiparandæ, finientur ulla alia morte. <sup>38</sup> Malorum tuorum pauca referam. <sup>39</sup> De mari, antique. <sup>40</sup> Flatu aquilonis quando frigus ingruit. <sup>41</sup> Altissimus mons in Macedonia.

Aa

Nec



Nec mala voce meâ possint tua cuncta referri;  
 Ora licet tribuas multiplicata mihi.  
 Tot tibi, vâ misero, venient talisque <sup>42</sup> ruinâ, 205  
 Ut cogi in lacrymas me quoque posse putem.  
 Illâ me lacrymâ facient sine <sup>43</sup> fine beatum:  
 Dulcior hic risu tum mihi fletus erit.  
 Natus es infelix (ita Dî voluere) nec ulla  
 Commoda nascenti stella, <sup>44</sup> levisve, fuit. 210  
 Non Venus affulsit, non illâ Jupiter <sup>45</sup> horâ:  
 Lunâve non <sup>46</sup> apto, Solve fuere loco.  
 Nec satis utiliter positos tibi præbuit ignes,  
 Quem peperit magno lucida <sup>47</sup> Maja Jovi.  
 Te fera, nec quidquam placidum <sup>48</sup> spondentia, Martis  
 Sidera presserunt, <sup>49</sup> falciferique senis.  
 Lux quoque natalis (ne quid, nisi triste videres)  
 Turpis, & inductis nubibus atra fuit.  
 Hæc <sup>50</sup> est, in fastis cui dat gravis Allia nomen,  
 Quæque dies Ibin, publica <sup>51</sup> damna, tulit. 220  
 Qui <sup>52</sup> simul, impuræ matris <sup>53</sup> prolapsus ab alvo,  
<sup>54</sup> Cinyphiam foedo corpore pressit humum,  
 Sedit in adverso nocturnus culmine bubo,  
<sup>55</sup> Funereoque <sup>56</sup> graves edidit ore sonos.  
 Protinus <sup>57</sup> Eumenides lavere palustribus ulvis, 225  
 Qua cava de Stygiis fluxerat unda vadis;  
 Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ,

42 Mala evenient. 43 Beatissimum. 44 Auspicata, fausta. 45 Qua es natus. 46 Aspectu sinistro, & infelici ascendens signum respexerunt. 47 Mercurius, ejusve stella. 48 Dira quælibet, ac mala portententia. 49 Saturni, qui felicem invenit, & gestat. 50 Natalis tuus, & dies Allensis in idem incidunt tempus, & æque sunt infausti. Allia, Italiæ fluvius, gravis, hoc est, tristis, & luctuose recordationis dicitur ideo, quod à Gallis, Brenno duce, Romani ad eum fluvium magna strage cæsi

fuere. Vid. Livius 5. 37. & 6. 1. 51 Eadem dies etiam publicis damnis Romanos affecit, ob eandem, de qua est admonitum. 52 Simulac. 53 Editus partu. 54 Africanam, à Cinypho, flumine Afr. Dicitur forte natum esse Ibin in terra Cinyphia, ob faciendos hircos, qui ibi erant, quæque similis sit Ibis, vel quia maxima monstrorum copia ibi erat, unde est quod dicitur vulgò: *Africa semper aliquid novi*. Vid. Boess. & al. in edit. Burman. 55 Infausto. 56 Querulo, male ominantes. 57 Furæ infernales.



Terque cruentatas increpûere manus:  
 Gutturaque imbuerunt <sup>58</sup> infantia lacte canino;  
 Hic primus pueri venit in ora cibus. 230  
 Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus;  
 Latrat & in toto verba <sup>59</sup> canina foro.  
 Membraque vinxerunt tinctis <sup>60</sup> ferrugine pannis,  
 A male deserto quos rapuere rogo.  
 Et, ne non fultum nudâ tellure jaceret, 235  
 Molle <sup>61</sup> super silices imposuere caput.  
 Jamque <sup>62</sup> recessuræ <sup>63</sup> viridi de stipite factas  
 Admôrunt oculis usque sub ora faces.  
 Flebat, ut <sup>64</sup> est infans fumis contactus amaris:  
 De tribus est cum sic una loquuta <sup>65</sup> soror; 240  
 Tempus in immensum lacrymas tibi vovimus istas,  
 Quæ semper causa <sup>66</sup> sufficiente cadant.  
 Dixerat, at Clotho jussit promissa valere:  
 Nevit & infaustâ stamina pulla manu.  
 Et ne longa suæ <sup>68</sup> præsgia diceret horæ, 245  
 Fata canet vates qui tua, dixit, erit.  
 Ille ego sum vates; ex me tua <sup>69</sup> vulnera disces,  
 Dî modo dent <sup>70</sup> vires in mea verba suas.  
 Carminibusque meis accedant pondera <sup>71</sup> rerum,  
 Quæ rata per luctus experiare tuos. 150  
 Neve sine <sup>72</sup> exemplis ævi cruciari prioris,  
 Sint tua <sup>73</sup> Trojanis non leviora malis.  
 Quantaque clavigeri <sup>74</sup> Præantius Herculis hæres,  
 Tanta venenato vulnera crure geras.  
 Nec levius doleas, quam qui bibit ubera <sup>75</sup> cervæ, 255  
 Armatique tulit <sup>76</sup> vulnus, inermis <sup>77</sup> opem.

<sup>58</sup> Infantis hujus, Ibin intellige. <sup>59</sup> Maledictis alios proscindit. <sup>60</sup> Atro colore. <sup>61</sup> Tenerum. <sup>62</sup> Eumenides scilicet. <sup>63</sup> Infelicitis ob fumum. <sup>64</sup> Postquam. <sup>65</sup> Parca. <sup>66</sup> Ob sufficientes malorum causas. <sup>67</sup> Infelicia. <sup>68</sup> Mala futura enarraret. <sup>69</sup> Calamitates, infortunia. <sup>70</sup> Rata faciant, quod vaticinor. <sup>71</sup> Re comprobentur carmina

mea, infausta tibi omnia prædictentia. <sup>72</sup> Ut exemplo aliquorum temporis antiqui affigaris. <sup>73</sup> A Trojanorum calamitatibus ortum proverbium, *Ilus malorum*. <sup>74</sup> Philoctetas, fil. Præantius. <sup>75</sup> Telephus notatur. <sup>76</sup> Ab Achille accepit. <sup>77</sup> Opem tulit ab eodem Achille, qui vulnus ejus curavit. Vid. var. lect. apud Burmann. quem sequimur.



78 Quique ab equo præceps in 79 Aleïa decedit arva;  
Exitio facies cui sua pæne fuit.

Id, quod 80 Amyntorides, videas; trepidumque mi-  
nistro

Præterentes 81 baculo, 82 luminis orbus iter. 260

Nec plus aspicias, quam 83 quem sua filia rexit;

Expertus scelus est cuius uterque parens.

84 Qualis erat, postquam est iudex de lite jocosa

Sumptus, 85 Apollineâ clarus in arte 86 senex.

Qualis & 87 ille fuit, quo præcipiente 88 columba 265

Est data 89 Palladiæ prævia, duxque rati.

Quique 90 oculis caruit, per quos male viderat 91 au-  
rum:

Inferias nato quos dedit orba parens.

Pastor ut 92 Ætnæus, cui casus 93 ante futuros

Telemus Eurymidæ vaticinatus erat. 270

Ut duo 94 Phinidæ, quibus idem 95 lumen ademit,

Qui dedit: ut 96 Thamyræ, 97 Demodocique caput

Sic aliquis tua membra secer; Saturnus 98 ut illas

Subsecuit partes, unde creatus erat.

Nec tibi sit melior tumidis Neptunus in undis, 275

78 Bellerophon, Pegaso vec-  
tus, & quum ad cælum propius  
venisset, ab Iove percussus e-  
quo decedit. 79 Locus est, quo  
lapsus erravit Bellerophon. 80  
Phoenix, visu à patre Amyntore  
privatus, quum rem habuisset  
cum pellice. 81 Quæras iter  
prætenso baculo, tentes, an tuta  
via possis incendere. 82 Ocu-  
lis privatus, & visu. 83 Oedi-  
pus, qui post interfectam  
matrem, & patrem cæcus fac-  
tus ab Ismene filia regebatur,  
ac ducebatur. 84 Quæ erat quæ-  
stio, virine, an mulieres majore  
fruerentur libidine, de qua con-  
tra Junonem pronuntians Tire-  
sias ab ea est oculis privatus.  
85 Vaticinandi arte. 86 Tire-  
sias. 87 Phineus, à Diis excæ-

catus. 88 Qui præcepit Argo-  
nautis, ut inter petras Cyanæ  
columbam, quam Diï mitterent,  
sequerentur. 89 Argo enim na-  
vis Palladis cura fabricata erat.  
90 Id est, Polymnestor, ab He-  
cuba excæcatus. 91 Polydori,  
quem hospitio susceperat, auro  
captus, eum obruncavit. 92 Po-  
lyphemus. 93 Cui ante vaticina-  
tus erat Telemus, fore, ut ab  
Ulysse excæcaretur. 94 Orythus,  
& Crambis Phinei ex Cleopatra  
filii, quos pater privavit visu.  
95 Id est Thamiras, qui lyra, & car-  
mine Musas in certamen vocare  
ausus ab iis excæcatus est. 97  
Lator cæcus apud Homerum. 98  
Vid. Mythographos de Saturni  
eo facinore.

Quam



Quam <sup>99</sup> cui sunt subitæ <sup>100</sup> frater & <sup>1</sup> uxor aves.  
 Sollertique <sup>2</sup> viro, laceræ quem fracta tenentem  
 Membra ratis Semeles est miserata <sup>3</sup> soror.  
 Vel tua, ne poenæ genus hoc cognoverit <sup>4</sup> unus,  
 Viscera <sup>5</sup> diversis scissa ferantur equis. 280  
 Vel quæ, <sup>6</sup> qui redimi Romano turpe putavit,  
 A duce Puniceo <sup>7</sup> pertulit, ipse feras.  
 Nec tibi subsidio sit præsens numen: ut <sup>8</sup> illi,  
 Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.  
 Utque dedit saltus è summo <sup>9</sup> Thessalus Ossa, 285  
 Tu quoque saxoso præcipitere jugo.  
 Aut velut <sup>10</sup> Euryali, qui sceptrum cepit ab <sup>11</sup> illo,  
 Sint artus avidis anguibus esca tui.  
 Vel tua <sup>12</sup> maturet, sicut <sup>13</sup> Minoia fata,  
 Per caput infusæ fervidus humor aquæ: 290  
 Utque parum <sup>14</sup> miti<sup>9</sup>, sed non impune <sup>15</sup> Prometheus,  
 Aërias volucres sanguine <sup>16</sup> fixus alas,  
 Ac, velut <sup>17</sup> Etracides magno <sup>18</sup> ter ab Hercule quin-  
 tus,  
 Cæsus in immensum projiciare fretum.

99 Cæcyi. 100 Dædalion. 1 Halcyone. 2 Ulyssi. 3 Ino. 4 Tantum unus Metius F. expertus sit. Livius l. 2. 8. sic de eo: *Exinde duabus admotis quadrigis in currus earum distentum illigat Metium. Deinde in diversum iter equi concitati lacerum in utroque curru corpus, qua inheserant singulis membra, portantes, cætera.* 5 In contrarium, seu diversum iter concitatis. 6 Atrilius Regulus, qui Romanis persuasit, ne captivos permutarent. Itaque ipse rediit Carthaginem, & ibi in arcam ligneam coniectus clavis introrsum actis vigiliis, ac dolore punitus est. Vid. inter cæteros Aul. Victor. c. 40. 7 Carthaginense Amicare. 8 Scilicet non fuit subsidio. Intelligit vero Priamum, qui desperata sa-

lute, ad aram Jovis Hercei confugit; at, auxilium ei non ferente Jove, à Pyrrho est interceptus. 9 Fil. Hæmonis, ab Euryalo ex Ossa monte præcipitatus. 10 Velut artus Euryali, quem angues, Eumenidum ira absumpserunt. 11 Thessalo, quem ex Ossa dejecerat. Erant autem & Thessalus, & Euryalus Reges Thessaliæ. 12 Acceleret mortem. 13 Minos à Cocalo, rege Siciliæ, in thermis suffocatus fuit. 14 Scilicet sanguine. 15 A Vulcano alligatus monti Caucasio, aquillam pascit in jecore suo. 16 Religatus. 17 Etracides à Cleba puero, Dori fil. quem in deliciis habebat, occisus est. 18 A ter magno, hoc est, maximo, post magnum Herculem illum Hercules quintus vocatus.

Aa 3

Aut



Aut, ut <sup>19</sup> Amyntiaden, turpi dilectus amore 295  
 Oderit <sup>20</sup>, & sævo vulneret ense puer.  
 Nec tibi fida magis misceri pocula possint,  
 Quam <sup>21</sup> qui cornigero de Jove natus erat.  
 More vel intercas capti suspensus <sup>22</sup> Achæi,  
 Qui miser <sup>23</sup> aurifera tesce pependit aquas. 300  
 Aut, ut <sup>24</sup> Achillidæ cognato nomine clarum  
 Opprimat hostili tegula jacta manu.  
 Nec tua, quàm <sup>25</sup> Pyrrhi, felicius ossa quiescant,  
 Sparsa per <sup>26</sup> Ambracias quæ jacuere vias.  
 Nataque ut <sup>27</sup> Æacidæ, jaculis moriaris adaectis: 305  
 Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.  
 Utque nepos dicti nostro modo carmine <sup>28</sup> regis.  
<sup>29</sup> Cantharidum succos, dante <sup>30</sup> parente, bibas.  
 Aut pia te cæso dicatur adultera, sicut  
 Qua cecidet <sup>31</sup> Leucon vindice, dicta pia est. 310  
 Inque pyram tecum carissima pignora mittas;  
 Quam finem vitæ Sardanapalus habet.  
 Utque Jovis <sup>32</sup> Libyci templum violare <sup>33</sup> parantes,  
 Acta noto vultus condant arena tuos.  
 Utque necatorum <sup>34</sup> Daræi fraude secundi, 315  
 Sic tua <sup>35</sup> subsidens devoret ora cinis.  
 Aut, ut oliviferâ quondam <sup>36</sup> Sicyone fugato,

19 Philippum, Amyntæ Regis Macedon. fil. à Pausania Amasio interfectus. 20 Scil. Te. 21 Alexander Magnus, à pincerna Iola veneno occisus. 22 Andromachi filius erat, captusque ab Antiocho in Pactolo suspensus est. 23 In Pactolo Lydiæ fluv. seu ad Pactolum, ut is quasi supplicii esset testis. 24 Intellige Pyrrhum, qui ab Achille oriundus erat materno genere, & quem Argos contra Antigonum obsidentem regula dejecta annus occidit. 25 Neoptolomi, Achillis fil. cujus ossa dispersa per Ambraciam fuere. Vid. Hygin. f. 123. 26 Ambracia, urbs Epiri, Pyrrhi

regia. 27 Laodamia, Pyrrhi Æcidæ filia inimicorum telis Ambraciæ in Cereris templo interfecta. Videat. Justin. libr. 28. 28 Pyrrhi. 29 Veneno. Cantharis viridis musca est venenatissima 30 Matre. 31 Quem uxor Spartaci fratris, cum qua rem habuit, interfecit. 32 Jovis Ammonis. 33 Milites Cambysis, regis Persarum, quos missos ad Jovis templum populandum arena obruit. 34 Qui cives lapsos in cinerum congeriem obruit. 35 Cedens. 36 Urbe Achajæ, ex qua pulsus Neocles fame, & frigore perit.



Sit frigus mortis causa, famesque tuæ.  
 Aut, ut <sup>37</sup> Atarnites, insutus pelle juvenci  
 Turpiter ad dominum præda ferare tuum. 320  
 Inque tuo thalamo ritu jugulære <sup>38</sup> Pheræi,  
 Qui datus est leto conjugis ense suæ.  
 Quosque putas fidos, ut Larissæus <sup>39</sup> Alevas,  
 Vulnere non fidos experiare tuo.  
 Utque Milon, sub quo cruciata est <sup>40</sup> Pisa tyranno, 325  
 Vivus in occultas præcipiteris aquas.  
 Quæque in <sup>41</sup> Adimantum, Phliasia regna tenentem,  
 Ab Jove venerunt, te quoque tela petant.  
 Aut ut <sup>42</sup> Amastriacis quondam <sup>43</sup> Lenæus ab oris  
 Nudus <sup>44</sup> Achillea destituaris homo. 330  
 Utque vel Eurydamas ter <sup>45</sup> circum busta Thrasylli  
 Est <sup>46</sup> Larissæis raptus ab hoste rotis.  
 Vel <sup>47</sup> qui, quæ fuerat tutatus mœnia sæpe,  
 Corpore lustravit non diuturna suo:  
 Utque novum passâ genus <sup>48</sup> Hippomeneïde poenæ, 335  
 Tractus in <sup>49</sup> Actæa fertur adulter humo;  
 Sic, ubi vita tuos invisâ reliquerit artus,  
 Ultores rapiant turpe cadaver equi.  
 Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim  
 Fixa sub Euboïco <sup>50</sup> Graja fuere sinu: 340  
 Utque ferox periit & fulmine, & æquore <sup>51</sup> raptor;

37 Hermias, Atarnæ tyrannus.  
 38 Alexandri Pheræi, qui à Thebe uxore est interfectus, suspicione pellicatus. 39 Alevas Larise in Thessalia domus, à satellibus suis, quos fidos putabat, interfectus est. 40 Pisa in Elide ad ñuv. Alpheum, in quem à civibus Pisanis Milon tyrannus confectus est. 41 Deorum hic contemptor à Jove fulmine percussus. 42 Amastris, Bithiniæ urbs, unde Lenæus à Mitridate expulsus fugit in Achillis Dromon, ibique à suis est interfectus. 43 Dionysius Lenæus. 44 Loco, qui dicitur *Achilleus Dromos*, cursus Achillis. 45 Moris erat apud Thessalos, interfectorum corpora circa sepulcra eorum, quos inter-

fecerant, trahere, idque contigit Eurydamanti, utpote qui circa Thrasylli à se interfecti tumulum à Thrasylli fratre Simo est tractus. 46 Thessaliciis. 47 Hoc est. Hector. 48 Filia Hippomenis, Principis Athenarum, qui filiam in adulterio deprehensam equo addidit, qui carens alimentis eam lacerare cepit. Adulter verò per Atticam regionem ab equis fuit tractus. 49 Atheniensi, Attica. 50 Locrensiem, qui eversa Troja redeuntes naufragio in Eubææ promontoriis periere. 51 Ajax Oilei, qui, quod Cassandram in Palladis templo violasset, fulmine, & mari perit naufragus.



Sic te mersuras adjuvet ignis aquas.  
 Mens quoque sic Furiis vecors agitetur, ut illi  
 Unum cui toto corpore <sup>52</sup> vulnus erat.  
 Utque <sup>53</sup> Dryantidæ, <sup>54</sup> Rodopeia regna tenenti, <sup>348</sup>  
 In gemino dispar cui pede <sup>55</sup> cultus erat.  
 Ut fuit <sup>56</sup> Oetæo <sup>57</sup> quondam, <sup>58</sup> generoque draconum,  
<sup>59</sup> Tisamenique patri, <sup>60</sup> Callirhoësque viro.  
 Nec tibi contingat matrona pudicior illâ,  
 Qua potuit <sup>61</sup> Tydeus erubuisse nuru. <sup>350</sup>  
 Quæque sui venerem junxit cum fratre mariti,  
<sup>62</sup> Locris in ancillæ dissimulata necem.  
 Dî quoque tam faciant possis gaudere fideli  
 Coniuge, quam <sup>63</sup> Talia, <sup>64</sup> Tyndareique gener.  
 Quæque, parare suis letum patruelibus ausæ, <sup>355</sup>  
 Belides, assidua <sup>65</sup> colla premuntur aqua.  
<sup>66</sup> Byblidos, & <sup>67</sup> Canaces, sicut facit, ardeat igne:  
 Nec, nisi per crimen, sit tibi nota soror.  
 Filia si fuerit; sit quod <sup>68</sup> Pelopæa Thyestæ,  
<sup>69</sup> Myrrha suo patri, <sup>70</sup> Nyctimeneque suo. <sup>360</sup>

<sup>52</sup> Marsyam intellige, qui ab Apolline est excoriatus, quod in certamen tibiarum cum eo descendere fuerit ausus. <sup>53</sup> Lycurgo, filio Dryantis. <sup>54</sup> Rhodope mons Thraciæ est. <sup>55</sup> Qui excisurus vites, alterum pedem excidit, vel læsit. <sup>56</sup> Scilicet mens furiis agitata. <sup>57</sup> Herculi, ab Oeta monte: Hercules enim ille bis furore est correptus. Oeta inter Thessaliam, & Macedoniam est, in quo arsit Hercules, ejusque ossa sepulta fuere. <sup>58</sup> Athamas significatur, qui insauit Junonis ira. Gener erat Cadmi, & Harmoniæ, qui profecti in Illyricum in dracones vertebantur. <sup>59</sup> Pater Tisameni erat Orestes. Mater Tisameni est Hermione. <sup>60</sup> Alcæoni, marito Callithoës, quæ fuit filia Acheloi. <sup>61</sup> Tydeus Diomedis pater. Diomedes vero uxorem ha-

bebat Ægialen, longe impudicissimam feminam. <sup>62</sup> Hypermetra Locrensis, quæ postquam cum mariti fratre concubisset, pudore affecta dissimulare rem voluit, ac id propter ancillam, & servum, quasi concumbentes deprehendisset, interfecit. <sup>63</sup> Amphiaræus, qui habebat in matrimonio Euriphylen, Talai filiam. <sup>64</sup> Agamemnon, cujus uxor erat Clytemnestra, Tyndari fil. <sup>65</sup> Ad colla quod attinet, quæ apud inferos aquam portant. <sup>66</sup> Byblis fratri Cauni amore arsit. Erat Mileti, & Cyanes filia. <sup>67</sup> Canace Acoli, & Amphitæ fil. fratrem Macareum impudice amavit. <sup>68</sup> Quæ cum Thyeste patre inscio concubuit. <sup>69</sup> Cum Cinyra hæc concubuit. <sup>70</sup> Isthæc cum Necteo turpiter vixit.

Nem



Neu pia , neve magis capiti sit fida paterno ,  
 Quam tibi vel , <sup>71</sup> Pterela , vel tibi , <sup>72</sup> Nise ,  
 fuit.

Infamemque locum sceleris <sup>73</sup> quæ nomine fecit ,  
 Pressit & inductis membra paterna <sup>74</sup> rotis.

<sup>75</sup> Ut juvenes , pereas , quorum fastigia <sup>76</sup> vultus 365  
 Olim Pisæ sustinuere foris.

Ut qui perfusam miserorum sæpè procorum  
 Ipse suo melius sanguine <sup>77</sup> tinxit humum.

Proditor <sup>78</sup> ut sævi periit auriga tyranni ,  
 Qui nova <sup>79</sup> Myrtos nomina fecit aquæ. 370

Ut \* qui velocem frustra petiere puellam :  
 Dum capta est pomis tardior illa tribus.

Ut <sup>1</sup> qui tecta novi formam celantia <sup>2</sup> monstri  
 Intrarunt cæcæ non redeunda demus.

Ut quorum <sup>3</sup> Æacides misit violentus in altos 375  
 Corpora cum <sup>4</sup> senis altera <sup>5</sup> sena rogos.

Ut quos , obscuri <sup>6</sup> lusos ambagibus oris ,  
 Legimus infandæ <sup>7</sup> Sphingæ dedisse neci.

Ut qui <sup>8</sup> Bistonix templo <sup>9</sup> cecidère Minervæ :  
 Propter quod facies nunc quoque tecta Deæ est. 380

<sup>71</sup> Rex Thebarum proditione filie Polydices à Creonte fuit trucidatus , vel de Comæthone , Cephalî amore capta , intelligendus noster. <sup>72</sup> Nisus , Pandionis , regis Athen. fil. qui interemptus est amisso crine , fatali scelere Scyllæ filie , amore Minois capta. <sup>73</sup> Tullia Tarquini Roman. regis dicitur , à cuius scelere locus Romæ vocatus est *vicus sceleratus*. <sup>74</sup> Livius l. 4. 8. *Fædum* , inquit , inhumanumque inde traditur scelus , monumentoque locus est , *SCELERATUM VICIUM* vocant , quo amens , agitantibus furiis sororis , ac viri Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur. <sup>75</sup> Proci Hippodamix , quorum curuli certamine victorum capita ab Oenomao , Rege

Pisæ , foris sunt affixa. <sup>76</sup> Capita abscissa. <sup>77</sup> Oenomaus tandem ipse à Pelope victus se interfecit. <sup>78</sup> Myrtilus in mare projectus quum pactam mercedem ab Hippodamia postulare. Præcipitavit eum Pelops. <sup>79</sup> Myrtoo pelago , inter Ægeum , & Ionium mare. \* Proci Atlantæ. Vid. Met. X. 1. Qui Minotaurum in labyrintho Minos obiecti sunt. 2 Minotauri. 3 Achilles , qui 12. Trojanorum corpora rogo Patrocli injecti. 4 Sex corporibus. 5 Adhuc sex corpora. 6 Delusus , captos. 7. Vid. omnino Tabulam Ceberis , c. 3. & p. 23. doctissimam Aug. Biscosii adnotationem. 8 Thraciæ , dictum est ad lib. ex Ponto. 9 Mactati sunt , invita Dea.

Ut



Ut qui <sup>10</sup> Threïcii quondam præsepia regis  
 Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.  
<sup>11</sup> Therodamantêos ut qui pavêre leones;  
 Quique <sup>12</sup> Theoantæ Taurica sacra <sup>13</sup> Deæ.  
 Ut quos Scylla vorax, Scyllæque adversa Charibdis,  
<sup>14</sup> Dulichiæ pavidos eripuerunt rati; 386  
 Ut quos <sup>15</sup> demisit vastam Polyphemus in alvum:  
 Ut <sup>16</sup> Læstrigonas qui subiere domos.  
 Et jactò canas pulvere fecit aquas. 390  
 Sex bis ut <sup>18</sup> Icaridos famulæ periêre procique,  
 Inque caput domini qui <sup>19</sup> dabat arma procis.  
 Ut jacet <sup>20</sup> Aönio luctator ab hospite fusus,  
<sup>21</sup> Qui (mirum) victor, cum <sup>22</sup> cecidisset, erat.  
 Ut quos <sup>23</sup> Antæi fortes pressere lacerti; 395  
 Quosque feræ morti <sup>24</sup> Lemnia turba dedit.  
 Ut \* qui <sup>25</sup> post longum sacri monstrator iniqui  
 Elicit pluvias victima cæsus aquas.  
 Frater <sup>26</sup> ut Antæi, quo sanguine debuit, aras  
 Tinxit; & exemplis occidit ipse suis. 400  
 Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis  
<sup>27</sup> Impius humano viscere pavit equos.  
 Ut duo diversis sub eodem <sup>28</sup> vindice cæsi  
 Temporibus Nessus, <sup>29</sup> Dexamenique gener.  
 Ut <sup>30</sup> pronepos, Saturne, tuus, quem reddere vitam 405

<sup>10</sup> Diomedes, qui equos hominum carne pavit. <sup>11</sup> Therodamantis, Scythiæ Regis, qui leones humano sanguine aluit. <sup>12</sup> Thoas regionis Tauricæ Rex, ab eo Dea *Theoantea* est Diana, cui homines immolabantur. <sup>13</sup> Diana. <sup>14</sup> Ulyssis navis. <sup>15</sup> Devoravit. <sup>16</sup> Antiphatis Læstrygoni, qui devoravit socium Ulyssis, navesque ejus, præter unam, submersit. <sup>17</sup> Amilcar, qui jusit Acerranorum senatum, induciis fidentem, puteis mergi, ac obrui saxis. <sup>18</sup> Penelopes. <sup>19</sup> Melanthius. <sup>20</sup> Anthæus, quem lucta Hercules necavit. <sup>21</sup> An-

thæus. <sup>22</sup> In terra enim vires recipiebat. <sup>23</sup> Quos certamine Antæus interemit. <sup>24</sup> Mulieres Lemnienses, quæ viros suos ad unum omnes interfecere. \* Thra-sius, Busiridem docens pluvias impetrare à Jove, cæso homine, primus ab eo interfectus est. <sup>25</sup> Crudelis sacrificii. <sup>26</sup> Aut Busirides, aut Pygmalion, qui hospites immolarunt. <sup>27</sup> Diomedes, qui equos suos hominum carne pavit, ab Hercule vero ipse equis devorandus projectus est. <sup>28</sup> Hercule. <sup>29</sup> Eurytion. <sup>30</sup> Periphetes ad Epidaurum à Theseo occisus.

Ip-



Ipse <sup>31</sup> Coronides vidit ab urbe suâ.  
 Ut <sup>32</sup> Sinis , & Sciron , & de <sup>33</sup> Polypemone natus  
<sup>34</sup> Quique homo parte sui , parte juvenus erat.  
<sup>35</sup> Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras,  
 Æquoris aspiciens <sup>36</sup> hujus , & hujus aquas. 410  
 Quæque Cæres vidit læto pereuntia vultu  
 Corpora Theseâ <sup>37</sup> Cercyonêa manu.  
 Hæc tibi , quem meritis <sup>38</sup> precibus mea devovet ira,  
 Eveniant , aut his non leviora malis.  
 Qualis Achæmenides Siculâ desertus in Ætnâ , 415  
 Troïca cum vidit vela venire , fuit.  
 Qualis erat nec non fortuna <sup>39</sup> binominis Iri,  
 Quique tenent <sup>40</sup> pontem , quæ <sup>41</sup> tibi pejor erit.  
<sup>42</sup> Filius & Cereris frustra <sup>43</sup> tibi semper ametur ;  
 Destituatque tuas usque <sup>44</sup> peritus opes. 420  
 Utque per alternos unda labente <sup>45</sup> recursus  
 Subtrahitur <sup>46</sup> presso mollis arena pedi ;  
 Sic tua nescio quo semper fortuna <sup>47</sup> liquescat ,  
 Lapsaque per medias effluat usque manus.  
 Utque <sup>48</sup> pater <sup>49</sup> solitæ varias mutare figuras 425  
<sup>50</sup> Plenus inextincta deficere fame.  
 Nec dapis <sup>51</sup> humanæ venient fastidia : quaque

<sup>31</sup> Æsculapius Coronidis fil. qui Epidauri in urbe colebatur.  
<sup>32</sup> Qui curbatas arboribus alligata hominum corpora in altum remittebat , ut discerperentur.  
<sup>33</sup> Procrustes , qui viatores lecticæ imponebat , & si longiores erant , patrem eminentem detruncabat ; sim vero breviores , pedibus extendebat.  
<sup>34</sup> Minotaurus à Theseo interfectus.  
<sup>35</sup> Fityocampes , quem alii à Sinis non differre dicunt.  
<sup>36</sup> Jonii , & Ægei : nam obsidebat Isthmi angustias.  
<sup>37</sup> Cercyonea corpora , id est , Cercyonem Arcadem , quem juxta Eleusiniam Cererem Theseus in palæstra superavit.

<sup>38</sup> Divis imprecationibus. <sup>39</sup> Binominis dicitur , utpote *Arneus* , & *Irus* deinde appellatus.  
<sup>40</sup> Mendicos notat , qui in pontibus solebant sedere.  
<sup>41</sup> Fortuna.  
<sup>42</sup> Plutus , Deus divitiarum , Cereris , & Iasii fil.  
<sup>43</sup> Perpetuo pauper maneat.  
<sup>44</sup> Scilicet Plutus Deus.  
<sup>45</sup> Decursum , & recessum aquæ , seu maris.  
<sup>46</sup> Pedi , qui arenæ insistit.  
<sup>47</sup> Pereat , mutetur in pejor.  
<sup>48</sup> Erisichthon , qui fame compulsus filiam sub variis figuris vendidit.  
<sup>49</sup> Dryopis , vel Mestra , quæ varie mutata à patre vendita fuit.  
<sup>50</sup> Repletus cibo.  
<sup>51</sup> Cibi humanæ carnis.

Par-



Parte potes, <sup>53</sup> Tydeus temporis hujus eris.  
 Atque <sup>54</sup> aliquid facias, à vespere rursus ad ortus,  
 Cur exsternati Solis <sup>55</sup> agantur equi. 430  
 Foeda <sup>56</sup> Lycaoniæ repetes convivia mensæ,  
 Tentabisque cibi fallere fraude Jovem.  
 Teque aliquis <sup>57</sup> posito tentet vim numinis opto:  
<sup>58</sup> Tantalides tu sis, <sup>59</sup> Tereïdesque puer.  
 Et sua sic latos spargantur membra per agros, 435  
 Tanquam <sup>60</sup> quæ patrias detinuere vias.  
 Ære <sup>61</sup> Perillæo veros imitere juvencos,  
 Ad formam tauri conveniente sono:  
 Utve ferox <sup>62</sup> Phalaris, lingua prius ense resecta,  
 More bovis, <sup>63</sup> Paphio clausus in ære gemas. 440  
 Dumque redire voles ævi melioris in annos,  
 Ut vetus <sup>64</sup> Admeti decipiare socer.  
 Atque <sup>65</sup> eques in medii mergare voragine cœni,  
 Dummodo sint fati <sup>66</sup> nomine nulla tui.  
 Atque utinam pereas, veluti de dentibus <sup>67</sup> orti 445  
<sup>68</sup> Sidoniâ jactis Graja per arva manu.  
 Et quæ Penthides fecit, fraterque Medusæ,  
 Eveniant capiti vota sinistra tuo:  
 Et quibus exiguo volucris <sup>69</sup> devota libello est,  
 Corpora projecta <sup>70</sup> quæ sua purgat aqua. 550  
 Vulnera totque feras, quot dicitur <sup>71</sup> ille tulisse,  
 Cujus ab <sup>72</sup> inferiis cultor abesse solet.

<sup>53</sup> Oenei fil. qui moribundus Menalippi caput ad se jussit adferri, cujus cerebrum dentibus roset. <sup>54</sup> Scelus tam immane perpetres. <sup>55</sup> Regrediantur ab occidente ad orientem. Ad Thyestæ, & Artei fabulam respicit. Vid. Higyn. f. 68. <sup>56</sup> Vid. nost. Metam. I. <sup>57</sup> Apposito loco cibi, ita verbo ponere Plinius etiam utitur II. 6. 2. <sup>58</sup> Pelops, Tantalus fil. à patre Diis hospitibus positus. <sup>59</sup> Itys, Terei fil. <sup>60</sup> Ea membra, quæ *Absyrti* fuerat, fratris Medæ. <sup>61</sup> In æneo Perilli tauro vocem bovis edas

ustus. <sup>62</sup> Agrigentinorum tyrannus longe crudelissimus. <sup>63</sup> Cyprio, à Papho, oppido Cypri. <sup>64</sup> Pelias. <sup>65</sup> Ut Curtius, de quo Val. Max. V. 5. <sup>66</sup> Dummodo nemo scit, te sic periisse. <sup>67</sup> Vid. nostr. Metam. III. f. 3. <sup>68</sup> Cadmi Sydonii. <sup>69</sup> Intelligit imprecationes à Callimacho Apollonio Rhodio factas libro in Ibiis scripto. <sup>70</sup> Quæ volucris, id est, Ibis. <sup>71</sup> Osiris in 24. disceptus partes à fratre Typhone. <sup>72</sup> Nam in sacris ejus, ab uxore institutis, gladium adesse, piaculum est.

At-



Attonitusque <sup>73</sup> seces, ut quos Cybeleia mater  
 Incitar, ad Phrygios vilia membra modos.  
 Deque viro fias nec femina, nec <sup>74</sup> vir, ut Attys; 455  
 Et quatiâs molli tympana <sup>75</sup> rauca manu.  
 Inque <sup>76</sup> pecus subito Magnæ vertare Parentis,  
<sup>77</sup> Victor ut est celeri <sup>78</sup> victaque versa pede.  
 Solaque <sup>79</sup> Limone pœnam ne senserit illam,  
 Et tua dente fero viscera carpat equus. 460  
 Aut, ut <sup>80</sup> Cassandreus, domino non mitior illo,  
 Saucius ingestâ contumuleris humo.  
 Aut, ut <sup>81</sup> Abuntiades, aut ut <sup>82</sup> Cygneius heros,  
 Clausus <sup>83</sup> in æquoreas præcipiteris aquas:  
 Victima vel Phœbo sacras maisteris ad aras, 465  
 Quam tulit à sævo <sup>84</sup> Theudotus hoste necem.  
 Aut te devoveat certis <sup>85</sup> Abdera diebus;  
 Saxaque devotum grandine plura petant.  
 Aut Jovis infesti <sup>86</sup> telo feriare trisulco:  
 Ut satus <sup>87</sup> Hipponoo, <sup>88</sup> Dosithoesque pater. 470  
 Ut soror <sup>89</sup> Autonoes, ut cui matertera <sup>90</sup> Maja est:  
<sup>91</sup> Ut temere optatos qui male rexit equos.  
 Ut ferus <sup>92</sup> Æolides, ut sanguine <sup>93</sup> cretus eodem,  
 Quo genita est, liquidis quæ caret Arctos aquis.

<sup>73</sup> Abscindas membrum virile, quod fieri solebat à Sacerdotibus Cybeles, Gallis, qui mos inde erat, quod mater ea Deum formosum adolescentem amavit, & eundem deprehensum cum pellice *scētis virilibus*, semivirum fecit. <sup>74</sup> Pudenda tibi amputes, ut Attys fecit instinctu Cybeles. <sup>75</sup> Tympana enim, tibiæ, cymbala, crotalæque instrumenta in Cybeles sacris adhibebantur. <sup>76</sup> In leonem. <sup>77</sup> Hippomenes. <sup>78</sup> Atalanta. <sup>79</sup> Limone, fil. Atal. & Hippomenis in adulterio deprehensa equis obiecta est laceranda. Optat ergo Poëta, ut sola Limone hoc supplicium ne passa fuerit. <sup>80</sup> Apollodorus Cassandriæ tyrannus. <sup>81</sup> Perseus, nepos Abantis, ab

Acrisio in arcam inclusus projectus in mare. <sup>82</sup> Tenes. <sup>83</sup> Arca inclusus, ut Perseus, & Tenes. <sup>84</sup> Rex Batrianorum à Parthorum Rege Arsace mactatus fuit. <sup>85</sup> Thraciæ urbs, in qua moris est anni initio hominem post dirissimas imprecationes lapidibus obruere. <sup>86</sup> Fulmine. <sup>87</sup> Capaneus, Hipponoi fil. ad Thebas fulmine ab Jove percussus. <sup>88</sup> Atrax, quem ferit fulmine Jupiter, quod stuprum filiae suæ Desithoæ illarum prodidisset. <sup>89</sup> Semele. Noster Metam. III. <sup>90</sup> Jasius ex Jove, & Electra Atlantide natus. <sup>91</sup> Phæchon. <sup>92</sup> Salmoneus, Æoli fil. qui imitabatur tonitrua currus super æreo ponte sagitatione. <sup>93</sup> Lycaon.

Ut



Ut Macedo rapidis ista est cum conjuge flammis; 475  
 Sic, precor, ætheræi vindicis igne cadas.  
 Prædave sis illis, quibus est Latonia Delos  
 Ante diem raptō non adeunda <sup>94</sup> Thraso.  
 Quique verecundæ speculantem labra Dianæ,  
 Quique Crotopiadem diripuerē <sup>95</sup> Linon. 480  
 Neve venenatō levius feriaris ab angue,  
 Quam senis Oeagri Calliopesque <sup>96</sup> nurus;  
 Quam puer <sup>97</sup> Hypsipiles: quam <sup>98</sup> qui cava primus  
 acurā  
 Cuspide suspecti robora fixit <sup>99</sup> equi,  
 Neve gradus adeas <sup>100</sup> Elpenore cautius altos, 485  
 Vimque feras vini, quo tulit ille modo.  
 Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vocan-  
 tem  
 Juvit inhumanum <sup>1</sup> Thiodamanta Dryops.  
 Quam ferus ipse suo perit mactatus in antro  
 Proditus inclusæ <sup>2</sup> Cacus ab ore bovis. 490  
 Quam <sup>3</sup> qui dona tulit Lernæo tincta veneno,  
 Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.  
 Vel de præcipiti venias in Tartara saxo,  
 Ut qui <sup>4</sup> Socraticum de nece legit opus.

<sup>94</sup> A canibus laniato, Anni sacerdotis fil. <sup>95</sup> Linum nepotem Crotopi. <sup>96</sup> Eurydice Orphei uxor, qui filius fuit Oeagri, & Calliopes. <sup>97</sup> Opheltēs postea Archemorus dictus, Lycurgi reg. Nemeorum fil. quem, quod non satis diligenter custodiebat Hypsipyle nutricis anguis morsu exstinxit. <sup>98</sup> Laccoon. <sup>99</sup> Trojan. <sup>100</sup> De quo ita Ovid. III. Trist. Eleg. 4.

*At miser Elpenor tecto delapsus  
 ab alto  
 Occurrit Regi, flebilis umbra,  
 suo.*

<sup>1</sup> Thiadamas Dryopum Rex. <sup>2</sup> Servus Evandri, de quo Livius I. 7. Herculem interempto Geryone boves mira specie in ea loca, ubi nunc Roma est, prope Tiberium

fluv. abegisse. Caccumque accolam loci pulcritudine boum caput avertere eam prædam statuisse, aversosque boum pulcherrimos caudis in speluncam traxisse. Quum vero boves in speluncam altā ad desiderium, ut fieri solet, reliquarum mugissent, Herculem ad speluncam properasse, quem quum prohibere aditu Cacus conaretur, clava ab Hercule ictum, & pastorum fidem nequidquam invocantem, occisum fuisse. <sup>3</sup> Lichas, qui ab Hercule est in mare præceps datus, quod venenatam ei tunnicam attulit. <sup>4</sup> Cleombrotus, qui vel de turri in saxa se præcipitavit, vel in mare, postquam Platonis libr. de animæ immortalitate legisset.

Ut



Ut qui <sup>5</sup> Theseæ fallacia vela carinæ

Vidit : ut <sup>6</sup> Iliaca missus ab arce puer.

Ut teneri <sup>7</sup> nutrix , eadem matertera , Bacchi

Ut <sup>8</sup> cui causa necis serra reperta fuit.

<sup>9</sup> Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis ,

Dixerat invito quæ mala verba <sup>10</sup> Deo :

Fœta tibi occurrit patrio <sup>11</sup> popularis in arvo ,

Sitque <sup>12</sup> Phayllacæ causa læna necis.

Quique <sup>13</sup> Lycurgidem letavit , & <sup>14</sup> arbore natum ,

<sup>15</sup> Idmonaque audacem , te quoque <sup>16</sup> rumpat aper.

<sup>17</sup> Isque vel examinis faciat tibi vulnus : ut illi ,

Ora super fixi <sup>18</sup> quem cecidere suis.

Sive idem simili <sup>19</sup> pinus quem morte peremit :

Phryx & venator sis Berecyniades.

Si tua contigerit <sup>20</sup> Minoas puppis arenas ,

Te Corcyræum Cressia turba putet :

Lapsuramque domum subeas , ut <sup>21</sup> sanguis Alevæ :

<sup>22</sup> Stella <sup>23</sup> Leoprepidæ cum fuit æqua viro.

Utque vel \* Evenus , torrenti flumine mersus ,

<sup>5</sup> Ægeus, pater Thesei, qui quum vela filii revertentis nigra ex arce prospiceret, mortuumque eum existimaret, ex ea se præcipitem dedit. <sup>6</sup> Astyanax, seu Scamandrus, ab Ulysse in Trojæ excidio ex turri dejectus. Noster Metam. XIII. <sup>7</sup> Ino, furorem Athamantis viri fugiens cum filio Palæmone, in mare se è scopulo præcipitavit. <sup>8</sup> Dædalus hic est, qui Perdicem ex sorore nepotem, eo quod serram, & circinum invenisset, invidia deiecit ex turri, qui vero in avem sui nominis, Perdicem nempè, mutabatur. <sup>9</sup> Illice, Ibyci Lydii fil. à Marte amata, furens è scopulo se demisit. <sup>10</sup> Marti, cuius amorem contemnebat. <sup>11</sup> Læna fera. Leonibus enim Libya, quam Patriam Ibdidis Naso videtur indicare, abundat. <sup>12</sup> Phayllus Ambraciæ tyrannus, à leonibus laniatus est, legitur autem variè, vel *Paphaga*, vel

*Phaylluca*, vel *Phalecra*. <sup>13</sup> Aneæum, Lycurgi, & Antenoris fil. <sup>14</sup> *Myrrha*, quæ jam facta erat arbor, edidit Adonin, à Cinyra, Cypri Rege genitum. <sup>15</sup> Apollinis, & Pheretiæ fil. <sup>16</sup> Necet, laceret. <sup>17</sup> Aper. <sup>18</sup> Super quem cecidere ora fixi suis. <sup>19</sup> Thoas enim venator capite apri ingentis, arbori apprensi in honorem Dianæ, sed quod super dormientem decidebat, occisus est. <sup>20</sup> Pomi Pinci casu dormientes Atys, & Naucleus oppressi, & necati sunt. <sup>21</sup> Socii Minois Regis in Sicilia interempti injuriam ita vindicabant, ut è Sicilia in Cretam navigantes omnes trucidarent. <sup>22</sup> Scopas ex Alevæ progenie. <sup>23</sup> Castor, & Pollux, qui Simonidem ædium ruinæ subtraxere. Vid. Phædr. IV. <sup>24</sup> & Parrhasiana Tom. I. pag. 49. <sup>25</sup> Simonidi. \* Qui se in Lycormam Ætolæ fluv. cui nomen dedit, deiecit.

No-



Nomina des rapidæ, vel <sup>24</sup> Tiberinus, aquæ.  
<sup>25</sup> Astacidæque modo decisa cadavere trunco, §15  
 Digna feris, homini sit caput esca tuum.  
 Quodque ferunt <sup>26</sup> Brotean fecisse cupidini mortis,  
 Des tua succense membra cremanda pyræ.  
 Inklususque necem caveâ patiaris, ut <sup>27</sup> ille  
 Non profecturæ conditor historiæ. §20  
 Utque <sup>28</sup> repertori nocuit <sup>29</sup> pugnacis Jambî,  
 Sic sit in exitium lingua proterva tuum.  
 Utque parum <sup>30</sup> stabili <sup>31</sup> qui carmine læsit Athenas,  
 Invisus pereas, deficiente cibo.  
 Utve lyræ <sup>32</sup> vates fertur periisse severæ, §25  
 Causa sit exsitiî dextera læsa tui.  
 Utque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestæ,  
 Tu quoque de morsu virus habente cadas.  
 Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ,  
<sup>33</sup> Eupolis hoc perit, & nova nupta, modo. §30  
 Utque cothurnatum cecidisse <sup>34</sup> Lycophrona narrant,  
 Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.  
 Aut lacer in silvis manibus spargare tuorum,  
 Sparsus ut est <sup>35</sup> Thebis angue creatus <sup>36</sup> avo.  
 Perque feros montes, tauro rapiante, traharis, §35  
 Ut tracta est <sup>37</sup> conjux imperiosa Lyci.  
 Quodque suæ passa est <sup>38</sup> pellex invita sorori,

<sup>24</sup> Albanorum Rex, in Albula, qui fluv. Tiberis ab eo est dictus, submersus. <sup>25</sup> Alii Hyrtacide legunt, & intelligent Nisum Hyrtaci fil. <sup>26</sup> Etiam hic nodi sunt, quos facile non extrices. *Broteum* quidam, Vulcani, & Minervæ filium intelligunt, qui contemptus ob deformitatem in pyram se ardentem immisit. <sup>27</sup> Callisthenes, qui scripsit de rebus Alexandri M. sed quum non ut ceteri, assentandum ei putaret, indignis modis interfectus. Vid. de eo Suid. & Curtium 8. 5 & 8. <sup>28</sup> Archilochus, qui à domesticis Lycambis, quem Jambis ad laqueum compulit, neca-

rus est. Vel pulsus in exsilium. <sup>29</sup> Damno fuit proterva lingua. <sup>30</sup> Scazonte versu. <sup>31</sup> Hippoanax. <sup>32</sup> Alii Alcæum, Stesichorum alii intelligunt. <sup>33</sup> Comicus Græcus, Nicæ fil. qui ducta Glycerio cum ea prima nocte mortuus est. <sup>34</sup> Grammaticus, & Tragediarum scriptor, quum certaret de principatu antiquorum Poëtarum, ab adversario sagitta ictus occubuit. <sup>35</sup> Pen-theus à matre furente discerptus. <sup>36</sup> Cadmo in anguem verso. <sup>37</sup> Dyrce, Lyei Regis Thebanorum. Hygin. f. 7. & 8. <sup>38</sup> Philomela. Vid. Metam. VI. 615. seq.

Ex-



Excidat ante pedes lingua reseſta tuos.  
 Conditor ut tardæ læsus cognomine Myrrha,  
 Orbis in innumeris invenire locis. 340  
 Inque tuis opifex, vati quod <sup>39</sup> fecit Achæo,  
 Noxia luminibus spicula condat apis.  
 Fixus & in duris carparis viscera saxis,  
 Ut <sup>40</sup> cui Pyrrha sui filia fratris erat.  
 Ut puer <sup>41</sup> Harpagides referas exempla Thiestæ, 345  
 Inque tui cæsus viscera patris <sup>42</sup> eas.  
 Trunca geras sævo mutilatis partibus ense,  
 Qualia Mimmerni membra fuisse ferunt.  
 Utve <sup>43</sup> Syracusio præstricta fauce Poëtæ,  
 Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ. 350  
 Nudave derepta pateant tua viscera pelle,  
 Ut <sup>44</sup> Phrygium cuius nomina flumen habet.  
 Saxificæ videas infelix ora Medusæ,  
 Cephenum multos quæ dedit una neci.  
<sup>45</sup> Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum; 355  
 Inque maris salias, Glaucus ut <sup>46</sup> alter, aquas.  
 Utque duobus idem dictis modo nomen <sup>47</sup> habenti,  
 Præfocent animæ Gnoxia mella viam.  
 Sollicitoque bibas, <sup>48</sup> Anyti doctissimus olim  
 Imperturbato quod bibit ore reus. 360  
 Nec tibi, si quid amas, felicius Hæmone <sup>49</sup> cedat;  
 Utque suâ <sup>50</sup> Macareus, sic potiare tuâ.  
 Vel videas, quod jam, cum flammæ cuncta tenerent,  
 Hectoreus patriâ vidit ab arce puer.  
 Sanguine probra luas; ut <sup>51</sup> avo genitore creatus, 365

<sup>39</sup> Quod fecit, seu fecerunt apes: hæ enim in horto ambulantes Achæum nescio quem aculeis suis visu privarunt. <sup>40</sup> Prometheus, cuius frater Epimetheus erat, & filiam Pyrrham habebat. <sup>41</sup> Harpago fil. ab Astyge Medorum rege patri epulandus appositus, quod Thyestæ quoque evenit. <sup>42</sup> Comedaris. <sup>43</sup> Empedoclem quidam alii Theocritum dici existimant. <sup>44</sup> Marsyas ab Appolline cantu

victus, & excoriatus flumini nomen dedit. <sup>45</sup> E Potnia civitate quæ erant. <sup>46</sup> Piscator. <sup>47</sup> Glaucus tertio, Cretensi, qui venenato melle perit ob lascivum in filiam amorem. <sup>48</sup> Socrates. <sup>49</sup> Qui cum Rhodope filia, quam amavit, in sui nominis montem mutatus est. <sup>50</sup> Qui quum sorore Canace turpiter concubuit. <sup>51</sup> Adonis, quem Myrrha ex Cyrenæ patris amore peperit.

Bb

Per



Per facinus soror est cui sua facta parens:  
 Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,  
 Traditur <sup>52</sup> Icarii quo cecidissee gener.  
 Utque <sup>53</sup> loquax in <sup>54</sup> equo est elisus guttur acerno,  
 Sic tibi claudatur pollice vocis iter. 570  
 Aut ut <sup>55</sup> Anaxarchus pilâ <sup>56</sup> minuaris in altâ,  
<sup>57</sup> Ictaque pro solidis frugibus ossa sonent.  
 Utque patrem <sup>58</sup> Psamathes, <sup>59</sup> condat te Phœbus in ima  
 Tartara; quod natæ fecerat <sup>60</sup> ille suæ.  
 Inque tuos ea <sup>61</sup> pestis eat, quam dextra Choroebi 575  
 Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.  
 Utque nepos <sup>62</sup> Æthræ, Veneris periturus ob iram,  
 Exsul ab attonitis excutiaris equis.  
 Propter opes magnas ut perdidit <sup>63</sup> hospes alumnum,  
 Perdat ob exiguas te tuus hospes opes. 580  
 Utve ferunt fratres sex cum <sup>64</sup> Damasichthone cæsos,  
 Intereat tecum sic genus omne tuum.  
 Addidit tu <sup>65</sup> Fidicen miseris sua funera natis,  
 Sic tibi sint vitæ rædia justa tuæ.  
 Utve soror <sup>66</sup> Pelopis, saxo dureris oborto, 585  
 Et læsus linguâ <sup>67</sup> Battus ab ipse sua.  
 Aëra si misso vacuum jaculabere disco,

<sup>52</sup> Ulysses, quem interemit Telegonus, filius. <sup>53</sup> Anticlus, fauces ab Ulyse ita compressæ sunt, ut moretur. <sup>54</sup> Equo Trojano, in quo inclusus cum cæteris erat Anticlus. <sup>55</sup> Abderita philosophus, à Nicocreonte mortario imponi, & ferreis pistillis contundi iussus. Vid. Valer. Max. III. 5. <sup>56</sup> Laertius in ejus vita. Cicero Tusc. Quæst. 2. 22. <sup>57</sup> Mortario. <sup>58</sup> Tusa. <sup>59</sup> Crotopus, quem Phœbus telis confecit. <sup>60</sup> Scilicet. <sup>61</sup> Crotopus, qui filiam Psamathem, ab Apolline viciatam, interemit. <sup>62</sup> Monstrum Argivis ab Apolline immisum, matrumque è sinu filios rapiens, quod Choroebus

interfecit. <sup>63</sup> Hippolytus, ira Veneris contemptæ à consternatis equis disceptus, noster Pastor. V.

*Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem,*

*Quum consternatis diripereris equis.*

<sup>63</sup> Polimnestor, Rex Thraciæ, qui Polydorum suæ fidei commissum, cupiditate auri, quod is attulerat, interfecit. <sup>64</sup> Amphionis, & Niobes fil. ab Apolline cum septem fratribus, & sororibus interfectus est. <sup>65</sup> Amphion, qui se, interfectis liberis, ipse occidit. <sup>66</sup> Niobe. <sup>67</sup> Qui Mercurii furtum prodiderat. Nost. Metam. II.

Quo



- Quo puer <sup>68</sup> Oebalides, ictus ab <sup>69</sup> orbe cadas.  
 Si qua per alternos <sup>70</sup> pulsabitur unda lacertos,  
 Omnis <sup>71</sup> Abydenâ sit tibi peior aqua. 590  
<sup>72</sup> Comicus ut mediis periit, dum nabat, in undis,  
 Et tua sic <sup>73</sup> Stygius strangulet ora liquor.  
 Aut ubi ventosum superâris naufragus æquor,  
 Contacta pereas, ut Palinurus, humo.  
 Utque <sup>74</sup> cothurnatum vatem, <sup>75</sup> tutela Dianæ, 595  
 Dilanient vigilum te quoque turba canum.  
 Aut ut <sup>76</sup> Trinacrius salias super ora <sup>77</sup> gigantis,  
 Plurima qua flammæ <sup>78</sup> Sicanis Ætna vomit.  
 Diripiantque tuos insanis unguibus artus  
<sup>79</sup> Strymonia matres, Orpheos esse <sup>80</sup> rata. 600  
 Natus ut <sup>81</sup> Althææ flammis absentibus arsit,  
 Sic tuus ardescat stipitis igne rogos.  
 Ut nova Phasiacâ compressa est <sup>82</sup> nupta coronâ,  
 Utque pater nuptæ, cumque parente domus.  
 Ut cruor Herculeus abiit diffusus in artus, 605  
 Corpora pestiferum sic tua virus edat.  
 Qua sua <sup>83</sup> Penthiden <sup>84</sup> proles est ulta Lycurgum,  
 Hæc maneat teli te quoque plaga novi.  
 Utque <sup>85</sup> Milon, <sup>86</sup> robur diducere fissile tentes,  
 Nec possis captas inde referre manus. 610

68 Hyacinthus, fil. Oebali, à Phœbo per imprudentiam occisus in disci lusu. 69 Disco. 70 Si natandum tibi forte fuerit. 71 Freto inter Sestum, & Abydum, quo Leander periit. De quo vide elegantiss. Musæi Grammatici carmen, quod olim ipsi etiam explicatum dabimus. 72 Vel Terentius, vel Eupolis, de quo Suidas. 73 Mori cogens, effective. 74 Euripidem. Valer. Maxim. IX. 12. 75 Canes tutela Dianæ, id est, qui Dianæ templum custodiebant. 76 Empedocles Agrigentinus in Ætnam se præcipitavit. 77 Enceladi, qui

sub Ætna jacere fingitur. 78 Sicula, Sicana. 79 Thraciæ mulieres, à Strymone Thraciæ fluv. 80 Putantes, esse artus Orphci, quem mulieres dictæ dilaniarunt. 81 Uxor hæc Oenei Regis Caldoni, Mater Meleagri. Ovid. Metam. VIII. 447. 82 Creusa, fil. Creontis, quæ cum tota regia igne periit. 83 Penthæi filium. 84 Rutes, Lycurgi fil. qui ob sublatum à Baccho patrem, sacerdotes Bacchi omnes occidit. 85 Crotoniates, qui manibus ab arbore discissa retentis periit. Vid. de eo Gell. XV. 16. Val. Max. IX. 12. 86 Robre, arbos nota.



Muneribusque tuis lædaris ut <sup>87</sup> Icarus, in quem  
 Inulit armatas ebria turba manus.  
 Quodque dolore necis patriæ pia <sup>88</sup> filia fecit,  
 Vincula per laquei fac tibi guttur eant.  
 Obstructoque famem patiaris limine tecti,  
 Ut legem pœnæ <sup>89</sup> cui dedit ipsa parens:  
 Illius exemplo <sup>90</sup> violes simulacra Dianæ,  
 Aulidis à portu qui leve vertit iter.  
<sup>91</sup> Naupliadæve modo ficto pro crimine pœnas  
 Morte luas: nec te non meruisse juvet. 620  
 Æthalion vita spoliavit ut Isidis hospes,  
 Quem memor à sacris nunc quoque pellit Ion:  
 Utque Melanthea tenebris à cæde latentem  
 Prodidit officio luminis orba parens;  
 Sic tua coniectis fodiantur pectora telis: 625  
 Sic, precor, auxiliis impediare tuis.  
 Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,  
 Acta <sup>92</sup> Phrygi timido est; nox tibi talis eat.  
 Nec tu, quam <sup>93</sup> Rhesus, somno meliore fruaris;  
 Quam comites Rhesi tum necis, ante viæ. 630  
 Ut quos cum Rutulo morti <sup>94</sup> Rhamnete dederunt  
 Impiger <sup>95</sup> Hyrtacides, Hyrtacidæque <sup>96</sup> comes.  
<sup>97</sup> Cliniadæve modo circumdatus ignibus atris  
 Membra feras Stygiæ semicremata rati.  
 Utve Remo muros auso transire recentes, 635  
 Noxia sint capiti rustica tela tuo.  
 Denique, Sarmaticas inter Geticasque sagittas,  
 His, precor, ut vivas & moriari locis.

<sup>87</sup> Qui colonos Atticæ vini usum docuit, qui eo ebri facti venenum sibi esse datum existimantes Icarum necarunt. <sup>88</sup> Erigone, quæ ob Icari patris mortem laqueo se induit. <sup>89</sup> Alcitha Pausaniæ mater, quæ lapides ad ocludendum fil. apportavit. Nepos, cum versione Collegæ nostri Nobiliss. Oviedo, IV. 5. fo 1. 11. 90 Cape de Ajace Oilci, qui violata in Palladis templo Cassandra naufragium fecit, 91 Pa-

Jamedis, Nauplii fil. lapidibus est obrutus ab Ulysse ficto crimine, quod à Priamo in Græcorum prodicionem corrumpi se fuerit passus. <sup>92</sup> Doloni, Illiad. X. <sup>93</sup> Rex Thraciæ. Servius ad Æneid. I. <sup>94</sup> Rhamnes Rutulus cum multis aliis in castris intercepti sunt. <sup>95</sup> Nisus fil. Hyrtaci. <sup>96</sup> Euryalus. <sup>97</sup> Alcibiadis. fil. Clinix. Vid. Nep. laudatæ edit. eruditiss. Oviedo, VII. 10. f. 169.

Hæc



Hæc tibi tantisper subito <sup>98</sup> sint missa libello;

Immemores ne nos esse querare tui.

640

Pauca <sup>99</sup> quidem, fateor: sed Dî dent plura <sup>100</sup> rogatis,

Multiplicentque suo <sup>1</sup> vota favre mea.

Postmodo plura leges, & nomen <sup>2</sup> habentia verum:

Et <sup>3</sup> pede quo debent acria <sup>4</sup> bella geri.

98 Subito scripto. 99 Scilicet, hæc sunt. 100 Iis, qui tibi precatus sum. 1 Diras imprecationes. 2 In quibus exprimatur tuum nomen. 3 Scripta carmine

Jambico. 4 Contentiones diræque perscribi: quod ad ejusmodi materiam, diras nempe imprecationes, & convicia maxime aptum genus Jambicum est.





# INDEX

## VERBORUM, ET RERUM maxime memorabilium, in Libris

## EX P O N T O,

## ET IBIDE

## CONTENTORUM.

*Primus numerus indicat Librum, alter Elegiam,  
& tertius Versum.*

### A

- A**B annis consumptus, Ibis, v. 145.  
 Absinthium, 3. 1. 23. & 8. 15.  
 Achilles, 2. 2. 26. 2. 4. 22. & 3. 3. 43.  
 Achemenides ab Ænea receptus, 2. 2. 25.  
   ..ab Achile, 3. 3. 43.  
 Achivi, 1. 4. 3.  
 Acrocerania, 2. 6. 19.  
 Actææ arx, 4. 1. 31.  
 Adductus, *intentus*, 2. 9. 32.  
 Ademptus, *mortuus*, 1. 9. 41.  
 Adferre ad opem, 2. 9. 6.  
 Admetus, 3. 1. 103.  
 Adoriri, *suscipere, audere*, 2. 2. 16.  
 Adrastus, 1. 3. 79.  
 Æetes, 3. 1. 120.  
 Ægipsus, vel Ægyptos oppidum, 1. 8. 13. 4. 7. 21. 53.  
 Ægyptus, 3. 2. 121.  
 Æneas, 1. 1. 33.  
 Æolus, IV. 10. 15.  
 Ærumnæ facies, Ibis 120.  
   *per Æs, & libram*, 4. 15. 42.  
 Æsculapius, 1. 3. 21.  
 Ætas deterior, *ad senectutem vergens*, 1. 4. 1. 6.  
 Æternus Princeps, *divinus*, 2. 2. 50.  
   ..Homerus, 2. 10. 13.  
 Ætna, 2. 10. 23.  
 Æthalia, 2. 3. 84.  
 Agamemnon, 1. 7. 32. 4. 8. 51.  
 Agenorides, 1. 3. 77. & 4. 34.  
 Agere reum, 4. 24. 38.  
 Agrius, 3. 9. 9.  
 Ajax, 4. 7. 41.  
 Alba longa, 1. 8. 67.  
 Alcestis uxor, 3. 2. 105.  
 Alcinous, 2. 9. 42. 4. 2. 10. & 12. 28.  
 Alææ ludus, 1. 5. 44.  
 Alexander Pheræus, 2. 9. 45.  
 Allia gravis, Ibis, 218.  
 Alphæus fluv. 2. 10. 28.  
 Amazones, 3. 1. 95. 4. 10. 51.  
 Ambrosia, 1. 10. 11.  
 Amici, 2. 3. 25. 3. 2. 5. seq.

Ami-



Amicitia sancta olim, 1. 7. 15. 2.  
 3. 19. 1. 41. & 8. 27. 1. 4. 25.  
 26. 2. 3. 41.  
 Amicitiae nomen, 3. 2. 45.  
 Amictus Oratoris, 2. 5. 52.  
 Amomum, 1. 9. 52.  
 Anhelæ febres, 1. 10. 5.  
 Anticyra, 4. 3. 53.  
 Antilocus, 2. 4. 22.  
 Antiphates, 2. 2. 116. & 9. 41. 4.  
 10. 21.  
 M. Antonius, 1. 1. 23.  
 Aoniæ sorores, 4. 2. 47.  
 Apollo, 4. 8. 75.  
 Apollodorus tyrannus, 2. 4. 43.  
 Appelles, 4. 1. 29.  
 Appia pia 1. 8. 68.  
 Aqua Virgo, 1. 8. 38.  
 ... formidatæ aquæ, 1. 3. 24.  
 Aquam addere hortis, 1. 8. 46.  
 Ara, supplicum perfugium, 1. 2.  
 149. 2. 8. 68.  
 Arctophilax, 2. 7. 58.  
 Arcturus, 2. 7. 58.  
 Arethusa, 2. 10. 27.  
 Argivi, Argolici, 1. 3. 70.  
 Argo, Argonautæ, 1. 3. 76. & 4.  
 33. 3. 1. 1. 4. 10.  
 Arguere, *probare*, 4. 6. 50.  
 Aristæus, 4. 2. 9.  
 Aristarchus, 3. 9. 24.  
 Aristides Milesius, 2. 4. 13. 1. 3.  
 71.  
 Arma, 2. 1. 40.  
 Armentum, 3. 7. 15.  
 Arpi oppidum, 4. 7. 9.  
 Ascanius, 2. 11. 15.  
 Ascia, 4. 4. 31.  
 Asia, 4. 10. 55.  
 Asturiæ, 4. 7. 10.  
 Athenæ, 4. 1. 31.  
 Athos, 1. 5. 22.  
 Atreïs, 1. 2. 120.  
 Attidæ, 1. 7. 32.  
 Arria salutaribus aperta, 1. 7. 24.  
 Aversa mens, 1. 2. 8.  
 Aversi Dii, 3. 2. 18.  
 Augusti domus, 2. 2. 71. 4. 9. 107.  
 seq.  
 Augustus, *sanctus venerabil.* 2. 5.  
 17.  
 Aurora, 1. 4. 56.  
 ...provocat diem, ib.  
 Auster, 2. 3. 89.

Axis, *septentrional.* 2. 10. 48. 4.  
 7. 2.

## B

Bacchus, 4. 2. 9. 10. 29.  
 Bato, 2. 1. 46.  
 Bellides, 3. 1. 121. Ibis 177.  
 Bella acris, *comitio, contentiones*,  
 Ibis extremis.  
 Bistones, 1. 2. 112. 2. 9. 54.  
 Bona lux dies *fausta*, 3. 1. 169.  
 Boreas, 1. 4. 72.  
 Borysthenes, 4. 10. 53.  
 Boum firmas, 1. 4. 11.  
 Bosphorus Cimer. 4. 10. 1.  
 Brachia, *terre tractus*, 2. 2. 78.  
 Brevis, brevia, 1. 10. 39.  
 M. Brutus, 1. 1. 24.  
 Bustum, 1. 2. 152. 3. 2. 31.

## C

Cadere de hostis, 3. 2. 83.  
 Cadmus, 1. 3. 77. 4. 10. 55.  
 Calamis, *statuarius*, 4. 1. 33.  
 Calcare jacentem, Ibis 29.  
 Cales fluv. 4. 10. 47.  
 Caltha flos, 2. 4. 28.  
 Calydon, 1. 3. 79.  
 Calypso, 4. 10. 13.  
 Campus Martius, 1. 8. 37. 65.  
 Candidus, *non malevolus, aut in-*  
*vidus*, 2. 5. 38. 4. 14. 43.  
 Candor, *equitas*, 3. 2. 21.  
 Cantharidum succus, Ibis 308.  
 Capaneus, 3. 1. 51.  
 Capere, *sufficere videri satis*, 3. 9.  
 16.  
 Capitulum, 2. 1. 57.  
 Capitulinus Jupiter, 2. 2. 44. 3.  
 1. 135.  
 Caput, *homo*, 1. 2. 55.  
 Caput ense auferre, 2. 1. 66.  
 ... maleficum, Ibis 83.  
 Cardo mundi, 2. 10. 46.  
 Carina, 2. 7. 59. 4. 3. 5.  
 Carmen inerme, Ibis 2.  
 Carmenta, 2. 1. 33.  
 Carpere, *reprehendere*, 3. 1. 64. &  
 9. 2.  
 Caspius, 1. 8. 13.  
 Cassandra, 2. 9. 43.  
 Bb 4

Cas



Caste, *pile*, 2. 1. 33.  
 Castoris aedes, 2. 2. 85.  
 Celeberrimus absens, 2. 10. 49.  
 Celebris, *frequens*, 1. 9. 25. 2. 10. 49.  
 Censeri, *pertinere ad al. ut proprium, aut familiarem*, 2. 5. 73. 3. 1. 7. *in suis habere, & numerare*, 1. 1. 40.  
 Census, *divit*, 1. 9. 39. 4. 15. 14.  
 Centauri, 4. 10. 80.  
 Cera nova, 1. 2. 58.  
 Ceraunii montes, 2. 6. 9.  
 Cerealia munera, *frumentum*, 3. 8. 11.  
 Chaos, 4. 8. 57.  
 Charydis, 4. 10. 27. & 14. 9.  
 Chionides, 2. 9. 20. 3. 3. 41.  
 Chiron, 3. 3. 43.  
 Cimmerii, 4. 10. 2.  
 Cinyps, fluv. 2. 7. 25.  
 Circe, 3. 1. 123.  
 Circus, 1. 4. 15.  
 Claudere iter, 1. 1. 8.  
 Claudia Vestalis, 1. 2. 144.  
 Claudia via, 1. 8. 44.  
 Ctimnus fluv. 4. 4. 43.  
 Clytemnestra, 3. 1. 121.  
 Caecitas, poena perjurorum, 1. 1. 54.  
 Coeunt vulnera, 1. 3. 87.  
 Comito, comitor, 1. 9. 47. 2. 2. 83. 3. 2. 33.  
 Committre dextra dextræ, *cominus* pugnare, 4. 7. 43.  
 Componere, *locare*, 1. 1. 11.  
 Concreto dolore, 2. 11. 10.  
 Condere sepelire, 1. 9. 54. 3. 1. 6.  
 Conditior historiæ, Ibis 520.  
 Confusa mens, 1. 3. 3.  
 Conferre seria, 2. 4. 9.  
 Contendere fama in diversum orbem, 1. 5. 67.  
 Continuatur hyemi hyems, 1. 2. 36.  
 Contrahere vultum, 2. 2. 5. 3. 1. 134. 4. 1. 5. & 3. 7. it. 8. 13. 14.  
*non* Conveni illis, 3. 2. 87.  
 Convexa sidera, 4. 9. 129.  
 Copia mortis, Ibis 121.  
 Coralus fluv. 4. 10. 47.  
 Corali, 4. 2. 37. & 8. 83.  
 Corcyra, 2. 9. 42.  
 Corvinus Messalla, 2. 2. 99.  
 Cothurnus, 4. 16. 30.  
 Cotta Messalinus, 2. 2. 101.  
 Cottarum domus, 3. 2. 107.  
 Cotys, 1. 8. 16.

Credulitate capi, 1. 1. 44.  
*in* Cubitum relevare membra, 3. 3. 21.  
 Cumæi anni, *longævi*, 2. 8. 41.  
 Cupere, 3. 1. 35.  
 Curia Julia, Pompeja, 4. 5. 2.  
 Currum ducere, 3. 1. 67.  
 Curulis sella, 4. 5. 18. & 9. 27.  
 Cyane fons, 2. 10. 26.  
 Cybele, 1. 1. 39.  
 Cynapes fluv. 4. 10. 39.  
 Cyprus, 1. 3. 80.

## D

DANUBIUS, 3. 1. 121.  
 Danubius, 4. 10. 58.  
 Dare, *concedere*, 2. 5. 13.  
*procedere*, 1. 1. 16. 2. 7. 30.  
*\*manum placidam, epem ferre.*  
 Dare viam, 1. 1. 34.  
 Daunus, 4. 7. 29.  
 Declamandi mos, 2. 5. 45.  
 Decolor, *inquinetus*, 3. 2. 54.  
 Deductum carmen, 4. 1. 1.  
 Deficere, *viribus destitui*, 2. 7. 80.  
 Degenerare aliquem, 3. 1. 45.  
*non* Degener oris patris, 3. 5. 7.  
 Deliciae, 1. 10. 18.  
 Delicta librorum, 3. 9. 7.  
 Demittere ferrum in artus, 4. 16. 51.  
 Densius, *frequentius*, 1. 9. 11.  
 Depositus, desperatus, 2. 2. 47.  
 Deprecor, 1. 2. 59.  
 Diana, 3. 2. 48. 3. 271. 1. 2. 80. 1. 1. 41. 3. 2. 49.  
 Diducere robur fissile, Ibis 609.  
 Digerere per annos, 1. 4. 9.  
 Dii à pauperibus etiam acceptant sacrificium, 4. 8. 39. 42.  
 Dilabi in vacuas auras, Ibis 141.  
 Diogenes, 1. 3. 67.  
 Diomedes, 2. 2. 13. Thracis equi, 1. 2. 122.  
 Dionysius in ludo docet, 4. 3. 39. 46.  
 Dira carmina, Ibis 8.  
 Diræ furiae, 3. 2. 103.  
 Dolor querulus, Ibis 112.  
 Dona militaria, 2. 1. 33.  
 Drusus, 2. 7. 40.  
 Ductur cicatrix, 1. 3. 57.

Du-



Ducere carmen, 1. 5. 17.  
Duri hominis descriptio, 4. 12. 31.  
Dyaspes fluv. 4. 10. 51.

## E

**E**burnus triumphantium currus,  
3. 4. 35.  
Elegiacum carmen, 2. 5. 1. 3. 3.  
30. & 4. 85. 4. 5. 1.  
Elleborum, 4. 3. 53.  
Eminent arbor in campis, 3. 1. 19.  
Enceladus, 2. 2. 11. & 10. 24.  
Enna mons, & oppid. 2. 10. 25.  
Eous, *orientalis*, 4. 9. 112.  
Epidaurus Deus, *Æsculapius*, 1.  
3. 21.  
Epulis onerari, 1. 10. 31.  
Equestrum in Scythia velocitas, 1.  
2. 86.  
Equi triumphantium coronati, 2.  
1. 58.  
...noctus, 1. 2. 56.  
Erichthonius, 2. 9. 20.  
Error, non scelus, ab Ovidio ad-  
missus, 1. 6. 20. & 7. 40. 44.  
2. 2. 17. 4. 6. 15.  
Esses. Si non esses, 3. 2. 108.  
Essendum, 2. 10. 34.  
Estur, 1. 1. 69.  
Est in me, 1. 3. 17.  
Evadne, 3. 1. 111.  
Evincti manus, *ad manus quod adi.*  
3. 2. 73.  
Fumolpere, 2. 9. 2. & 20. 3. 3. 41.  
Evincere, propositum obtinere, 3.  
1. 31.  
Euripus, 1. 8. 38.  
Europa, 2. 10. 55.  
Excutere somnos, Ibis 156.  
Excussus, ab *impetu vehementer*  
motus, 2. 9. 57.  
Externati equi, Ibis 432.

## F

**F**abiorum ad Cremetam interitus,  
1. 2. 3.  
Facere, prodesse, proficere, 1. 3.  
86.  
Facere non ita multa ex alicujus  
dictis, 1. 3. 86.

Facere altaria pinguium thure, 2. 3.  
99.  
Facilis, *propitius, benevolus*, 2. 2.  
117.  
Facundia vivit, 2. 2. 53.  
Falernus ager, 4. 2. 9.  
Falisci, 4. 4. 12. & 16. 4. 1. 112.  
1. 1. 76.  
Famem repellere, 4. 3. 4.  
Fasces, 4. 9. 4. & 12.  
Fatum nobis crudeliter utitur, 3. 7.  
17.  
Fax, *impulsor*, 4. 7. 28.  
Febris, 1. 10. 5.  
Fel vipereum, 1. 2. 18.  
Feriri ab angue, Ibis 481.  
Ferox, 1. 2. 124.  
Ferventes rotæ, 1. 8. 68.  
Ferunt annos scripta, 4. 8. 52.  
*Pom.* Flaccus, 1. 10. 37.  
Flagello latus scindere, Ibis 183.  
Flaminia via, 1. 8. 49.  
Federe pectora coniectis telis,  
Ibis 625.  
Fomenta, 1. 3. 44. 2. 3. 94.  
Formidatæ aquæ, 1. 3. 24.  
Forum augusti, 1. 8. 35. 66. 4. 5.  
10. 15. 16.  
Forum Latin. 1. 8. 66.  
Fossor victus, 1. 6. 31.  
Fovere, *desinire*, 1. 3. 44.  
...aliquem, 4. 10. 13.  
Frangere munera cerealia, 3. 2. 11.  
Frangi, 1. 2. 63.  
Frons volumini, 4. 13. 7.  
Fugæ terga dare, 3. 2. 8.  
Fulcra acerna, *scēptra*, 3. 5. 14.  
Fundere, *sacrificiorum vox*, 1. 9. 52.  
Fundi opp. 2. 11. 28.  
Furor certus est fateri, 2. 1. 11.  
Furtivæ artes Cupidinis, 1. 4. 41.

## G

**G**emuit fenestra, 3. 3. 10.  
Gemma, *annulus*, 2. 9. 96. &  
el. 10. 7.  
Genus incertum facere, 3. 3. 54.  
Germanicus Caesar, 2. 5. & el. 2.  
73. el. 5. 41. 4. 8. 67.  
Gigantes, 2. 2. 19. 4. 8. 59.  
Gratia deprecatio, 1. 2. 68. 2. 2.  
49. 98. el. 3. 32. el. 7. 52. 3. 6.  
21. 4. 1. 23.

Gra-



Gratia rupta, Ibis 40.  
 Gracius Poeta, 4. 16. 34.  
 Grex, 3. 7. 17.

## H

**H**æmonia, 1. 3. 75.  
 Halys. fluv. 4. 10. 48.  
 Harpyiæ, 1. 4. 37.  
 Hasta publica, 4. 5. 19. el. 9. 45.  
 Hebe, 1. 10. 12.  
 Hebrus fluv. 1. 5. 21.  
 Helena, 2. 11. 15.  
 Heliades, 1. 2. 34.  
 Henna opp. 2. 10. 23.  
 Hercules, 4. 16. 8. 4. 13. 11.  
 Herculeæ simplicitas, 3. 3. 100.  
 Hermione, 2. 11. 15.  
 Hesiodus, 4. 14. 32.  
 Hyems, *tempestas*, 2. 7. 59.  
 Hilarare, 4. 4. 37.  
 Hipocrene, 4. 8. 80.  
 Hippotades, *Æolus*, 4. 10. 15.  
 Historiæ cæcæ, Ibis 55.  
 Homerus. Vid. Ilias.  
 Hora tarda, id est, *longior*, 2. 10. 38.  
 Hospites Dianæ immolati, 3. 2. 58.  
 Hybla, 2. 7. 26. 4. 15. 10.  
 Hydrophobia, 1. 3. 24.  
 Hymenæus, 1. 2. 233.  
 Hypanis fluv. 4. 10. 47.

## I

**I**acere, *miserum esse*, 1. 7. 5. el.  
 8. 8. 2. 9. 4.  
 Iaculari, al. ferro Ibis 47.  
 Iambus liber, Ibis 51. pugnax ibid.  
 Janus, 4. 4. 23. 24.  
 ... clausus. 1. 2. 126.  
 Jason, 1. 3. 76. 1. 4. 23. 3. 1. 1.  
 Jacyges, 1. 2. 79. 4. 7. 9.  
 Ictus graves, tulit hasta, 1. 7. 52.  
 Id quoque, *idque*, 3. 3. 4.  
 Idæa mater, 1. 1. 30.  
 Ilias malorum, *longa series*, 2. 7. 34.  
 Illyricum, 2. 2. 79.  
 Ilua, 2. 3. 84.  
 Imago, 2. 8. 31.  
 Imbuere, Ibis 229.  
 Imitari se, 3. 1. 90.  
 Immunitas Ovidio concessa, 9.

## Index

102. el. 14. 53.  
 Impares modi, *versuum numeri*, 4.  
 16. 36.  
 Imperium est sarcina, 1. 2. 101.  
 Incidere digitos, 4. 14. 19.  
 Increpare manus, Ibis 228.  
 Incoquere genas igne, Ibis 186.  
 Incumbere, *dare operam*, 1. 9. 27.  
 Indeploratum caput, Ibis 164.  
 Infula, 3. 2. 74.  
 Inferre signa, 4. 7. 28.  
 Ingemere malis, 1. 2. 10.  
 Ingenium otio perditur, 1. 5. 7.  
 Ino, 3. 6. 20.  
 Insatiabilis lupo, Ibis 172.  
 Insidiæ Nasonis factæ, 4. 3. 35.  
 Instas, *subst.* 2. 3. 42.  
 Instare equis, 2. 8. 50.  
 Innotat fortuna, 2. 3. 24.  
 Intrata domus, 2. 8. 56.  
 Intumescere, *irasci*, 4. 14. 34.  
 Invidiosus, invidendus, 2. 7. 73.  
 3. 1. 87.  
 Iphigenia, 3. 2. 62. 94.  
 Irresoluta arcus, 1. 2. 22.  
 Irrumpere, *eo quod non licet*, in-  
 trare, 1. 7. 23.  
 Irus binominus, Ibis 417.  
 Isis, 1. 1. 38. & 51.  
 Isthomia certamina, 4. 10. 80.  
 Ita, *jurantis*, & *affirm.* part. 3. 9. 27.  
 Iter patet, 1. 1. 35.  
 Ithaco, Ulyssis patria, 4. 14. 36.  
 Ithacus, Ulysses, 1. 3. 33.  
 Jugulum cultris dare, Ibis 104.  
 Julia templa, *curia*, 4. 5. 21.  
 Julius, 2. 11. 15.  
 Juno, 1. 4. 39. 3. 1. 117. 4. 16. 7.  
 Justitiæ templum, 2. 1. 33.  
 Juventa, 1. 10. 12.

## L

**L**Abefacta à vinclis suis, charta,  
 3. 7. 6.  
 Labes, 2. 3. 22.  
 Labor, *ærumne*, 1. 4. 8.  
 Lactenus humor lac, 3. 3. 97.  
 Lacus à J. Cæsare Romæ effossus,  
 1. 8. 38.  
 Lastrigones, 2. 2. 116. el. 9. 41.  
 Laodamia, 3. 1. 119.  
 Lar, *domus*, 1. 10. el. 7. 58.

Lar-



Larva ossea, Ibis 144.  
 Latitantes, 1. 10. 11. 3. 1. 17.  
 Latona, 4. 14. 57.  
 Laureia, 2. 5. 67.  
 Lenia verba, 1. 2. 72.  
 Lentus, 3. 1. 66.  
 Lessus, 1. 7. 30.  
 Lethen bibere, 2. 4. 13. 4. 1. 17.  
 Leto dare, Ibis 322.  
 Leucothea, 3. 6. 20.  
 Libare, 1. 9. 41.  
 Licebit, 3. 4. 33.  
 Ligare laqueo colla, 1. 6. 59.  
 Lima, emendatio, 1. 5. 19.  
 Linguam præstat littera, 2. 6. 3.  
 Lingera Isis, 1. 1. 5.  
 Liquidus, *clarus, purus*, 1. 9. 10.  
 ... liquido jurare, 3. 3. 49. 4.  
 6. 21.  
 Liquida fide, 1. 9. 10.  
 Litus arare, *frustra laborare*, 4. 2. 16.  
 Livia Augusti, 3. 1. 125. 4. 9. 107.  
 el. 13. 29.  
 Livor, *invidia*, 3. 3. 10. el. 4. 74.  
 Longa Propontis, 4. 9. 118.  
 Lora, 2. 8. 24.  
 Lotos, 4. 10. 18.  
 Lucifer, 1. 5. 50.  
 Luctari, *valde laborare*, 1. 5. 13.  
 Lumina, *oculi*, 2. 8. 66. 4. 4. 44.  
 ... crepta, 1. 1. 56.  
 Luna, Ibis 72.  
 Lustrum, 4. 6. 5.  
 Lustrare humina aliena, Ibis 111.  
 Lux gentis, 4. 6. 9.  
 Lyæus, 1. 10. 29.  
 Lycamæus sanguis, Ibis 52.  
 Lycrophon, Ibis 531.  
 Lycus, fluv. 4. 10. 17.

## M

Macedonia, 4. 15. 15.  
 Machaon, 1. 3. 5. 3. 4. 7.  
 Mæonides, *Homer*, 3. 3. 31. 4. 12. 27.  
 Mæotis, 3. 2. 59.  
 Male tutus est, 1. 2. 105.  
 Malesidum caput, Ibis 83.  
 Mancipii esse, 4. 5. 40.  
 Mandare, 2. 5. 34.  
 Manus captivas dare, *capi*, & *vinciri*, 1. 2. 48.

Marcescere vino, 1. 5. 45.  
 Marcia, uxor Fabii Max. 1. 2. 140.  
 Maritum fœdus, *conjugium*, 3. 1. 73.  
 C. Marius, 4. 3. 47.  
 Marsyas, 3. 3. 42. Ibis 344.  
 Mars, 4. 14. 14.  
 Martia Roma, 1. 8. 24.  
 Mater Deum, 1. 1. 39.  
 Maturus, *nimis festinatus*, 2. 1. 59.  
 Medea, 3. 1. 200. 1. 4. 4. 3. 3. 80.  
 Melanthus fluv. 4. 10. 54.  
 Melicerta, 3. 6. 20.  
 Membra domus, 2. 2. 76.  
 ... caristæ, Ibis 17.  
 ... villa, Ibis 454.  
 Memnon, 1. 4. 57. 3. 3. 96.  
 Menelaus, 1. 7. 32.  
 Mensa, *cibi*, 1. 10. 7.  
 Messalla Corvinus, 2. 2. 99.  
 Messalinus, 2. 2. 91.  
 Messorum nuda corpora, 3. 1. 12.  
 Metrodorus Scepsius, 4. 14. 38.  
 Minari, 1. 8. 56.  
 Minerva, 4. 1. 32.  
 Modus, finis, 4. 6. 20.  
 Molimina rerum, 1. 2. 75.  
 In mortem venit dolor, 2. 7. 39.  
 Morsus curarum, *dolor animi*, 1. 1.  
 73. el. 3. 43.  
 Mors manu facta, Ibis 146.  
 Mutari, *in alium transferri locum*,  
 1. 1. 79.  
 Mycinæ, 3. 2. 81.  
 Myron, 4. 1. 34.

## N

Najades, 4. 16. 35.  
 Narus, 1. 10. 12.  
 Nectar, 1. 10. 11.  
 Nectere verba numeris, 4. 2. 30.  
 Nenæ, 1. 7. 30.  
 Nervis cunctis incumbere, 3. 1. 39.  
 Nestor Pylius, 1. 4. 10. 2. 8. 41.  
 Nestorides, *Antilochus*, 2. 4. 22.  
 Niger, *maledictus*, 4. 14. 45.  
 Nilus, 1. 5. 21.  
 Niobe, 1. 2. 31.  
 Niphates fluv. 4. 10. 49.  
 Nireus, 4. 13. 36.  
 Niti, *volare*, 2. 7. 27.  
 Nixus baculo, 1. 8. 56.  
 Noctis aliquantum, Ibis 61.

No.



Nodosa podagra, 1. 3. 23.  
 Nomen amicitiae, 3. 3. 43. & 100.  
 4. 13. 44.  
 Notas scriptas exarare, 3. 2. 90.  
 Notus, ventus, 2. 1. 2. 4. 10. 43.  
 Novata terra, 4. 2. 44.  
 Novus, *ignotus, inusitatus*, 1. 1. 13.  
 3. 4. 47. el. 6. 48.  
 Nubes curarum, *tristitia*, 2. 1. 5.  
 Numa, 3. 2. 100. el. 3. 44.  
 Numen amicitiae, 2. 3. 19.  
 Numeri, carmina, vel versuum  
 pedes, 2. 5. 69. 4. 8. 73.  
 Numeris verba nece, 4. 2. 30.  
 Numida dens, *ebur*, 4. 9. 28.  
 Nurus augusti, 1. 2. 75.  
 Nuru minimo, 1. 2. 93.

## O

Oblouitur avis, 2. 3. 91.  
 Obumbrare crimen, 3. 3. 75.  
 Odores adgesti defunctorum cor-  
 poribus, 1. 9. 52.  
 Odrysi, *Thaces*, 1. 8. 15.  
 Olea, signum pacis, 1. 1. 31.  
 Olympias, 4. 6. 5.  
 Olympus, 2. 2. 9. & 10.  
 Optimae hostiae, 4. 9. 50.  
 Opus, opuntis, urbs, 1. 3. 73.  
 Opus, *epistolarum libri*, 1. 1. 2.  
 ... *agricultura*, 1. 4. 12.  
 Ora solvere, *verba facere*, 1. 2. 103.  
 2. 5. 53.  
 ... *Multiplicata*, Ibis 204.  
 Oratoris, & Poetae studia finitima,  
 2. 5. 7.  
 Orba numeris epistola, 4. 2. 5.  
 Orestes, 2. 3. 45. el. 6. 25. 3. 2. 69.  
 Oresteia Dea, *Diana*, 1. 2. 80.  
 Orpheus, 2. 9. 53. 3. 3. 41.  
 Os, *impudentia*, 1. 1. 81.  
 ... *solvere*, 2. 5. 53.  
 Ossa mons, 2. 2. 19.  
 Ostrum, *purpura*, 3. 4. 101.  
 Ovidius, 5. 8. 17.

## P

In Pace fideli tenere, 4. 9. 77.  
 Peantius, Philoctetes, 1. 3. 5.  
 Paestum oppid. 2. 4. 28.

Palæmon, 2. 3. 20.  
 Palatium, 2. 8. 17.  
 Pallici dii, 2. 10. 25.  
 Palladis ars, 3. 8. 10.  
 Palma, 2. 11. 21.  
 Palmata vestis, 2. 1. 31.  
 Pandus, *curvus*, 1. 8. 54.  
 Parcae, 1. 8. 66. 3. 7. 20. 4. 15.  
 Parthenius fluv. 4. 10. 49.  
 Parium marmor, 4. 8. 31.  
 Pater, nomen reverentiae, 4. 12. 25.  
 Patet iter, 1. 1. 35.  
 Pati poenas, Ibis 89.  
 Petroclus, 1. 3. 73. 2. 3. 41.  
 Pectore candidus, 4. 14. 43.  
 Pelias, 1. 4. 27.  
 Pelias hasta, 1. 7. 52. 2. 2. 25.  
 Peligni, 1. 8. 42.  
 Pelion mons, 2. 2. 19.  
 Pelra, 3. 1. 96.  
 Pendere in cruce, 1. 6. 37.  
 Penelope, 3. 1. 107.  
 Penetrallia, 1. 9. 35. 2. 2. 109.  
 Penius fluv. 4. 10. 47.  
 Periphrasis immitis hominis, 4. 12.  
 31.  
 ... *impossibile*, 1. 6. 51. 2. 4.  
 15. 4. 5. 41. el. 37. el. 12. 33.  
 ... *innumerable*, 2. 7. 25.  
 4. 15. 7. seq.  
 ... *senectutis*, 1. 4. 1. 6.  
 ... *stellarum non occidentium*,  
 2. 10. 46.  
 ... *sterilis soli*, 2. 25. el. 3. 5.  
 3. 1. 13. 20. el. 8. 13. seq.  
 Perseis, carmen de Perseo, 4. 16. 25.  
 Personam imponere, 4. 1. 43.  
 Perusta boum colla, 1. 5. 41.  
 Pessuntia Dea, 1. 1. 29.  
 Petita anima, Ibis 131.  
 Petere ier puppi, 2. 2. 81.  
 Phæacia, 2. 9. 42. 4. 12. 17.  
 Phæacis, carmen de Vita Phæacum,  
 4. 12. 27. el. 16. 27.  
 Pharetrati Getæ, 1. 8. 6.  
 Pharius, 1. 1. 38.  
 Phaselus, 1. 10. 39.  
 Phasiacæ unde, 4. 8. 52.  
 Phasias puella, 3. 3. 8.  
 Phereus tyrannus, 2. 9. 43.  
 Phidias, 4. 1. 32.  
 Philoctetes, 1. 3. 5. 3. 1. 54.  
 Philomela, 1. 3. 39.  
 Phineus, 1. 3. 37.

Phy-



Phyglus buxus, *tibia*, 1. 1. 45.  
 Phryx Satyrus, *Mansias*, 3. 3. 42.  
 Phyas, 4. 10. 24.  
 Pice Illyrica nigror, 4. 13. 35.  
 Picta vestis, 2. 1. 31.  
 Pignora, *documenta*, 3. 5. 30.  
 Pila alta, *Ibis* 571.  
 Pirene fons, 1. 3. 75.  
 Pirithous, 2. 3. 43.  
 Plebs superum, *Ibis* 79.  
 Plejades, 1. 5. 82. el. 8. 28. 2. 7. 58.  
 Plenius miscrum esse, *Ibis* 90.  
 Podagra nodosa insanabilis, 1. 3. 23.  
 Poenas pati, *Ibis* 89.  
 Poetae sacri, & Deo pleni, 3. 4. 93.  
 Polus mundi, 2. 7. 64.  
 Polyphemus, 2. 2. 115. 4. 10. 24.  
   *Ibis*, 387.  
 Pompa, 2. 1. 20. 3. 4. 95.  
 Pompejus M. 4. 3. 41.  
 Ponere sensum, 1. 2. 33.  
   ... muros, 1. 3. 78.  
   ... convivii vox, *Ibis* 433.  
 Porticus, 1. 8. 36. & 67.  
 Positum esse in regione, 1. 2. 77.  
 Prædam petere ab igne, *Ibis* 20.  
 Præses, 4. 7. 3. el. 9. 119.  
 Præstare se male alicui, 1. 6. extr.  
 Præstat littera linguam, 2. 6. 3.  
 Prætecta toga, 4. 9. 42.  
 Præterire suos annos, 2. 2. 73.  
 Prætentare iter baculo, *Ibis* 266.  
 Premere latus, *urgere*, 3. 11. 14.  
 Presse trabes, *Ibis* 409.  
 Primus pilus, 4. 7. 15.  
 Priores, *maiores*, 3. 2. 57.  
 in Procinctu, 1. 8. 10.  
 Profectus, successus, 3. 5. 18.  
 Progne, 3. 1. 119.  
 Proliabi ab alvo matris, *Ibis* 221.  
 Prometheus, 1. 1. 83.  
 Propontis, 4. 9. 118.  
 Provocat aurora diem, 1. 4. extr.  
 Pugnare, adhibere omnes vires, 3.  
   1. 86.  
 Pugnas habere, *Ibis* 18.  
 Pulsare undam lacertis. alternis.  
   *Ibis* 589.  
 Puniceam facere aquam sanguine,  
   4. 7. 20.  
 Pylades, 2. 3. 45. el. 6. 25. 3. 2. 70.  
 Pylus Nestor, 2. 8. 41.  
 Pythagoras, 3. 3. 44.

## Q

Quamvis cum *indicat*, 1. 1. 14. 1.  
 2. 3. 1. 2. 31. 1. 6. 45. 2. 8. 76.  
 Quirinus, *Romulus*, 1. 5. 73.  
 Quirites, *Romani*, 4. 5. 17.

## R

Rarus, *egregius*, 1. 9. 49.  
 Rasmus lima liber, 2. 4.  
 Recitandi mos, 1. 5. 57. 3. 5. 39. 4.  
   2. 37. el. 12. 24.  
 Referre, *meminisse*, 1. 9. 9. 2. 3. 91.  
 Respectu sui, 4. 9. 100.  
 Reviviscere, 1. 3. 9.  
 Reus confessus, 2. 2. 56.  
 Reum peragere, *facere ut condem-*  
   *netur*, 4. 6. 36.  
 Rhoemetalces, 1. 8. 16.  
 Rigere, *horridum esse erectis cus-*  
   *pidibus*, 1. 2. 23.  
 Rite, 3. 2. 65.  
 Robur, *animi fortitudo*, 1. 3. 62.  
 Rogus, 3. 2. 23.  
 Roma Martia, 1. 8. 2.  
 Ruga senilis arat vultus, 1. 4. 2.  
 de Rupe pendentes capellæ, 1. 8. 51.  
 Rursus, *Ibis* 429.  
 P. Rutilius, *Ibis* 363.

## S

Sacra Musarum, *poetices studium*,  
   2. 10. 17.  
 Salamina *insul. & urbs*, 1. 3. 80.  
 Salis unda, 1. 1. 70.  
 Salvo pudore, 1. 2. 69.  
 Salum spumans, 2. 2. 35.  
 Salus Salvus, 2. 5. 4.  
 Salutandi mos, 1. 7. 24. & 26. 2. 8.  
   15. 4. 5. 23.  
 Sanguinolenta littera, *Ibis* 4.  
 Sarcina publica rerum, 1. 2. 101.  
 Sardanapalus, *Ibis* 312.  
 Sarissa, 1. 3. 59.  
 Saturnius collis, 2. 1. 57.  
 Scena *locus conspicuus*, 3. 1. 59.  
 Scepis, opp. 4. 14. 28.  
 Scindere flagello latus, *Ibis* 183. 1  
   ... verba fletu, 3. 1. 157.

Sci.



Sciron, 4. 10. 80.  
 Scylla, 3. 1. 122. 4. 10. 26.  
 Securis Amazonia, 3. 1. 5.  
 Sedare vulnera mentis, 4. 11. 19.  
 Sedere questu, 2. 3. 20.  
 Senectutis ingruentis descriptio,  
 1. 4. 1. 6.  
 Senecta profuga, Ibis 21.  
 Senectrionales Hisp. populi, 4. 7.  
 1. 2.  
 Sic, obtestandi & precandi particu-  
 la, 2. 2. 105. el. 6. 15. el. 8. 39.  
 3. 3. 157. 4. 13. 43.  
 Sicanis Ætna, Ibis 398.  
 Sicyon, 4. 15. 10. Ibis 317.  
 Sidon, 1. 3. 77.  
 Sidus gentis, 3. 3. 2.  
 Signa militaria, 2. 8. 70. 4. 7. 28.  
 Signum cœleste, statua Dianæ, 3.  
 2. 51.  
 Signare, de testibus, 3. 2. 23. 4. 15.  
 11.  
 Simul, simulac, 3. 3. 21. & alibi.  
 Sincerus axis, 4. 9. 10.  
 Sinis, latro, 4. 10. 80.  
 Sinister Pontus, 2. 2. 5. 3. 8. 17.  
 Sinope, 1. 3. 67.  
 Sirenes, 4. 16. 17.  
 Sisypheus, Ibis 175.  
 Sithon, 4. 7. 25.  
 Smyrna, 1. 3. 65.  
 Socci, 4. 16. 30.  
 Sociari foedere lecti, Ibis 15.  
 Somnia, 1. 2. 43.  
 Spina creat rosas, 2. 2. 34.  
 Spicula apis condit in luminibus  
 ejus, Ibis 532.  
 Stagna Romæ, 1. 8. 38.  
 Stat liber, in bibliotheca locatus est,  
 1. 1. 12.  
 Status boni, 1. 2. 40.  
 Stella commoda, levis, Ibis 210.  
 Stiva, 1. 8. 37.  
 Stola, 3. 3. 52.  
 In Stomacho pondus cibi, & potus  
 stat, 1. 10. 14.  
 Struere, strues, 2. 1. 40. el. 5. 19.  
 3. 2. 32.  
 Styx, 1. 8. 27. 2. 3. 43. 4. 9. 74.  
 Stygia aquæ, mors, 1. 3. 20. el. 8.  
 27.  
 Subjungere cervicem alicui, 1. 1. 33.  
 Subire, in mentem venire, 1. 2. 61.  
 el. 8. 32. 2. 10. 43.

Subsecare, Ibis 274.  
 Sulcare uidas, 2. 10. 33.  
 Supponere mento digitum, 2. 3. 39.  
 6. 14.  
 Summus, ultimus, 1. 9. 12. 2. 5. 74.  
 Supprimere fræna, 2. 8. 23.  
 Supputare sollicitis articulis, 2. 3. 18.  
 Surdus, ignotus, 2. 6. 52.  
 Surripere diem, 4. 2. 40.  
 Suspicio, puto, spero, 2. 10. 20. 3.  
 1. 155. el. 5. 54.  
 Syene urbs, 1. 5. 79.  
 Syrtis, 4. 14. 9.

## T

TAbida facta mens, 1. 67.  
 ...vetustas, 4. 8. 49.  
 Tæda, conjugium, 3. 2. 55.  
 Tanais fluv. 4. 10. 4.  
 Tantalides, 4. 16. 26.  
 Trapobane insul. 1. 5. 80.  
 Tardus vultur, Ibis 169.  
 Tarpeja arx, 2. 1. 5. el. 2. 44. 4. 4. 29.  
 Tarpejus Jupiter, 1b. & el. 8. 42.  
 Taurica Chersonesus, 1. 2. 89. 3. 2. 45.  
 Taxus, 4. 7. 10.  
 Tela, 2. 1. 40.  
 Telegonus, 3. 1. 123.  
 Telephus, 2. 3. 26.  
 Temerare, inquirere, 4. 10. 82.  
 Tenax, perseverans, 1. 2. 63. el. 9. 28.  
 Tendere manus in ora, Ibis 134.  
 Tenere in pace, 4. 9. 77.  
 Terebinthus, 3. 3. 94.  
 Terebo, 1. 1. 69.  
 Terga dare fugæ, 3. 2. 8.  
 Tencer, 1. 3. 80.  
 Texuerunt, 1. 3. 30.  
 Theatra Romæ, 2. 8. 35. 2. 4. 20.  
 Themis, 2. 1. 33.  
 Thermodon fluv. 4. 10. 51.  
 Theromedon, 1. 2. 121.  
 Thersites, 3. 9. 10. 4. 13. 15.  
 Thescus, 2. 3. 42. el. 6. 26. 3. 2.  
 33. 1. 3. 66. 4. 10. 71.  
 Thoas, 2. 2. 55.  
 Thiestes, 4. 6. 47. el. 16. 31.  
 Thyrsus, 2. 5. 67.  
 Tiberius, 2. 1. 1. el. 2. 76. 2. 5. 27.  
 3. 4. 3. 4. 13. 26.  
 Tibia Phrygia, 1. 1. 39. 45.  
 Tibur, 1. 3. 82.

Ti-















